



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

WIDENER LIBRARY




HX Q4DY +

2120.175



HARVARD
COLLEGE
LIBRARY



Titus

T. LUCRETII CARI

DE RERUM NATURA LIBRI SEX

EX EDITIONE GILBERTI WAKEFIELDI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN TERTIUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1823.

2000.1/0

1212

NOTÆ VARIORUM

IN

T. LUCRETII CARUM.

LIBER IV.

DE RERUM NATURA LIB. IV.

1 *Avia Pteridum*] Hi 17. vs. jam sup. lib. 1. et a Lucretio positi sunt, et a nobis explicati. Quare illinc pete, si quid requiris. Atque iis quæ ibi diximus de 'solo,' hoc adde: Denique 'solum' idem valere interdum quod soleam, licet vel ex his verbis Plautinis intelligere, in Bacchid. 2. 3. 98. 'Etiam rogas, qui soccis habeat auro suppectum solum?' *Lamb.* Istos 25. vs. quibus attentum sibi Memmium suum, aut alium quemvis Lectorem reddere conatur vid. 1. 925. *Creech.*

2 *Integros*] Ter. Prol. Adel. 'Plautus hunc locum Reliquit integrum.' *Creech.*

7 *Animos*] Sic utraque editio Anglicana, et lib. 1. reliquæ *animus* hoc loco habebant, nulla reddita ratione. *Pr.*

Exsolvere] Vide sup. vs. 931. *Gif.*

9 *Contingens cuncta lepore*] Duo codices manuscripti habent, *contingens cuncta liquore*. Non probo. Quod autem Thraso scribit *contingens*, quasi a verbo tinguo: suo more insanit. Est enim a verbo tango. Nam significat Lucretius levem quandam contactum, non tincturam ad imas partes permanentem: idque declarat idem verbum paullo post positum, 'Contingunt mellis dulci,' &c. et verbale *tactu*, pro quo mendose scribitur in quibusdam libris vulg. *facto*: mendosissime autem Zoilus *tractu* legendum putat. Sic Arnob. lib. 3. dixit: 'Quisquamne est hominum, rationis alicujus sapore contactus, qui pilos et lanugines credat in Deorum corporibus nasci.' *Lamb.*

Lepore] Quidam Codd. *liquore*, imperite: 1. 29. 'Quo magis æternum da dictis, Diva, leporem.' *Creech.*

17 *Facto*] Ita quidem sup. Sed hic in 4. lib. erat *tactu*. Forte *tractu*. 'Trahere,' ut *σῶν* Græce, sit epotare. *Gif.*

Tactu] Alii pro *pacto* contendunt, *tractu*, i. e. haustu, Gifanius. Non tanti. *Creech.*

24 *Perspicis*] Ita et lib. quidam; et sup. 1. 948. 1110. *Gif.*

25 *Præsentis*] Legitur alibi codicum *persentis*, hoc sensu: Volui carmine Pierio rationem exponere nostram dum perspicis omnem naturam rerum: et dum persentis utilitatem quam affert philosophica tractatio. Nec hæreas in ultima verbi syllaba: s enim vim hanc habet ut quandoque reddat ancipitem, quandoque productam: sed in 'sentis' ultima corripitur non potest: quod patet in 'sentitis,' ut 'dormis,' 'dormitis,' is ultima producitur: quod in 'dormitis' patet. Obiter carmen Propertianum emenda ex sec. lib. 5. 11. 'Me lædet si multa sibi dabit oscula mater: Me soror et cum qua dormis amica simul.' scribe *dormit*, i. e. Cynthia. Ordo sequentis versiculi pentametri: Et me lædet soror cum qua simul dormit amica Cynthia. Quasi velit innuere: Licet prætendantur sanguinis et cognationis, nedum affinitatis vincula: tamen si videro sororem Cynthiae condormientem, suspicione pellicatus ebulliam, et acerbam diem propter zelum exigam. Sine commatica divisione legitur ille versiculus: 'me soror' et reliqua. Apud eundem Propertium est pro nobis exemplum illud ex sec. quoque lib. 24. 24. 'Non audis, et verba sinis me ludere: cum jam flectant Icarii sidera tarda boves.' *Pius*. I. e. ante sentis. Sic autem habent quinque lib. manuscr.

et nonnulli typis excusl. Alii *percentis*. Lamb. Forte *percentis*. Gif. *Percentis*; ut in præcedente versu *percepis*: *presentis* Lambini admitti non debet. Creech.

26 *Sed quoniam docui, &c.*] Vers. 7. breviter recenset ea quæ in præcedentibus libris disputaverat. Primo et secundo libro atomorum naturam, affectiones, motus denique et concilia absolverat; in tertio principia animæ, animamque ipsam tam corpori conjunctam, quam a corpore separatam consideraverat; et deinde vs. 13. hujus libri quarti argumentum complectitur, viz. ager de simulachris, quæ veluti membranæ corticeæque corporum a rerum superficie perpetuo fluunt, nobisque illarum species et figuras deferunt; si sincera integraque adveniant, tum res veras percipimus; si mutilata, inversa, aut cum aliâ conjuncta, inde centaurorum, et aliorum id genus monstrorum phantasmata; aliquando etiam, (namque animæ cum corporibus intereunt) mortuorum spectra. Creech.

31 *Cum corpore compta*] Sic sup. 3. 260. 'Quibusque Compta modis vigeant.' utrobique tamen quidam legi volunt *justa*. Lamb. Adi Emendationes ad 3. 260. Ceterum cum videam volumen paulo amplius ex-crescere quam speraram, decrevi me aliquanto etiam, quam antea, breviorum esse debere. Fab. *Copta*, seu *coapta* Faber: ut et 3. 260. 'Quibusque Copta modis vigeant.' Creech. Nihil certius Fabri emendatione, quam nemo mihi vitio vertet, si receperim, quid enim est 'compta cum corpore?' Natus error est ex virgula a librariis ducta super litteram *p*, ut passim fieri solet, scriptum videlicet fuerat *cîpta* vel *copta* sine virgula, ibique, cum amissam putantes librarii, reposuerunt *compta*. Est vero *copta*, pro *coapta*, et ita contrahere voces amat Lucretius. Haverc.

32 *Ordia prima*] Primordia. Lamb.

33 *Nunc agere incipiam, &c.*] Nunc de simulacris seu imaginibus disputare meditatur, quæ εἰδωλα et τύποι nominantur ab Epicuro apud Diog. Laërt. Καὶ μὲν καὶ τύποι ὁμοιοῦχοιμοινοὶ τοῖς στερεοῖσι εἰσι, λεπτότησι ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων, &c. τοῦτους δὲ τοῖς τύποις εἰδωλα προσγοροῦμεν. i. e. 'Atqui et formæ sunt simili figura præditæ, atque ipsa solida corpora, subtilitate et tenuitate longe distantes ab iis quæ oculis cernuntur, &c. has autem formas, idola, i. e. simulacra, seu imagines appellamus.' Lamb.

33 *Vehementer attinet*] Verum est; nihil enim excogitari potuit commodius ad explicandam Epicuri rationem. Fab.

34 *Rerum simulacra, &c.*] Dictum est ad lib. 1. 'spectra' Latinis. Fab. Intelligit species rerum, quas vulgo intentionales vocant, εἰδωλα, τύποι, ἰδέωλα, membranulas, effluvia ex superficie corporea, quæ ex omnibus omnino rebus perpetuo emanant, et animos impellunt. Latinis 'spectra,' 'figuræ,' 'imagines,' 'effigies': 'quarum incursu,' ut inquit Cicero ex Epic. 1. de Fin. 'non modo videmus, sed etiam cogitamus.' Creech.

35 *Membrana, &c.*] Inde ἰδωμῶδες a Græcis scriptoribus dicuntur; vulgo 'species intentionales.' De his ita agit Lucretius, nihil ut Physico homini jucundius esse possit. Fab.

Summo de corpore rerum] I. e. de summa et extrema rerum circumcæsura, de extremis lineamentis rerum. Lamb.

36 *Derepta*] I. e. detractæ. Sic autem legendum est, et ita scriptum reperi in libris manuscr. de quo verbo alibi diximus. Lamb.

Utro citroque] Libri manuscr. habent *utroque citroque*: quos non sequor. Lamb. *Utroque, citroque*, ita vet. libri. Vulgati: *utro citroque*. Gif.

39 *Simulacraque luce carentum*] Virg. Georg. 4. 255. 'Tum corpora luce

arentum Exportant testia.' *ibid.* 472. 'Umbrae ibant tenues, simulacraque luce carentum.' *Lamb.*

40 *Horrificæ*] 2. 609. 'Quo nunc insigni per magnas prædita terras' *Horrificæ* fertur divinae Matris imago.' *Creech.*

41 *Ne forte animas*] Hoc dico, esse simulacra quædam, &c. ne forte putemus, animas, &c. *Lamb.* Huc tendit Lucretius; nam ex instituto Epicuri τὰ φυσικά perlustranda existimabat, ideo tantum, ut animi hominum superstitionis vinculis expediri possent facilius. *Fab.*

42 *Aut umbras inter v. vol.*] *Virg. Æn.* 10. 641. 'Morte obita quales fama est volitare figuras, Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.' *Lamb.*

43 *Neve aliquid nostri post mort.*] Hæc erat Epicuri sententia, mortem nihil ad nos pertinere. Nam quidquid bonum et malum est, inquit, in sensu est. At mors, privatio sensus est. Ex quo fit, ut hæc cognitio et perceptio, nihil ad nos mortem pertinere, fructum vitæ dulcem ac jucundam nobis reddat, non addens tempus infinitum, sed immortalitatis cupiditatem demens. Nihil enim est in vita mali ei qui cognoverit et penitus comprehenderit, nihil esse in non vivendo mali. Itaque inanis est is, qui dicit, se mortem extimescere, non eo quod dolore afficiet, cum aderit, sed eo quod dolorem afferat impendens et futura. Nam quod adest, dolore non afficit: quod expectatur, incassum afficit. Quod igitur malorum omnium horribilissimum est, mors, nihil ad nos, quoniam cum quidem sumus, tunc non adest: cum vero mors adest, tunc non sumus. Neque igitur ad vivos, neque ad mortuos pertinet: quoniam illos quidem non attingit, hi autem esse desierunt. *Lamb.*

44 *Perempta*] *Festus*: 'Perempta,' et 'interempta,' pro interfectis poni

solet a poetis. *Lucret.* 'Cum corpus simul atque animi natura perenta.' *Lamb.*

45 *In sua discessum dederint primordia*] I. e. in sua primordia resoluta sint, et discesserint. quod docuit lib. 1. idemque approbat *Eurip.* *Æneid.* "Ὅθεν ἑ ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίσσεται, Ἐσταῦθ' ἀπῆλθε. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. οὐ τι γὰρ κεκτῆμεθα ἤμῃτερον αὐτῶν, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον. κέκτεται τὴν θρῆψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν. i. e. 'Unde autem unumquicque in corpus pervenit, eo discessit, spiritus ad æthera, sen cælum, corpus ad terram. Nihil enim nostrum ipsorum possidemus, nisi ut vitam incolamus, tanquam inquilini. Deinde terram, quæ aluit, corpus capere oportet.' *Lamb.* *Dederunt*, ita conjectura ductus emendavi; in aliis *dederint*. Ita et inf. hoc lib. 971. *Gif.*

46 *Dico igitur rerum effigias*] *Quæ vs.* 34. 'simulachra,' jam 'effigias rerum,' 'tenues figuras,' 'membranam,' et 'corticem' appellat; eaque mitti a rerum superficie *vs.* 5. asserit: et deinde *vs.* 19. hoc modo probat: Res multæ (idque ipsi oculi agnoscunt) e se mittunt corpora, quædam rara et tenuia, sic lignum fumum, calorem ignis; quædam spissa magis et compacta, sic cicadæ et serpentes pelles suas. Quis autem tenuia quædam simulachra avolare a rerum superficie dubitet, cum videat spissa magis et solida deponi? Præsertim cum sint minuta corpuscula in rerum superficie seu prima fronte possunt et avolare. *Epicurus ipse*: Καὶ μὲν καὶ τύποι ὁμοιοσχημοῦς τοῖς στερεμῶσι εἰσι, λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων τοῦτους δὲ τοῖς τύποις εἶδωλα προσαγορεύομεν. *Creech.*

Effigias] Sic habent libri manuscr. *Plaut. Rud.* 2. 4. 7. 'Proh dii immortales, Veneris effigia hæc quidem est.' *Lamb.* Ita libri vet. *Vulg. effigias.* *Gif.*

47 *Summo de cortice carum*] Sic omnes vet. fere. Vulg. *corpore*. Gif. Msa. quidam habent *effugias*, quasi diceret Laeret. minimum hoc esse, quod Orcum non subiret, neque annihilaretur; verum superstes effugeret interitum reliquarum partium. Sed præfero vulg. lect. quam ipse confirmat, nam mox vs. 88. 'cum corpore fucum Mittunt, effugias quoque debent mittere tenues.' et concludit esse vs. 103. 'Sunt igitur tenues formarum consimilesque Effigie.' *Hav.*

Summo de corpore carum] Secutus sum cod. Vaticanum: nam ceteri habent *summo de cortice*: quam scripturam rejeci, quia ferri non potest. eam tamen tuetur Zoilus, ne sit sui dissimilis. Atqui se ipsa refellit. Nam quid ineptius, quam ita loqui, effugias tenues ab rebus mitti, de summo earum cortice; quæ effigie sunt nominandæ 'membrana,' aut 'cortex?' Adde quod 'summo de corpore' idem valet quod ἀπὸ τοῦ σωματός ἐπιπολής. quibus verbis utebatur Epicurus, quæ Latine reddita, significant 'de extremo corporum libramento,' seu 'de corporum extremitate,' sive, ut vulgus loquitur, 'de superficie.' *Lamb.* Unde et φλοιωδεις vocati sunt. *Fab.* Recte, si unquam alias, Lambinus Gifaniam cum suo *cortice* e Codd. desumpto castigat. 'Effugias' viz. de rerum cortice, nominanda est 'cortex:' quid ineptius? Epicurus autem hæc simulachra excitat ἀπὸ τοῦ σωματός ἐπιπολής. Vid. etiam vs. 35. et vs. 62. *Creech.*

48 *Quæ quasi membrana, vel corti.*] Profert hunc vs. Nonius Marcell. ubi docet nomen 'cortex' interdum reperiri generis fæminæ: et præterea illam Virgilian. *Ecl.* 6. 63. 'Tum Phaëtoniadas musco circumdat amaræ Corticia.' *membrana* autem legitur apud Nonium, non *membrana*; neque nos movere debet syllaba ultima nã brevis. *Lamb.* Ita scripsi ex Nonio,

Cortex. In libris *membrana*. Gif.

51 *Id licet hinc*] *Hinc*, i. e. eius quæ deinceps dicturus sum. *Lamb.*

52 *Principio quoniam*] Primum argumentum, quo probat esse rerum imagines, est a simili. Multæ res (inquit) mittunt ex se corpora quædam partim diffusa et tenuia et rara, ut lignum in ignem coniectum mittit fumum, ignis vaporem seu calorem: partim magis contexta et spissa, ut cicadæ tunicas tenuis æstate ponunt: sic et imagines a rebus fluunt. *Lamb.*

In rebus apertis] Manifestis, et quæ sunt in promptu. *Lamb.*

55 *Olim*] Aliquando, *verè*. *Lamb.*

56 *Cum veteres*] Al. *Cum teretes*. *Lamb.* *Veteres, teretes*, et ita etiam inf. 5. 801. *Gif.* *Teretes*, alii: et pro *æstate, ætate*, frustra. *Creech.*

60 *Illorum spoliis, &c.*] Profert hunc versum Nonius in voce 'vepres,' docens esse et masculini generis, ut apud Virg. *Æn.* 8. 645. 'sparsi rorabant sanguine vepres,' et fæminini, ut hic: profert et in voce 'spolia.' Sed quæri potest, cur, cum dixerit lubricam serpentem exuere vestem in spinis; subjungat, *Illorum spoliis*; videbatur enim dicere debuisse, *Illius spoliis*, aut certe mutato duntaxat numero, quod sæpe fieri solet, *Illorum*, nempe serpentinum lubricarum; nisi ita dicamus, *illorum*, nempe cicadarum, vitulorum, et serpentium. *Lamb.* 'Exuviis' Virg. 'senectam' alii, Græcè γῆρας dixerunt. Virgilii locus hinc expressus, est *Æn.* lib. 2. 471. 'Qualis ubi in lucem coluber, mala gramina pastus, Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat, Nunc positis novus exuviis, nitidusque juventa,' &c. *Preig.*

61 *Hæc quoniam*] I. e. *Quæ quoniam*. *Creech.*

64 *Ostendi est*] Ita in veteribus nostris et aliis veteribus. Ex uno Codice Lambinus: *hiscendi*. Vulg. *ostendit*. Gifan. *Hiscendi est nulla pot.* Magnam profecto gratiam de-

bemus codici Bertiniano et Memmi-
ano: quorum beneficio hic locus re-
stitutus est: nam ceteri libri scripti
nihil me juverunt, nisi quod in eis
legitur partim *ostendi est*, partim *hos-
tendi est*. Vulgati autem, in quibus
legitur partim *ostendit*, partim *ostendi
est*, multo sunt depravatiores. Hæc
igitur est recta scriptura, et germa-
na Lucretiana, *hiscendi est nulla po-
testas*: quæ hoc significat: nihil posse
dici, nullamve causam afferri, quare
illa quæ cernuntur, nempe membra-
næ de vitulis nascentibus, tunicæ de
serpentibus et cicadis, fumus de lig-
no, et similia, magis cadant et deflu-
ant de rebus, quam quæ sunt perte-
nna et persubtilia, ut imagines. 'Ne
hiscere quidem licet': hyperbole. Sic
Plato lib. a. de legib. *ἀφασία ἡμᾶς λαμ-
βάνει*. 'loquendi impotentia nos cor-
ripit: hiscere non possumus.' Hæc
Zoilus non probavit. Quid mirum?
Palato corrupto etiam quæ dulcisa
sunt, amara videntur. Est autem
'hiscere,' os aperire, hiare. Cic. Phi-
lipp. 3. 'Respondebisne ad hæc, aut
omnino hiscere audebis?' Arnob. lib.
1. Adv. Gent. 'Ipsa denique si ani-
mantia muta hiscere potuissent,' &c.
Idem lib. 4. 'Experiri volumus, et
cupimus scire, an mutire, an hiscere
Deorum in mentione possitis, an con-
cipere eos mente, quos in animis ves-
tris nullius scripti informaverit no-
tio.' Ov. Met. 13. 230. 'Non Teta-
moniades etiam nunc hiscere quic-
quam Audet.' Lamb. Ne hiscere
quidem licet; nulla omnino ratio
reddi potest. Ita ex optimis Codd.
Lambinus, et vani isti qui *ostendi*
præferunt. Creech.

67 *Et con formæ servare figuram*
Sic vet. libri. In aliis veteribus:
cum forma, etiam bene. Ita vs. 98.
'Quandoquidem,' &c. Et vs. 85.
'sunt igitur jam formarum,' &c. Et
vs. 103. 'sunt igitur tenues,' &c.
Vulgati: *Solitam et formæ*. Lamb.
veterem. Gif. *Veterem et formæ serv.*

fig. Videtur hæc quidem scriptura
integra et plana: sed tamen libri
scripti alii habent: *Quo fuerint, et
cum forma servare figuram*. alii, *vete-
rem forma*, &c. lacuna interjecta inter
duas voces *veterem et formæ*. Vati-
canus neque habet vocem *veterem*,
neque *solitam*, quæ reperitur in vul-
gatis. Memmian. sic: *Quo fuerint
et cum forma servare figuram*. Unde
mihi suspicio injecta est, hunc locum
mendo non vacare, et vocem *solitam*
esse adjectam, ut fortasse sit ita le-
gendum, *Quo fuerint et conformem*, seu
potius, *consimilem servare figuram*.
Hic Zoilus ab ingenio suo non disce-
dit. Commemorat enim, quod a me
est editum: quæ in Scholiis notata
sunt, tacet, *βασιάνου πρᾶγμα ποιῶν*.
legendum tandem censet, *con forma
servare figuram*. fortasse non male: no-
lim enim conjecturis ejus taleis notas
apponere, ne si eas quidem impro-
bem, quales ille solet meis: 'male,'
'pessime,' 'ineptissime,' 'mendosiss-
sime.' Lamb. *Veterem et formæ*. alii,
Solitam, quidam *et consimilem*, seu
et conformem: Gifanivus, *et con formæ
servare figuram*. viz. conservare. 'For-
mæ' autem secundam Epicurum est id
quod in corporis superficie continen-
ter remanet, ipsa imagine tanquam
spolio continenter avolante: aliquid
viz. coloris solido inhæret, aliquid
derasum transfertur, quod sit simu-
lacrums. Creech.

68 *Et multo citius, &c.*] Agit hoc
loco Lucretius de speciebus, quæ
vulgo 'Intentionales' ideo dicuntur,
quod Barbari, qui has literas tracta-
bant, 'Intentionem,' pro intellec-
tione usurpabant; quia scilicet in re
physica non est ut quidquam sine il-
lis intelligas. Ait autem Poëta, 'sum-
mis in rebus multa minuta corpora
esse, quæ jaci possint,' &c. Et reve-
ra longe plurima esse ea debent;
alioqui unde tandem perenne illud
specierum effluvium foret? Quare
fieri nulla ratione potest, quin in his

versibus error sit: *Et multo citius, quanto minus endopediti Pauca queunt, ut sunt in prima fronte locata.* Vides eam esse Lucretii sententiam, corpora multa minuta esse in summis rebus, quam quanquam sint multa, tamen tanto citius jaciuntur, quanto minus impediri possunt pauca. Id autem dicere non modo inconstantis hominis est, sed ejus etiam qui rei physicæ imperitissimus sit. Quid enim? 'Modo ait, modo negat,' ut ille Comici servulus. Itaque non, *pauca legi, sed parva, necesse est.* Pergit enim; et, multa profundi ex rebus corpora ut probet, hos versus scribit: 'Nam certe jaci atque emergi multa videmus, Non solum ex alto, penitusque, ut diximus ante, Verum de summis,' &c. *Fab.*

. 69 *Ut sunt*] Ita malim ex Vet. lib. quam et. *Gif.*

70 *Jacere ac tergere*] In vet. libris: *jacere ac mergiri, corgeri, cvergiri.* Vulgati: *jaculari.* *Jacere* rectum est. De *tergeri* dubito. Lambinus *emergere.* Vide Indicem. et sup. l. 210. *Gifan.* *Nam certe jaci, atque emergere multa.* Cum reperissem in codicibus manuscr. hunc versum mire depravatum; sed ita, ut obscura quædam apparerent scripturæ veteris vestigia, sic excudendum curavi. Sic autem habent cod. Bertinian. et Memmian. *Nam certe jacere, ac mergiri, &c.* alii, *Nam certe jacere ac cvergiri, &c.* vulgati autem, *Nam certe jacere et jaculari, &c.* ex quibus scripturis hanc feci, *Nam certe jaci, atque emergere.* Quod si quis malet ita reponi, *Nam jacier certe, atque emergere* (seu *emergi*) *multa videmus.* non pugnabo; satis est mihi lectori ingenioso scripturam veterem exposuisse, ut ex ea veram eliciat. Cum hæc jam scripsissem, Adr. Turneb. Adv. 7. 12. scripsit, sibi videri legendum, *Nam certe jacere, ac tergere multa videmus, &c.* cui in eo, quod *tergeri* restituit, assensus sum in secunda editione:

jacere autem non probavi: est enim verbum activum, nec cum 'tergeri,' aut cum 'emergere' cohærere potest. *tergeri* autem interpretor eradi, corpori. *emergere* tamen non est fortasse rejiciendum, neque a scriptura antiqua admodum abhorret. Judicet lector. Licet etiam fortasse legere, *Nam detergeri, atque emergere,* sive, *atque emergi multa videmus, &c.* Omnino enim, ne quid dissimulem, adverbium 'certe' hic me suboffendit. Quod autem Zoilus noster vult legi, *Nam certe jacier ac tergeri, &c.* Dii male faciant isti belluæ, qui taleis numeros ac taleis versus adscribat huic politissimo poëtæ. *Lamb. Vs. 15.* confirmat quod superiori argumento assumerat idque probat experimento, quo constat colores ita delibrari a summis corporibus, ut imaginum quoque direptionem arguant: quippe vela theatris intenta totum scænæ apparatus populumque spectantem suo colore perfundunt: *Nam jacier certe, atque emergere:* Gassendus: Alii, *Nam certe jaci ac tergeri:* vel, *Nam detergeri atque emergere.* Creech. Jo. Fred. Gronovius Observ. 2. 7. superscriptam lectionem Ms. Voss. vet. approbans, legi vult *jacere* (vide licet sese) *ac invergiri.* prout verbum illud de liquidis effusis usurpatur a poëtis. Virg. *Æn. 6. 244.* 'invergit vina sacerdos.' aliisque; quorum loca illustrat ibidem vir doctiss. quibus addi potest Ovid. in *Met. 7. 246.* 'Tum super invergens liquidi carchesia Bacchi, Æneaque invergens tepidi carchesia lactis.' et ipse Lucret. 5. 1007. 'Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venenum Vergabant.' qui ad sensum hujus loci accommode admodum pari significato verbi 'vergere' seu 'vergi' utitur 2. 212. 'Sol etiam summo de vertice dissipat omnibus Ardorem in partes, et lumine conserit arva: In terras igitur quoque solis vergitur ardor.' Sed tamen, quam in omnibus Ms. constanter

in iri exeat verbum illud, et postea etiam concedat auctor vs. 165. momento temporis hoc fieri, neque sibi admodum in conjectura sua quoque satisfaciat Lambinus, vetus esse mendum credo, et suspicor poetam scripsisse, *Nam certe facile impertiri multa videmus Non solum, &c.* quod valde apto sensu jungitur cum 'colorem,' quod mox sequitur, et confirmare videtur vs. 78. 'Inficiunt, coguntque suo fluitare colore.' Illis nempe colorem suum impertientes. *Hav.*

71 *Ex alto*] Ex intimis et penetrabilibus partibus, ut declarat vox 'penitus.' *Lamb.*

72 *De summis*] De partibus extremis. *Lamb.*

73 *Et volgo faciunt*] Hoc est unum de multis mathematicis postulatis, lucem per res quaslibet coloratas permanentem colorari. Quod demonstrari potest similitudine liquidorum: quæ colorem contrahunt ex iis locis per quæ fluunt. *Lamb.*

Lutea] 'Lutei coloris,' i. e. rubicundi, aut crocei. Virg. *Ecl.* 2. 50. 'Mollia luteola pingit vaccinia caltha.' et apud eundem, 'Aurora lutea;' et in Pollione, 'croceo luto,' pro croco luteo, ut vult Servius, et apud Hor. *Epod.* Od. 10. 16. 'Tibique pallor luteus.' Nam 'lutum' priore longa est color luteus, quali colore est ovorum vitellus. *Lamb.*

Russaque] Sic legendum, et ita habent codices manuscr. 'russus' color autem rubro finitimus est, a quo 'rusata factio' nominata: et fortasse idem qui 'rutilus.' *Lamb.* Ita vet. libri. *Vulgati: rufa. Gif.*

74 *Et ferruginea*] Ferruginea. 'Fergo' autem purpura est obscurior, et propemodum nigra, Hispana, ut docet Servius ad illum locum Virg. *Georg.* 1. 467. 'Cum caput obscura nigram ferrugine textit.' Cui simile est illud T. Petronii Arbitri: 'namque ora cruento Deformis Titan vultus ealigine textit.' Sic autem legen-

dum esse vidit Joan. Passeratius. nam vulgo sic legitur, *Deformis titubans, &c.* Idem Virg. *Georg.* 4. 143. 'et ferrugineos hyacinthos.' Idem, *Æn.* 11. 772. 'Ille peregrina ferrugine clarus et ostro.' Plaut. *Mil. Glor.* 4. 4. 53. 'Facito, ut venias ornatus ornatu nauclerico, Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam: Palliolum habeas ferrugineum: nam is color thalassicus est.' Festus porro, 'Ferrugineum, colorem' (inquit) 'ferri similem esse volunt. Vere autem ferrugineus color, cæruleus est.' Cum Festo congruit auctor vocabularii manuscr. *Latinogræci*: in quo ita scriptum est, 'Ferrugineum, γλαυκόν, κινδρον.' *Lamb.* Vide Interp. Virg. ad illud *Æn.* 9. 582. 'et ferrugine clarus Ibera.' *Fab.*

75 *Volgata*] Volitantia. Sic 2. 163. et 364. Pervolgant, et jam inf. vs. 208. et 5. 1161. *Crech.*

Tremetia fluant] Cum olim secutus essem lectionem vulgata, *tremetia pendent*, hæc annotaram: 'Non dubium est, quin in verbo *pendent* mendum subsit. Nam librorum manuscriptorum alii habent *tremetia fluctus*, alii *tremetia circum*, alii *tremetia*, deinde lacunam: in qua nihil est præterea scriptum, neque *pendent*, neque *circum*, neque *fluctus*. codices Florent. autem, *trabeisque tenentia circum*. De hoc igitur loco judicet lector: nam mihi quidem aqua hæret.' Nunc Turnebi conjectura, ut in malis, mihi non videtur rejicienda, ut *flutant* positum intelligamus pro *flutant*, atque ita edidi. *Lambin.* *Flutant*. veteres libri quidam: *fluctus*. quidam: *circum*. alii aliter. *Vulgati: pendent*. Ego ex veterum librorum vestigiis, et ratione ductus, *flutant* reposui. Numerus sic aptissimus peperit errorem. Vide et sup. 3. 190. *Gifan.* *Fluctant*. Post varias *Mss.* mendas hanc lectionem suppeditat Voss. vet. quod mihi omnium

optimum videtur, pro *fluctuant* videlicet dictum, neque tamen necesse est ideo mutare, quod sequitur vs. 75. *fluitare*. Nam dum *fluitant*, leni motu ventorum agitata vela sensim atque lente amœnam colorum ostendant varietatem; dum *fluctuant*, majorem motum, pro venti moventis ratione, et non sine susurro et strepitu causantur. *Haverc.*

76 *Cavea*] *Cavea* hoc loco significat totum illum locum, in quo sedent spectatores. M. Tull. Catone: 'Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat: delectatur tamen etiam, qui in ultima.' *Lamb.*

77 *Scenai speciem*] Sic reposni, cum reperissem in lib. manuscr. *Scenali speciem*. nam vulg. habent, *Scenalem speciem* *Lamb.* Ita vet. libri. In quibusdam veteribus: *Scenali*. Vulgati *Scenalem*. sic et inf. 5. 225. *Gifan.*

Deorum] Nam ibi deorum simulacra. quippe ludi id genus religionis pars erant. *Fab.*

78 *Inficiunt*] Quasi tingunt suo colore. *Lamb.*

79 *Et quanto circum magis sunt inclusæ*] Ita ut nullus luci pateat aditus a lateribus. *Lamb.*

81 *Courident*] Tralatio usitata scriptoribus, omnia simul renident, et lætitia diffundunt spectatorem: vel hilaritatem ejusmodi præ se ferunt, ut ridere videantur. *Lamb.*

Concepta luce diei] Celeriter et raptim concepta, videlicet a parte superna. Sic autem habent lib. manuscr. non, ut vulg. *concepta*. *Lamb.*

82 *Ergo lintea de summo cum corpore*] I. e. ergo cum lintea de summo corpore, i. e. de sua extremitate, 'fucum,' i. e. colorem, 'mittant:' non debet mirum videri, si res quæque etiam imagines tenuis ex se mittant. *Lamb.*

83 *Effigias quoque debent*] Sic habent lib. manuscr. non, ut vulg. *effigies*. *Lamb.*

Tenuis] Anapæstus pro spondeo in sexta sede: vel 'tenuis' hic dissyllabum est. *Lamb.*

84 *Jaculantur*] Mittuntur. More veterum 'jaculare,' ut alia pæne infinita. *Faber.*

85 *Sunt igitur, &c.*] His tribus vs. concludit ex disputatis et probatis hactenus esse ista, de quibus agitur, rerum simulachra. Pro *certa* quidam legunt *cæca*, quos ego non sequor. *Creech.*

Vestigia certa] Sic lib. manuscr. et nonnulli vulg. quidam item vulg. ut Parisiens. *vestigia cæca*. *Lamb.* *Certa*. *Cæca* quidam vulg. Ita variatum sup. 1. 523. 527. *Gifan.*

86 *Subtili prædita filo*] Subtillitatura. Tralatio est a tela seu lino, aut lana, quæ digitis carpitur ac deducitur. 'Filum' interdum est res quæque ad tenuitatem ducta: de qua voce sup. *Lamb.*

88 *Præterea omnis odos*] Sic legit Nonius, et ita habent nonnulli libri vet. vulg. vero, *odor*. *Lamb.* Supra vs. 66. docuit, 'Simulachra jaci ordine eodem Quo fuerunt, veterem et formæ servare figuram.' jam vs. 8. ostendit se non inepte illud docuisse, ideo enim eundem ordinem servant, quoniam avolant a corporis superficie, unde omnes simulachrorum partes æque facile se expediunt, inde per nullos meatus, et viarum anfractus feruntur, ut odor, fumus, vapor, et id genus alia, quæ e rerum partibus interioribus fluunt, et eam ob causam confusa volitant, et dispersa. *Creech.*

89 *Ideo diffusa e rebus abundant*] Ideo hæc res dispersæ effluunt e rebus, quia dum ex intimis rerum partibus oriuntur, acinduntur per vias flexas, seu flexuosas, et tortuosas: colores autem et imagines quæ ex summis rerum corporibus fluunt, rectis viis egrediuntur, nec quicquam est, quod illa discernere queat. *Lamb.*

90 *Extrinsicæ oriæ*] Error a cor-

rupto exemplari, quo usus est typograph. vel puer enim videat legendum *intrinsecus*. Faber.

95 *In promptu, quoniam est in prima fronte locata*] Rectius, qui sic distinguit, *In promptu quoniam est, in prima, &c.* Faber. Ita interpungendum. Ennius p. 192. 'In fronte promptum gero.' Et supra alicubi. *Gifan.*

96 *Postremo in speculis, &c.*] De speculis infra copiose explicabit. *Lamb.* Denique probat *vas. 13.* dari imagines e rerum superficie dereptas; simulachra quæ a nobis cernuntur in speculis, in aqua, et in re qualibet plana et lævigata, simillima sunt iis rebus quarum sunt simulachra; ergo necesse est ista simulachra ex imaginibus ab ipsis rebus dereptis componi: nam nulla alia causa reddi potest tam exactæ similitudinis, nisi cortex summus ille, qui toti rei dudum hærens, quasi membrana separatur, et appellit in speculum aut aquam. Notabis autem singulas rerum imagines, quæ in speculis aut in aqua cernuntur non unas esse, sed multas, quæ jugi repulsu ad oculos rejectæ non plures, sed quasi una imago videantur. Sane experientia monstrat imagines ex ipsis usque corporibus in specula transmitti, quando illis præsentibus appellant in speculum; re quænam interposita a progressu in speculum arcentur, ac, si moveantur corpora, moventur et ipsæ, si invertantur, invertuntur; si discedant, abeunt; si absint, sunt nullæ. *Creech.*

99 *Esse imaginibus*] Sic legendum omnino. Hiatus mendi causa. In vet. lib. *Ex*, quod de *Ess* factum. Vulg. *Esse in, Esse et.* Vide de hiatu versuum in Indice. *Gif.* *Esse in, &c.* Miserabilem in modum hic versus laceratus et corruptus est in omnibus libris. Nam in manuscriptis quidem ita legitur, *Ex imaginibus missis consistere eorum*: plane mendose. Nam

quod Zoilus hanc scripturam tuetur, cum dicat esse choreum pro spondeo, *ἔπτερον ἐς κόρυκας* cum suis disconvenientibus ac distortis pedibus, homo ingenio distorto pravoque. In utrisque Aldinis, Parisiensibus, et Lugdun. *Esse in imaginibus missis consistere eorum.* in Florent. *Esse et imaginibus, &c.* Jovianus Pontanus sic legebat: *Hæc ad imaginibus, &c.* Ego in tanta varietate mihi licere putavi, quod mihi potissimum videretur, probare. Ita secutus sum codices Venetos: cujus mei facti hanc rationem reddere possum, quod ex hac scriptura, probabilissima et Epicuri opinioni maxime consentanea sententia elici posse mihi videtur, nempe hæc esse, seu τὸ εἶναι, καὶ τῆς οὐσίας, i. e. 'essentiam' eorum simulacrorum, quæ nobis in aqua, et speculis, et cæteris corporibus lævibus apparent, consistere in imaginibus missis, i. e. in iis imaginibus, quas dicimus e summo corpore rerum mitti: per quas cernimus, atque adeo cogitamus. Verum hanc Epicuri opinionem non sequuntur mathematici. dicunt enim illi, cum ex omni lumine radii quidam rectis lineis et directo ad res oppositas producantur, tum ex oculis nostris, qui lumina quædam sunt, etiam radios quosdam ad eas res quæ cernuntur, profuere: atque hanc esse causam visus. Quod autem ad loquendi genus attinet, sic infra eodem lib. *vs. 769.* 'Præterea meminisse jacet, languetque sopore.' Perspicue ibi positum est 'meminisse' pro memoria, ut Græci dicunt τὸ μνησθαι, pro nomine μνήμη. sic Plautus Bacchidib. 1. 1. 50. 'hic vereri perdidit.' 'vereri,' i. e. verecundiam, seu pudorem. Idem in Curcul. 1. 1. 28. 'Ita tuum confero amare semper, si sapis, Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.' 'tuum amare,' i. e. tuum amorem. *Lamb.* τὸ 'consistere' eorum esse in imaginibus. *Ἑλληρισμός.*

Faber. Τὸ εἶναι, ἡ ὁδία. Creech.

101 *Corpora, res multæ quæ mittunt corpore aperto]* Va. hic abest a veteribus nostris. Et glossam sapit. Et sup. versu 51. etiam abest. *Gifan. Res multæ.* Sic legendum, non *res multas*. Est enim hic ordo: Nam cur ea corpora potius cadant, atque ab rebus recedant, quæ corpora multæ res abs se mittunt corpore aperto prædita, quam corpora tenuia, dici non potest. Sed non dissimulabo, hunc versum, *Corpora res multæ, &c.* abesse a codice Bertiniano. Quem versum postea non delendum censuit Zoilus, sed plane deleuit, cum tamen ejus sententia non sit absurda, sed cum Lucretii sensu et totius loci sententia consentanea. Si quem autem ego versum ineptum, et Lucretio indignum, delendum censeo, dirumpitur, conviciatur, obgaunit, atque oblatrat. Tantum sibi licentiæ sumit barbarus. *Lamb.*

102 *Ostendi est]* Ita vet. libri, ut et paullo ante. Vulg. *ostendit*. *Lambinus: hiscendi.* *Gifan. Melius Lamb. hiscendi est nulla potestas.* *Faber.* Ita supra vs. 64. idem ac vs. 128. 'Dicere nemo est Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.' *Creech.*

103 *Tenuis formarum, consimilesque]* Sic legendum, non *dissimilesque*. Atque hanc meam conjecturam Zoilus secutus est, tacitus et dissimulans, suo more. *Lamb.*

105 *Assiduo, crebroque repulsu Re-jectæ]* Singulæ enim imagines, quæ in speculis cernuntur, ex sententia Epicuri, non sunt unæ: sed multæ, perpetuo repulsu multarum imaginum a nobis in specula brevi tempore defluentium ita continuatæ, ut, quæ sunt plures, una videantur. *Lamb.*

106 *Speculorum ex æquore]* Ex æquabilitate et lævitate speculorum. *Lamb.*

109 *Nunc age quam tenui]* Nunc incipit docere, imagines esse tenuissi-

ma natura præditas, idque a similitudine primorum corporum. Sic Laërtius: *Ἐὶ δτι τὰ εἶδωλα ταῖς λεπτότησιν ἀνπερβλήτοις κέρηται, οὐδὲν ἀντιμαρτυρεῖ τῶν φαινομένων*, i. e. 'Deinde imagines tenuitatibus inexsuperabilibus constare, nihil eorum quæ sunt in promptu refellit.' *Lamb.* Harum imaginum affectiones explicaturus primo vs. 13. docet summam tenuitatem, talem quidem quæ vix concipi possit, illis convenire: res ut declaretur, cogita duntaxat: Nihil esse aliud imagines quam atomorum tenuissimas, pellicularum instar, contexturas: at quanta sit atomorum subtilitas, quarum innumeræ myriades necessariæ sunt minutissimo animalculo, Acari v. g. membrulove etiam ejus compingendo? Id nempe satis est ut intelligas, Si imago constiterit ex ejusmodi atomis, quæ non κατὰ ἄδδωρ, quod est Epicuri verbum, cohærescant, esse debere imaginem multis myriadum myriadibus ἰπῶν unius Acari particulae ejus crassitudine tenuiorem. Epicurus ipse, *Καὶ μὲν καὶ τύποι δημοσχημονες τοῖς στερεμοῖσι εἰσὶ, λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων, τοῖτους δὲ τοῖς τύποις εἶδωλα προσαγορευόμεναι*: et alibi, *δτι τὰ εἶδωλα ταῖς λεπτότησιν ἀνπερβλήτοις κέρηται, οὐδὲν ἀντιμαρτυρεῖ τῶν φαινομένων.* *Creech.*

110 *Tantum Sunt infra sensus n.]* I. e. tanto sunt a nostris sensibus remotiora, &c. vel, ut postea videtur ipse interpretari, tanto sunt minorâ, &c. Vide quæ adnotavimus ad illum versum 3. 276. 'Nec magis hac infra quicquam est in corpore nostro.' *Lamb.*

112 *Quam quæ primum oculi]* Summum cacumen concretorum. *Faber.* Vid. 1. 593. *Creech.*

116 *Tertia pars]* H. e. magna, vel bona pars, plane, ut in sacris Litteris Apoc. 8. 7. et seqq. *τὸ τρίτον τῶν δένδρων, τῆς θαλάσσης, τῶν κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσῃ, &c.* *Preig.*

117 *Horum intestinum, &c.*] Sic re-stitui ex omnibus vet. Vide Indicem, 'Generis mutatio.' Vulg. *Harum*. Gif.

Esse putandum est] Nonius: *eis utendum est*. In vet. libris: *quo quis volet esse putandum*. Gif. Hunc verum profert Nonius in voce 'intestinum,' sed mendose. adde quod veteres codices dissentiunt a vulgatis. Sic enim in illis legitur: *Harum intestinum quo quis volet esse putandum*, quam iccirco proponi, ut consideret lector, æquid ex ea boni trahi possit. Dicam nihilominus quod sentio, scriptura recepta mihi videtur integra; nam illud *quo quis*, quod est apud Nonium, depravatam est ex recto *quod vis*, et *p* illud est *d* inversum: *volet* quoque corruptum est et perversum ex *quale*. Lamb.

119 *Quid? præterea*] Aliud argumentum a simili, quo docet, imagines esse tenuissima natura præditas, et subtilissimo, ut ita dicam, filo contextas. Est autem tale: Quid? Primordia, ex quibus constat anima, sunt subtilissima, longeque subtiliora, quam ea, ex quibus corpus humanum conflatum est, ut expositum est libro tertio. Non debet igitur cuiquam esse incredibile, fluere a rebus omnibus imagines, quas dicamus esse natura tenuissima et subtilissima præditas. Lamb.

123 *Præterea, quæcumque suo, &c.*] Horum 8. vs. sensus est: Cum tanta corpusculorum copia ex hisce herbis graveolentibus exhaletur, ut vicinum aërem compleat, dici non potest quantula sit pars quæ ex superficie deripitur: ac proinde cum imago sit ex iis duntaxat quæ ex superficie dimanant, et cum visus sensorio habent analogiam, excedere fidem, quantæ tenuitatis esse imago debeat; et maxime, cum post multum tempus nihil quod sensibile sit exhalatum deprehendatur: mira sane tenuitas vaporis odoriferi, ac proinde

corpusculorum ex quibus vapor totus constat, cum v. g. ex pomo per aliquot menses continuos emanat, et pomum tamen nihilo factum minutius observetur. Cogita porro quam crassus sit iste vapor respectu imaginis, et agnosces imagines, quæ per plures annos funduntur, si compositæ fuerint, non effecturas tantam molem, quanta est vaporis uno momento temporis effluentis. Creech.

Odorem Exspirant] Sic sæpe loquitur, ut verbo 'exspirandi' quantum casum tribuat: sup. 3. 719. 'Unde cadavera rancenti jam viscere vermis Exspirant?' Lamb.

123 *Panaces*] 'Panaceam' vocat Virg. *Æn.* 12. 419. 'Ambrosiæ succos, et odoriferam panaceam.' a nonnullis *Heracleum* nominari scribit Dioscorides 3. 55. 'ipso nomine omnium morborum remedium promittit,' inquit Plin. 25. 4. *Lambia*. Vulg. *panacea*. Fab.

Absinthia tætra] Sup. 1. 935. 'Sed veluti pueris absinthia tætra medentes Cum dare conantur,' &c. Lamb.

125 *Leviter si forte ciebis*] Cum in quinque libr. manuscr. reperissem scriptum, *si forte duobus*: quia *ciebis* propius abesse ab antiqua scriptura mihi videbatur, quam *movebis*, quod est in vulgatis, ita excudendum curavi. Lamb. Vet. libri omnes: *duobus*. Hinc Lambinus: *ciebis*. Marullus: *movebis*. Gifan. Alii *movebis*: Voss. vero ad Catull. p. 270. *revolveas*: et in seq. versu e veteris scripturæ vestigiis, *Quin potis es noscas*. Creech. Hunc ex difficillimis poetæ locis esse puto, in quo nodum eruditi non solverint, sed ruperint. Legant Lambinus *ciebis*, Vossius *revolveas*, alii *movebis*, omnes sine Mss. auctoritate, in quibus constanter *duobus* scribitur. Oritur mihi hinc suspicio, id quod sæpius huic poetæ fraudi fuit, et hic sensum corrupisse, omissam videlicet esse versum aliquem a de-

scriptoribus, quod præcedens versus eodem verbo, quo sequens, terminaretur. Atque ita forsitan in Lucretio hic vel similis interserebatur olim versiculus, legebaturque: *Horum unquamquodvis leviter si forte duobus Contractes digitis, digitis exinde duobus Quin potis es noscas, &c.* Recte enim ita (innuentibus id etiam Mas.) emendavit Voss. ad Catull. pag. 270. pro *quam primam*, atque 'quin' per etiam explicavit; de quo videri quoque potest Index Giffanii pag. 178. neque aliter intelligendus est versus qui exstat 2. 29. 'Quin tamen inter se prostrati in gramine molli.' Ubi 'quin tamen' idem est, quod tamen etiam. *Haver.*

126 *Quamprimum noscas*] Quidam codex: *Quando potis noscas.* Giffan.

127 *Cassaque sensu*] Alii interpretantur 'privata sensu,' ut aër lumine cassus; cassum anima corpus, &c. quasi id ageret Lucretius, ne hæc simulachra sensum non habere nesciamus: At vero 'nulla vi,' 'cassaque sensu' melius interpreteris, quæ vi tam debilit feruntur, ut organa movere, sensumque excitare non possint. *Creech.*

130 *Sed ne forte putes, &c.*] Post expositum familiarem illum, ac præcipuum modum generationis imaginum, quas *ἀνοστώδεις* et *ἀποβόλας* vocat Epicurus, quia fiunt continua quadam direptione avolationeque tenuem quasi membranularum ab extremis corporibus; vs. 14. explicat aliud genus imaginum, quas *συστώδεις* vocat Epicurus, quia sunt quasi quædam coagmentationes sponte sua in medio aère natæ, tanquam nubes, neque e rebus ipsis revera profluunt. Inde gigantes, montes, urbes, et id genus alia inter nubes sæpe videmus, et stulti admirantur. Diodorus Siculus spectra commemorat formari sponte solita in Africæ regionibus, quæ sunt ultra Syrtis et Cyrenensis: *Περὶ γὰρ τῶν αὐτῶν καὶ μάλα*

Delph. et Var. Clas.

κατὰ τὰς νημερίας συστώδεις ὄρονται κατὰ τὸν ἀέρα παρτολίαν ζέων ἰδέας ἐμφαινοῦσαι: τούτων δὲ αἱ μὲν ἡμεροῦσι, αἱ δὲ κίησι λαμβάνουσι, καὶ ποτὲ μὲν ἀποφύγουσι, ποτὲ δὲ δικάουσι, &c. Epicuri voce *συστώδεις* utitur Diodorus, ipse Epicureus. Similia habet Pomponius Mela, de Mauritania quæ retro Atlantem, similia Plinius de Scythiæ regionibus quæ infra Imaum. Nota etiam sunt, quæ de Morgana, seu celeberrimo Rheginorum spectaculo prodidit Kircherus: et in omni fere regione istiusmodi spectra plerumque vident, saltem putant se vidisse. *Creech.*

132 *Sponte sua gignantur*] Ex mixtione et *συνκρίσεως.* *Fab.*

133 *In hoc celo, qui dicitur aër*] Confer Turneb. Op. p. 80. Lips. Ph. Stoic. p. 853. Serv. ad Virg. edit. Comm. pag. 80. 237. 537. 771. 878. *Hav.*

135 *Mundi*] Cæli. *Faber.*

136 *Sublime feruntur*] Ultima syllaba vocis 'sublime' semper corripitur a bonis scriptoribus. Jam vero ordiæ horum decem versuum fœde perturbatum restituit. *Lamb.*

139 *Aëra mulcentis motu: nam, &c.*] Sic restitui ex auctoritate duorum librorum manuscr. quibuscum consentit Memmianus: alii duo habent, *Aëra mulcentes motum.* quam scripturam non damno. Vulg. autem, *Aëra mulcentis, magnorum sæpe gigantum, &c.* quam lectionem reperi. Porro autem fortasse etiam legere licet, *Aëra mulcentes motu;* quod Simeoni Bosio videbatur, hac maxime ratione, quod paullo ante dixerit, 'et mundi speciem violare serenam.' 'mulcare' autem, verberare, et pæne mutilare est, ut ostendimus in commentariis ad *Æmilium Probum*, seu *Cornelium Nepotem*, de vita clarorum Græciæ imperatorum; indicavitque hujus verbi usum prior Petr. Victorius in notis ad Cic. epistolas: reperi etiam in vocabulario Latino-græco huic verbo hanc interpretationem Græcam subnectam, 'mulcavit, *ῥκίσαντο.*' *αὐκίζειν*

Lucret.

4 Q

autem, sive *alaffædas*, est 'indecoris verberibus afficere, fœde verberare, fœdare.' *Lamb.* In libris ferè: *mulcentes*. In quibusdam etiam: *motu*. Vide 'Mulgeo' in Indice. *G* mutantur librarii sæpe in *C* vel *S* ex pronuntiatione: 'Gero,' 'Sero,' &c. *Gifan.* Simeo Bosius vir clariss. cui emendationem Epistolarum ad Atticum debemus, legi probabat *mulcantes*; optime, si quid sapio. *Fab.* Alii *Aëra mulcentes motum*; *Gifan.* *Aëra mulgentes motum*: i. e. impellentes vel agitantés. Sic Ennius p. 72. 'Mulserat huc navem compulsam fluctibus Pontus.' Cic. in Arat. Phœnom. 'At propter se aquila ardenti cum corpore portat Igniferum mulgens tremebundis aëra pennis.' Alii: *Aëra mulcantes motu*: 'Mulcare' autem verberare, et pene mutilare est, modo autem dixit 'Cœli faciem violare serenam.' Decem hi versus sunt in Codd. misere turbati. in aliquem saltem ordinem redegit Lambinus, forsân non in optimum. Versum igitur 143. *Inde alios trahere atque inducere bellus nimbo*, loco suo motum, versui 138. *Mundi speciem violare serenam*, subjungas, et cum Gassendo legas: *Inde alios trahere, atque inducere nubila nimbo*. Nihil tamen mutet. *Creech.* Recte. Adde Gronov. Observ. pag. 214. *Haver.*

Nam sæpe gigantum, &c.] Hæc ex Nubibus Aristophanis adumbrata putem. *Fab.*

141 *Interdum montes magni*] Sic in libris nostris. Placet Lucretio hiatus. In quibusdam vet. ut in vulg. *magni montes*. Quidam libri: *montes magnos*. male. *Gifan.* Sic habent quatuor lib. manuscr. Memm. autem, *Interdum montes magni*. ordo est: *Interdum magni montes*, et saxa montibus avulsa videntur anteire, et præter solem succedere, i. e. sursum ire et subire ultra solem, vel potius ante solem, et e regione solis. 'præter' enim interdum idem valet quod ante.

Sic Orat. in Verr. frumentar. 'Apropius interea pocula et cenam poscebat: servi autem ejus, qui et moribus iisdem essent, quibus dominus, et eodem genere ac loco nati, præter oculos Lollii hæc omnia ferebant.' 'Præter oculos Lollii, i. e. ante oculos Lollii,' inquit Non. sic et Varro Eumen. 'Præter matris Deum ædem exandio cymbalorum sonitum.' Quod autem Zoilus legit, *montes magni, avolsaque saxa*, inquit (inquit) Lucretio placet hiatus, consideret lector hominis confidentiam singularem paritultitia et ignorantia conjunctam. *Lamb.*

143 *Inde alios trahere, atque inducere bellus nimbo*] Sic habent quinque libri manuscr. ne quis forte contendat legendum *nubila*, quia est in vulg. Et videtur, inquit, bellus trahere, et inducere alios nimbo. quidam tamen hanc scripturam modice emendantés, legunt, *Inde alios trahere, &c.* *Lamb.*

144 *Nunc ea quam facili et celeritate genantur*] Nunc incipit docere, quam facile et celeriter gignantur imagines: quæ de re sic apud Laërtium; 'H γένεσις τῶν εἰδῶν ἅμα τῷ νοήματι συμβαίνει, καὶ γὰρ βεῖσις ἀπὸ τῶν σωμάτων ἐπιπολῆς συνοχῆ ἢ μείωσις διὰ τὴν ἀναπλήρωσιν σάξουσα τὴν ἐπὶ τοῦ στερεοῦ θέσιν, καὶ τάξιν τῶν ἀτόμων ἐπὶ πολλὸν χρόνον, εἰ καὶ ἐρίστε συγχρομένη ὑπάρχει. i. e. 'Ortus imaginum celebritate cogitationem æquat. Fluxus est enim ab extremitate corporum, continuatione, aut diminutione per suppletionem diu conservans situm, et ordinem corpusculorum primorum in solido,' &c. *Lamb.* Perpetuo et jugi fluore et omni temporis momento simulachra a rebus mitti vs. 18. probat argumento a speculis ducto; profer speculum, cujuslibet rei objectæ imago subito apparet, quod tamen non fieret, nisi istius rei imago ab ipso corpore fluens ab isto speculo rejiceretur. Si inquiras cur aliæ res non repellant imagines; respondeat, aliæ

esse raras, quas simulachra permeant; alias porosas, aut asperas esse, quibus scinduntur imagines et dissipantur; in læve vero et æquabile corpus impingat, quale est speculum, subito ad oculos reflectuntur. *Creech.*

Genantur] Gignantur. Sic sine dubio hic legendum, reclamantibus omnibus codicibus. *gerantur* autem, quod retinet homo *βδαικωνος*, ferri non potest neque hic, neque infra aliquot locis. sic supra paulo ante locutus est, vs. 81. 'Sunt etiam, quæ sponte sua gignantur,' &c. et verba Laërtii meam sententiam confirmant, 'Ἡ γένεσις τῶν αἰδέλιων, &c. et alter Lucretii versus infra, vs. 161. 'celer his rebus dicatur origo.' nam 'origo' quid aliud est, quam γένεσις? Desinant igitur oblatrare barbari, et priusquam reprehendant, discant, neque se pliniam alienis ornent. *Lamb.*

145 *Cedant*] Subaudiendum, *ostendamus*, aut tale aliquid. *Fab.*

146 *Summam quidquid*] I. e. summum quidque, ut sæpe alias. *Lamb.*

De rebus abundat] De rebus fluit. *Lamb.* In quibusdam libris: *quidquam*. *Gif.*

147 *Alias cum pervenit in res*] Hoc dicit: cum simulacrum pervenit in res nullo splendore nulloque lævore præditas, aut eæ res sunt tenues aut densæ: si tenues, transit; si densæ, scinditur. *Lamb.*

148 *In primis*] Ut ἴδη, ἀότικα, jam, &c. Notandum; significat enim Exempli gratia. *Fab.*

Vestem] Vestem aliquam tenuissimam intelligi, ut Coam. *Lamb.*

151 *At cum splendida*] Duo sunt omnium fere consensu necessaria ad speculorum naturam, nempe corporis lævitas, seu lævor, qui nunquam est sine splendore: alterum est densitas. Nam si corpus sit læve quidem et splendidum, sed ita tenue, ut simulacrum a re fluens transeat; non erit speculum, neque reddet imagines,

Quo magis minor, Platonem in Timæo, ubi de speculis disputat, et causas imaginum, quæ a speculis redduntur, affert, densitatem omisisset, cum splendorem et lævitatē posuisset. sic enim ille: τὸ δὲ περὶ τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιῶν, καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κενεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν. ἐκ γὰρ τῆς ἐκείνῳ ἐντός τε τοῦ πυρὸς ἐκατέρου κοινῆς ἀλλήλοισι, ἐνός τε αὖ περὶ τῆν λείψιγγα ἐκείνοτα γενομένου, καὶ πολλαχῆ μεταφθυσθῆντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνονται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῆ περὶ τῆν ὄψιν πυρὶ περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν συμπαροῦς γιγρομένου. i. e. 'Quamobrem autem specula, et quæ sunt splendida leviaque adspexit, reddant imagines, non est difficile etiam cognoscere. Nam ex ignis externi et interni inter se communicatione, qui assidue et continenter in lævorem fit unus, et sæpe numero ad eum applicatur atque accommodatur, tales imagines necessario repræsentantur, cum is ignis, qui ori et faciei circumdatus est, sese cum eo igni qui oculis offusus est, in corpore splendido et lævi conjunxit, et confudit.' Cum sint autem duæ de ratione speculorum, i. e. quamobrem specula reddant et repræsentent imagines, sententiæ: (alii enim dicunt corporum, quæ speculo opposita sunt, imagines cerni in speculo, non quod ipsæ imagines quæ cernuntur, sint in speculo, sed quod ipsa oculorum acies in speculum per rectam lineam projecta, in seipsam a speculo per aliam rectam lineam reflectatur: alij simulacra ipsa cerni putant a nostris corporibus missa et profusa in corpus læve, et splendidum, et densum:) horum sententiam sequitur Epicurus: Pythagorei et mathematici alteram probant. *Lamb.*

152 *Nihil accidit horum*] Neque imago scinditur, neque transit. Quidam libri tamen habent, *nihil occidit horum*. *Lamb.* *Occidit*. Sic in vet. nostris, rectissime, ut infra 'scindi-

tar; excidium indicans. Et mox opponit 'saltem.' Alii: *accidit*. Quod est Marulli. *Gif*. Gifanius, *Nihil accidit*, viz. nihil simulachrorum tam perit; hæc quidem ferri potest lectio, sed altera probabilior. *Creech*.

155 *Ut hinc simulacra gerantur*] I. e. gignantur. In quibusdam libris et manuscriptis et impressis legitur *redundent*: in nonnullis *resultent*. quæ verba puto esse subdita ab iis qui videbant verbum *gerantur* huic loco convenire non posse. *Lamb*. Quidam veteres, et vulg. *redundent*. In quibusdam libris: *resultent*. *Gifan*.

156 *Et quantumvis subito*] Et quantumvis subito. *Lamb*.

158 *Perpetuo fluere ut noceat*] Quamcumque rem speculo opposeris, ejus rei quantumvis subito imago apparet: ex quo intelligere licet, tenuis rerum quasi membranas et texturas et summis rerum corporibus perpetuo, et continenter, et indesinenter fluere. Unde efficitur, quod ante dixi, et Plato probat, imaginem quæ in speculo cernitur, non esse unum quiddam stabile, et certum, et idem: sed alias atque alias esse imagines, alteram in alterius locum deinceps et sine ulla interruptione succedentis: quod probat et Lucretius a similitudine luminum et radiorum solis. *Lamb*. Ea enim est Epicuri sententia, imaginem, quæ in speculo cernitur, non esse quid unum constans, certum, stabile, et idem, sed alias atque alias imagines, alteram in alterius locum, deinceps et sine ulla interruptione succedentes. *Creech*.

159 *Texturas*] Meursius *Exturas rerum*. *Creech*.

161 *Ut merito celer his*] Nomen 'celer' hic fœminini generis est, ut sit hic, et hæc, et hoc celer. Sic autem legitur in lib. manuscriptis: et ita legebat Avancius. *Lamb*. Ita in libris nostris, rectissime. *Gifan*.

His rebus] His texturis rerum, i. e. imaginibus. *Lamb*.

Origo] *Éléons*. Itaque recte et merito dicuntur 'gigni' imagines, seu *geni*, non *geri*, ut volunt Thrasones. *Lamb*.

162 *Et quasi*] Hoc ab iis depravatum fuit, contra vet. libros, qui particulae *quasi* usum non tenebant. *Gif*. Cum libri manuscr. haberent, *Et quasi multa*, &c. Idque lectori indicare olim satis habuissim, vulgati autem *Et cæ*: ego conjectura ductus, quod 'quasi' pro quemadmodum videretur esse minus usitatum, in prima editione reposueram *Atque ut*: in secunda vero mutavi factum, et libros veteres secutus, excidendum curavi, *Et quanti*, quod item et nunc teneo. *Et quasi* autem, i. e. Et quemadmodum. Sic §. 148. 'Et quasi cum caput, atque oculus, tentante dolore, Læditur in nobis,' &c. *Lamb*. Perpetuum jugemque imaginum fluorem vs. 7. illustrat et confirmat; et luce plena sint omnia, radii a sole perpetuo mittendi sunt, pari ratione simulachra a rebus avolent necesse est, quocumque enim obvertas speculum apparet rei oppositæ imago, nec, quamdiu res situm suum servat, ista disparet imago. *Creech*.

167 *Quicumque obvertimus oris, Res ibi*] Cum in duobus codic. Manuscr. Bertiniano et Memm. scriptum reperissem, *quocumque obvertimus oris*: curavi excidendum, *quicumque obvertimus oris*, i. e. quibuscumque regionibus obvertimus. Vaticanus porro habet, *quocumque obvertimus, illuc Res tibi respondent*, &c. nempe speculum. Adr. Turneb. hanc scripturam antiquam, *quocumque obvertimus oris*, paulum immutatam, tæctur, nempe ex ea faciens, *quocumque obvertimus oris*: eamque sic explicat, 'chicumque oris,' i. e. cuicumque speculi parti obvertimus, &c. non placet. Alii scripturam cod. Vatic. retinent. Ego, si quid sit mutandum, sic malim legi, *quocumque obvertimus oris*, vel, *quancumque obvertimus oram*: pro ob quam-

cumque vertimus oram. Lamb. Sic vet. libri. Quidam tamen: quo. quidam aris, non male. Vide Indicem, 'Speculum.' quidam: illuc. quidam: advertimus. Vide in-Indice, 'Obvertere.' Gif. Alii Quocumque obvertimus, illuc Res tibi respondent; alii Speculum quocumque obvertimus aris. Lambinus malnit, Quocumque obvertimus ora. Alius vero neacio quis legit, Quocumque obvertimus, omnis Res tibi respondet. Creech. Turnebi verba sunt Adv. 18. 20. 'Emendandum reor: quocumque obvertimus aris. Nam e Plinio et Aristotele scimus, antiquorum specula ærea fuisse.' Ubi tamen nihil immutat. Speculorum ex ære confectionem in S. litteris etiam commemoratam vide Exod. 36. 8. Job 37. 18. Preig. Gronov. Obs. 3. 19. seu pag. 607. 608. 609. multis probare conatur, legendum hic esse quocumque, i. e. qua parte, oris, i. e. extremitatibus, ab ora, oræ. Ego censeo legendum juxta Mss. nulla facta mutatione, nisi in interpunctione: Quandoquidem speculum quocumque obvertimus, oris Res tibi respondens, &c. sicuti enim 'Veneris res' dixit Z. 173. 437. et 5. 846. quæ ad amorem; ita hic 'Oris res,' quæ ad speciem et similitudinem pertinent. Hav.

169 Præterea] Aliud simile. Lamb. Aliud, sed id minus validum argumentum vs. 8. sequentes continent; serenum cælum videmus subito densis nubibus obductum; istæ vero nubes e terra aut e mari surgunt, spissa sunt graviaque corpora: quid igitur tennes levesque imagines moritur? Hos versus iniquo loco dispositos esse existimat Nardius, et superius collocari debere, qua de imaginem exillitate agit; sed quis iste Nardius? Creech.

170 Tempestas] 'Tempestas' nomen est μέσος, i. e. medium: sic enim loquuntur Latini, 'tempestas liquida,' 'idonea,' 'bona,' 'egregia:' et contra, 'turbida,' 'adversa,' 'mala.'

Varr. de L. L. 6. 12. 'Solis occasus diei suprema tempestas esto.' Lamb.

171 Acherunta rearis] Sic habet cod. Vatic. Bert. et Memm. alii reamur: nonnulli, Acherunte relicto, planè mendose. Iteratur autem h. vs. cum tribus deinceps sequentib. lib. 6. Lamb. Ita fere veteres libri. Quidam: Acherunte relicto. ut sit Græce: uti liquisse. Æore. Marullus: reamur. Gifan.

172 Cæli complexæ cavernas] Sic Varro Marcipore, apud Nonium: 'Nubes aquali frigido velo leves Cæli cavernas aureas subduxerant.' et M. Tull. in Arato: 'Dicitur et late cæli lustrare cavernas.' Eanias pag. 327. 'Cæli ingentes fornices.' Lamb. Alii locum Varronis protulerant; ego item alium ex Manil. in 1. 202. 'Est igitur tellus mediamsortita cavernam Aëris.' Ex Lucret. Faber.

175 Quorum quantitas] Quidam docti existimant, hunc versum cum eo qui deinceps sequitur, alieno loco esse inculcatos, cum supra suo positi fuerint. Ego eos scriptos reperi in quatuor codd. manuscr. et excusis omnibus. Neque continuo, si supra positi sunt, hinc sunt expungendi. Lamb.

Dicere nemo est, Qui possit] Idem dicit, quod supra vs. 64. 'hiscendi est nulla potestas.' Lamb.

177 Nunc age quam celeri] Nunc de motu imaginum celeritate incipit explicare. Qua de re et Diog. Laërtius pluribus verbis. Sed de multis hæc pauca adscribam: Καὶ μὲν καὶ ἡ δὴ τοῦ κενῆ φορὰ κατὰ μεθίσταν ἀπὸ τῆς τῶν ἀντικειμένων γυρομένη πᾶν μέγιστος περίληπτον ἐν ἀπεριωρίστῳ χρόνῳ συντελεῖ, i. e. 'Porro autem motus (imaginum) qui fit per inane, nulla re, quam earum, dum feruntur, impetum remoretur ac retardet, occurrente, longitudinem omnem quam comprehendere potest, in tempore quod cogitatione comprehendere non potest, peragrat.' Animadvertat autem lector, hoc loco Lucretium uti verbo 'feruntur,' ubi de motu et celeritate imaginum ser-

mo habetur: supra autem, ubi de ortu eandem loquitur, verbum gignendi et genendi usurpasse: ibique verbum gerendi, quod Zoilus pro ferendi verbo positum esse contendit, nullo modo convenire posse. *Lamb.* Vss. 7. monet Lucretius, se de imaginum harum mobilitate breviter disputaturum; nec profecto longa disputatione opus, cum simulachra vagari ea motus celeritate, qua nulla major potest concipi, specula demonstrant. *Creech.*

179 *Reddita sit*] I. e. attributa sit, ut supra jam non semel, et multis verbis, multisque exemplis docuimus. *Lamb.*

Ut brevis hora teratur] Sic legendum censeo, secutus tamen nonnullos libros typis excusus. Significat autem Lucretius, simulachra esse mobilissima, et celerrime ferri, quia brevissimo tempore longum spatium peragrunt: hoc enim significant hæc verba, 'Longo ut spatio brevis hora teratur,' ut breve spatium temporis longo loci spatio coneratur. Et vero Arist. lib. 4. Physic. 'celere' sic definit, quod brevi tempore longum spatium percurrit: 'tardum,' quod longo tempore breve spatium permittitur. *Lamb.* Ita quidam vulgati. In aliis libris: *feratur.* Hypallage subest. *Gifan.* Momento temporis magnum spatium conficiatur. *Fab.*

180 *In quemcumque locum diverso numine tendunt*] Sic habet codex Vaticanus, nisi quod habet *tendit*, plane mendose: *tendunt* enim legendum, cum subintelligatur vox numeri multitudinis 'simulachra.' Præterea codex Bertinian. et Memm. habent, *In quem quæque locum.* 'diverso numine' autem, i. e. diverso nutu. Quidam tamen legi volunt *diverso nomine*, ut habent nonnulli libri vulgati, i. e. diverso motu. *Lamb.* Male Marullus contra vet. libros: *nomine.* Quidam libri: *quemcumque.* *Gifan.* *In quem quæque*, alii, melius: et pro *numine*

legunt *nomine.* *Creech.*

Numine] Nutu, motu. Jam alibi, et apud Virg. *Fab.*

182 *Parvus ut est cycni melior*] Sic sup. initio lib. 3. dicit non esse, quod hirundo contendat cum cycnis. Sed cum hoc loco maxime congruit illud Antipatri in Erinnam lib. 3. Epigramm. *Λαίρεπος κύκνου μικρὸς θρόος, ἢ κολοῖόν Κρωγυδὸς, ἐν εὐλαραῖς κιδνάμενος νεφέλαις.* i. e. 'Parvus cycnorum melior cantus, strepitus quam Graccorum nebulis sparsus in ætheriis.' *Lamb.*

183 *Ætheriis*] Quidam libri habent *ætherii.* *Lamb.* *Ætherci*, male. Noster inf. vs. 909. et alii poetæ id epitheton attribuunt nubibus. *Gif.*

184 *Principio, persæpe leves, &c.*] Vss. 15. celeritatem trajectionis imaginum explicat, comparatione facta inter motum simulachrorum et radiorum solarium a cælo ad terram tempore imperceptibili pertingentium. Unde enim ista radiorum solarium celeritas? nempe exigua sunt corpora et subtilia, facile emittuntur e corpore solari, ab aliis radiis perpetuo insequentibus protruduntur, et res tam subtiles aër interjaceus non impedit. Si vero hæc faciunt ut radii solares celerrime ferantur, eadem etiam efficiunt, ut simulachrorum trajectio sit celerrima. *Creech.*

186 *Solis lux*] Nam etiam mathematici docent, lumen non impeditum, per totum id spatium, quod ei ex portione respondeat, puncto temporis, et tempore, quod sensum effugit, diffundi. *Lamb.*

Et vapor ejus] Et calor ejus. *Lambin.*

187 *E primis*] E primordiis, seu principiis, sic 2. 935. 'Nec quicquam commutari sine conciliatu Primorum.' ubi tamen legendum videtur potius *sine conciliatu Principium.* et propius accedit ad scripturam receptam: vide quæ ad illum locum adnotavimus. *Lamb.*

188 *Quæ quasi trudentur*] Sic habet

cod. Scipionis Tettii, et item cod. Faëni: ceteri, *Quæ quasi caduntur*. Lamb. *Caduntur*. Ita plerique omnes libri. Sic inf. *procurdit*. In quibusdam: *truduntur*. Non male; ut infra sæpe. *Gifan*.

189 *Non dubitant*] Sic locutus est 6. 1190. 'A pedibusque minutatim succedere frigus Non dubitabat.' Lamb.

191 *Protelo*] Tenore, impulsu vicissitudinario. Lucilius: 'Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis cervicibus possent.' Idem: 'Hunc juga mularum protelo ducere centum Non possent.' 'Protelare' in hoc significato est percutere, excludere. *Pius*. Impulsu producto, perpetuo, et continuo, ut supra diximus. Lamb. Motu continuato. *Faber*. 2. 531. 'Ex infinito rerum summam usque tenere Undique protelo plagarum continuo.' *Creech*.

Fulgure fulgur] I. e. fulgore fulgor. Fulgor enim et fulgur pro eodem usurpantur a Lucretio et nonnullis aliis. *Lambin*.

193 *Immemorable*] Adeo prolixum ut vix memorari possit. Prisci codices habent, *Innumerabile*: latum scilicet ut numerari non possit. *Pius*. 'Ἀδιήγητος, καὶ ἀμείρητος, et ita immensum. *Lambin*. 'Ἀνεδιήγητος, inexplicabile, immensum. *Faber*. Ita *Plautus* in *Captiv.* in Prologo vs. 66. 'Neque spurcidici insunt versus immemorabiles.' 'Versus immemorabiles' dixit, quales Græci vocant ἀδιήτους, observante *Voss.* de *Anal.* lib. 2. pag. 398. *Haver*.

194 *Quod parvola causa Est, procul a tergo*] Sic edi jusseram jam in prima editione: quod intelligere licet ex annotatione jam olim adscripta ad locum illum, 'ubi tam volucris,' inf. Neque est quod quemquam secunda editio, quæ hoc loco cum prima congruit, moveat. Nam sæpe, et multis locis, me inscio et imprudente, typo-

graphus primam secutus est, cum jussem mutari. Lamb. At ego priorem illam rationem ('quod parvola causa est,') si veritati minus esse consentaneam dixerem, id omnes, qui in hoc genere studiorum aliquid vident, mihi assensuros esse confido. Quis enim unquam fando accepit, quis somniavit, eo citius moveri aliquid, quo infirmior causa sit, et principium motus imbecillius et languidius? Contra certe faciunt quæ modo de luce solis scripserat; 'In quo jam genere est solis lux, et vapor ejus; Propterea quia sunt et primis facta minutis; Quæ quasi traduntur, perque æris intervallum Non dubitant transire, sequenti concita plaga, Suppeditatur enim confestim lumine lumen, Et quasi protelo stimulaturlungure fulgur.' Hinc igitur alegandum est istud *parvola*, et vera ac ingenua lectio in suam sedem jure postliminii revocanda: *primam quod parvola causa Est, procul a tergo, &c.* Videbit lector ipse, (quid enim pluribus opus est?) quanta hic absurditas antea lateret: 'monstrum horrendum, ingens,' &c. Et tamen hoc illud est quod omnes legebant, quod omnes probabant. Nos, nisi fallimur, sanius. *Fab*. Hæc quidem *Faber*; satis arroganter: non opus autem ista emendatione, si 'parvola' non voci 'causa,' sed 'simulachra' jungas. vide vs. 66. *Creech*.

195 *Est procul a tergo*] Ita Veteras libri. *Marullus* et vulg. *satis*. vide Indicem, 'Est.' *Gif*.

Atque propellat] Quidam et *propellat* scribant, evitantes ne pro corripiant: cum pluribus sit ad placitum vel, testimonio *Satyrici*, qui ait: 'Profectura domo.' *Probum* (*Edit.* *Putschii* p. 1429.) in artium institutis audire non erit præter propter. 'Pro præpositio, cum loquularis fuerit, semper producit, ut: 'Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto.' At, cum casualis fuerit, varie ponitur. alibi

enim longa, alibi brevis invenitur. Est operæ pretium monere quando brevis debeat, quando longa consti-
tai. Si hanc præcedentem syllabam secuta fuerit altera syllaba, necessa-
rio prior corripitur: ut in Lucretio,
6. 6. 'Omnia veridico quæ quon-
dam ex ore profudit.' At, cum posi-
tione syllaba longa fuerit consecuta,
frequenter producitur in verbis sive
participiis, ut in Virg. *Æn.* 12. 380.
'Procurrunt Laurentum: hinc densi
rursus innendant.' alibi autem brevis,
alibi longa est. In nominibus brevis
est in hoc: ut in Virg. *Æn.* 1. 62.
'Ni faciat, maria ac terras cælum-
que profundam.' longa in ultimo ver-
bo brevis ponitur. In his sane varie-
tibus quam maxime auctoritas quæ-
renda est. 'Propago' in nomina-
tivo prima syllaba brevis est, ut in
Virg. *Æn.* 6. 871. 'Nimium vobis
Romana propago.' Propert. 2. 25.
85. 'Hæc quoque profecto ludebat
Jasone Varro.' At in ablativo longa
est, ut in Virg. *Georg.* 2. 64. 'Me-
lius propagine vites Respondent.'
Pius.

199 *Præterea, si quæ penitus, &c.*] Præterea, si ea quæ ex alto et ex in-
timis rerum partibus mittuntur, punc-
to temporis per immensum spatium
sese diffundant, tantaque levitate fe-
runtur: quanto celerius moveri,
quantoque longius intervallum trans-
currere credibile est ea quæ e sum-
mis corporibus mittuntur, et quæ
sunt in prima fronte, atque in prom-
ptu posita, nempe imagines? *Lamb.*
Modo probavit imagines pari celeri-
tate cum solis radiis ferri, jam majo-
rem vsa. 11. illis attribuit; quippe
subtiliores sunt imagines, et, quod ad
illarum celeritatem vehementer fa-
cit, fluunt a rerum superficie, et sese
facile expediunt, dum calor et lux ab
interioribus solis partibus mittuntur.
Quidam legunt *Quæ penitus corpuscula
rerum Ex altoque foras mittuntur:* et
forsan rectius. *Creech.*

201 *Puncto diei]* 'Εν ἀραψῆ. 'Dies'
tempus est. *Faber.*

203 *Calumque rigare]* Per cælum
diffundi, et illud complere. Sic 5.
598. 'Tantulus ille queat tantum
sol mittere lumen, Quæ maria, ac
terras omnes, cælumque rigando
Compleat, et calido perfundat cuncta
vapore.' Sic atomorum trajectionem
Epicurus ad Pythoclem vocat *ερα-
σεβους.* *Creech.*

204 *Quod supra est]* Cælum, quod
est supra. *Lamb.*

Ubi tam volueri] Propterea quod
multa interposuerat, ab illo loco 'si
quæ penitus,' &c. ut succurrat memo-
riæ lectoris, subjungit quasi de in-
tegro, 'ubi hæc,' i. e. quandoquidem
hæc, &c. non dissimulabo tamen hunc
versum abesse hoc loco a quibusdam
lib. manser. et positum esse sup.
post versum, 'Est procul a tergo,'
&c. Ex quo suspicatus aliquando
sum, eum non esse Lucretianum.
Lambin. Hic versus in vet. quibus-
dam ponitur supra, post illum: 'Est
procul a tergo,' &c. *Gif.*

205 *Quid quæ sunt igitur jam prima
in fronte]* Sic habebant aliquot libri
vet. et recentiores. Alii, *tam prima
fr.* alii, *in prima fr.* Ego sic legen-
dum puto, *Quid quæ sunt igitur jam
prima in fronte locata.* *Lamb.* Ita
omnino legendum ex veteribus. Vul-
gati: *jam.* *Gif.*

206 *Et emissum]* Mutat numerum.
Debnerat enim dicere, si numerum
priorem sequi vellet, *et emissum,* nempe
illa quæ sunt prima in fronte locata,
&c. *Lamb.* Emissionem, ejaculatio-
nem, ἀρροφη. *Fab.*

208 *Multiplexque loci spatium]* Ni-
hil muto, quamvis Vaticanus codex
habeat, *Multiplicisque loci spatium.* et
item Bertinianus: quamvis eos, qui
alteram lectionem probant, non re-
prehendam. *Lamb.* Ita in libris nos-
tris. Marullus et vulg. *Multiplexque.*
Vide et sup. *Gifan.*

209 *Percolgent]* Sic alibi, et 4. 75.

et 5. 438. 'Voigata.' Creech.

210 *Hoc etiam in primis specimen, &c.*] Sibi in subsidium vocat experientiam vs. 7. Omnis visio per imagines, at speculum vel aquam sub dio ponas, et momento temporis omnium stellarum imagines a speculo isto aut aqua resilientes in oculos incurrunt: quanta igitur trajectionis istarum imaginum celeritas? Creech.

Verum] Corrige *specimen veri*, h. e. indicium et signum veritatis. Persius 5. 105. 'Veri specimen dignoscere calles Ne qua suberato mendosum tinniat anro.' Pius. Indicium, et quasi argumentum certum. sic autem legitur in quatuor libris manuscriptis, quo modo et in plerisque vulg. in uno manuscr. et item in impresso Paris. *specimen veri*. de qua scriptura iudicet lector. Lamb. Veteres quidam: veri. Gifan.

212 *Quod simul ac primum*] Hoc specimen et argumentum est, quam celeriter forantur imagines. Lamb.

Sub dios splendor aquae] Sed longe mirabilis quod inquietus ille aquae motus per reflexionem in laquearum varias sui species ejaculatur. Virgilius versus notiores sunt, quam ut transcribi debeant, *Æn.* 8. 22. 'Sicut aquae tremulam labris,' &c. Faber.

215 *Quam puncto tempore*] L. e. quam brevi tempore. Lamb.

216 *Ad terrarum accidat oras*] Sic habent quinque libri manuscr. nisi quod Vaticanus habet *accidit*: et item Parisienses. Ceteri vulg. *incidat*. Ego puto legendam *accidat*; et ita paucis post versibus hic idem scriptor loquitur. Lamb. Sic veteres nostri. Ita infra hic. Ita in Ennii versus p. 197. 'Cæsa accidisset abiagna ad terr.' &c. Vulg. *occidisset*. Gifan.

217 *Quare etiam atque etiam, &c.*] Hic autem fluor imaginum ad oculos admittendus est, quoniam vs. 14. ad omnes alios sensus e rebus effluxus

quidam allabuntur. Eodem argumento usus est Epicurus, teste Macrobo. Sat. 7. 14. 'In propatulo est quod deceptit Epicurum, a vero enim lapsus est aliorum quatuor sensuum secutus exemplum: quia in audiendo, gustando, et odorando, atque tangendo, nihil e nobis emittimus, sed extrinsecus accipimus quod sensum moveat, quippe et vox ad aures ultro venit, et auræ in nares influunt, et palato ingeritur quod gignat vaporem, et corpori nostro applicantur tactu sentienda; hinc putavit et ex oculis nostris nihil foras proficiaci, sed imagines rerum in oculos ultro meare.' Creech. *Mitti*. Sic restitui coniectura ductus, cum in codicibus Mss. reperissem scriptum, *mira*: in aliis, *minima*: quod utrumque scilicet depravatum est ex antiqua et vera scriptura, *mitti*. nam ex *mitti*, factum est *mini*: deinde nunc *minima*, nunc *mira*. Meam coniecturam adjuvat versus ille, qui est 4. 680. 'Perpetuo fluere, ac mitti, spargique necesse est Corpora,' &c. Lamb. Ita omnes libri. Lambinus: *mitti*. Forte: *mina*. vel potius, ut in vetere libro: *mira*. Gifan.

219 *Perpetuoque fluunt certis ab rebus odores*] Secutus eram initio codices Florent. typis excusos, qui habent, *certis ab rebus obortu*. nam ceteri omnes et manuscr. et typis impressi habent, *certis ab rebus odores*. idque olim indicarem in commentariis: sed hanc scripturam mendosam esse existimarem, Marullum secutus, qui hic *obortu* substituerat. Nunc sententia mutata, *odores* probo. Sed primum *fluunt* lego, non *fluant*: deinde existimo, totum hunc locum hoc ordine esse legendum, *visumque lacessant. Frigus ut a fluvio, &c. Æquoris, exacer marorum, &c. Perpetuoque fluvio certis ab rebus odores. Nec variis cess. &c.* Si quis autem lectionem Florentinam forte probabit, *certis ab rebus obortu*: quam et Donatus Jano-

tius Florentinus amplectebatur, ego autem nunc minus probō: vox 'obortu' conjungenda erit cum adject. 'perpetuo,' ut sit, perpetuoque obortu, i. e. et perpetua agnations atque accessione: 'oboriri' enim idem valet quod adnasci, ut docet Festus. nam præpositionem 'ob' solitam esse usurpari pro 'ad,' testis est hic versus (inquit ille) 'Tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo:' et hic Ennianus p. 100. 'Ob Romam noctu legiones ducere cepit.' superior autem versus cum duodecim deinceps sequentibus iterantur lib. 6. *Lamb.* Itaque omnes libri. Sed Marullus et Lambinus: *obortu*. Male. Commemoratur Poëta, esse corpora, primum quae oculos, deinde nares, ut sunt odores; deinde tactum, ut frigus; aures, ut soni; linguam, ut sapes feriant. *Gifan.* I. e. Quin etiam, &c. *Faber.* Vulg. *obortu* imperite. *Obortu* vero in ultima editione rejicit Lambinus, et ridiculus est Fayus, dum calumnias Parei impudenter recitat. *Creech.*

220 *Æstus ab undis*] *Æstus* marini impetus vel commotiones inquit Marcellus, advocans hoc Lucretianum carmen. Plantus in *Asin.* 1. 3. 6. 'Quo magis te in altum capessis, æstus te in portum refert.' Virg. *Æn.* 3. 577. 'Fundoque exæstuat imo.' *Pius.* Commotio, vel impetus maris. et ita Nonius, qui hunc versum profert. alias apud hunc eundem scriptorem, calorem significat, ut 1. 308. 'At neque quo pacto persederit humor aquali visum est, nec rursum quo pacto fugerit æstu.' *Lamb.*

221 *Exesor mærorum*] Sic legi debet, et ita scriptum est in quinque libris manuscr. nisi quod in Vaticano est, *mærorum*: in *Færn.* *mærorum*. Parisienses plane habent *mærorum*. dictum autem 'mærorum,' pro murorum, antique, ut notat Servius ad illum locum Virg. 10. 24. 'Aggeribus

mærorum,' his verbis: 'Nam veteres pleraque eorum, quæ nos per u dicimus, per diphthongum æ pronuntiant: hinc est 'mærorum' pro murorum: et contra 'punio' pro pænio: quod verbum a pæna venit: quod Græcum est vocabulum *ρωφή*. hinc est Punica regna vides, cum 'Pænos' ubique legerimus.' et apud Varron. 5. de L. L. 'Cum circum mæros mittitur, et cum concio advocatur.' 'Exesor' autem dictus ab exedendo. *Lamb.* Adde et Magium *Miscell.* 3. 13. *Infr.* 6. 926. 'Exesor mærorum littora propter.' *Freig.*

222 *Per auras*] Turnebus vult legi *per aureis*. *Lamb.* Contra miracula vanæ illorum credulitatis, qui a se illud aut illud auditum dicent, cum tamen nemo homo ibi adesset. *Fab.* Ita omnino legendum pato, etiam non consentientibus libris. Scio, lib. 6. ter, quaterve 'auras' in quibusdam libris esse pro aureis. Sententiam vide in adnotatione ad versum paullo ante positum: 'Perpetuoque,' &c. Et vide *infr.* 6. 927. Ita dicit Poëta 'volitare,' et 'transvolitare,' 'manare,' 'transmittere,' 'penetrare,' 'pervolitare,' 'transire,' 'meare,' 'tranare.' *Gifan.* Rectius quam *per auras*, ut patet ex vs. 230. *Creech.*

225 *Tungit amaror*] Hunc versum integrum cum duobus superioribus profert Gell. 1. 21. eundem respexit Servius ad illum Virgillii locum *Georg.* 2. 246. 'et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror.' *Lamb.*

228 *Nec mora, nec requies*] Hoc imitatus, atque adeo mutuatus est Virg. *Georg.* 3. et *Æn.* 6. *Lamb.*

230 *Sentire sonorem*] Olim conjectura ductus edendum curarum, *exaudire sonorem*, pro eo quod est in libris omnibus vulg. et plerisque manuscr. *sentire sonorem*, neque hoc temere mihi fecisse videbar: nam cum ita scriptum in uno cod. reperissem, *ec sentire*, ex c s feceram x; ex n, u;

ex t, d. ita ex illis corruptis *ex sentire*, feceram *exaudire*. quam emendandi rationem omnibus politici iudicii hominibus probatum iri sperabam. Nunc vulgatam lectionem magis probo: aut certe tutiorem arbitror. Nam 'sentire' commune est omnium sensuum. Exempli causa inf. eodem lib. non longe, pro videre usurpavit ibi: 'Et facit, ut prius hunc omnem sentire queamus,' &c. eod. libr. infr. 'Et seorsum varios rerum sentire colores.' *Lamb.* Ita veteres quidam, *Valg. sonorem*. *Lambinus*: *exaudire sonorem*, pessime. 'Tempus' Gallice *Tempus*, 'Sentire,' *Sentire*. *Gifan.* Recte quidem, et id ipsam agnovit *Lambinus*, qui aliquando legit *exaudire sonorem*: *Gifanus* tamen *sentire sonare*. *Creech.*

231 *Præterea, quoniam*] Hoc argumentum tale est. Figura (inquit) aliqua in tenebris et noctu, manibus tractata, eadem esse cognoscitur, atque ea quæ luce cernitur. At figura non potest cognosci in tenebris, nisi per speciem et imaginem. ergo neque in luce cerni. Sed hæc facilis refelli possunt ab iis qui Aristotelis scholam sectantur. Sunt enim quædam singularis sensibus proprie subjecta, ut color, videndi sensui; sonus, auditui, &c. quædam plurium sensuum communia: ut figura et magnitudo communiter aspectui et tactui subjecta est, motus et quies, omnibus, præterquam gustatai, &c. *Lamb.* Aliud vs. 9. continetur argumentum. Corpus aliquod, quadratum v. g. manu in tenebris tractemus, illud corpus quadratum esse cognoscimus, unde vero nisi ex figura ejus quadrata? Idem corpus in luce nostris oculis usurpamus, cognoscimus quadratum, unde vero nisi ex imagine quadrata? *Creech.*

233 *In luce, et claro candore*] Quid si dicamus scriptum esse a Lucret. *in luci claro et candore*? 'luce claro' enim dixisse veteres testatur *Nonius*

Marcell. Verum tamen nihil mutandum puto. Attendat autem lector, similitudinem atque affinitatem lucis et candoris vel hoc versu declarari. Itaque non temere, ut lux tenebris opponitur, quæ nigræ sunt: ita lux 'candida' dici solet a poetis. *Lamb.*

235 *Si quadratum tentamus*] Legendum fortasse est *tractamus*. Immo vero *tentamus* retinendum. Tentat enim quis figuram in tenebris, qui eam tractat ea gratia, ut sciat qualis sit: tractat autem etiam is, qui, qualis sit figura, scire non laborat. *Lamb.*

236 *In luci*] 'Luci' pro luce. *Lamb.* Luce. 'Accidere ad speciem' interpretor ad oculos pervenire: et recte quidem, cum 'species' vs. 243. oculos significet. *Creech.*

238 *Esse in imaginibus quapropter*] Ex imaginibus rerum perpetuo effluentibus, et in oculis nostris advolantibus atque incurrentibus, fit visus, ex sententia Epicuri. Platoni ex conjunctione et cognatione duorum ignium seu luminum, alterius ex oculis nostris exeuntis, alterius a sole manantis, efficitur visus. Mathematici aiunt, radios quosdam ex oculis nostris effluentis, et ad rem quæ cernitur accidentis, videndi causas esse. *Aristot. lib. 2. de Anim. docet*, non ex emissionem radiorum ab oculis, visum effici, sed ex functione et actu rerum, quæ sub aspectum cadunt, in oculos crebro ventitantes. *Arnobius lib. 2. adv. Gent. nihil horum sciri posse putat, quorum hic et deinceps causas explicat Lucretius, quibus causis mergamur in somnos, quibus evigilemus, quibus modis fiant insomnia, quibus visa, &c. Sequitur mox: 'Radiorum et luminis intentione videamus, an rerum imagines advolent, et nostris in pupillis sidant: utrum sapor in rebus sit, an palati contagionibus fiat,' &c. *Lamb.* Adde *Modii Novant. Lectiones Epist. 57. Hav.* Hanc Epicuri sententiam ita*

explicat Gell. Noct. Att. 5. 16. 'Epicurus autem effluere semper ex omnibus corporibus simulachra quædam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre, atque ita fieri sensum videndi putat.' Macrob. autem Sat. 7. 14. 'Censet Epicurus ab omnibus corporibus jugi finore quædam simulachra manare, nec unquam tantulam moram intervenire, quin ultro ferantur inani figura coherentes corporum exuviis, quarum receptacula in nostris oculis sunt, et ideo ad deputatam sibi a natura sedem proprii sensus recurrunt.' Epicurus ipse apud Lærtium docet simulachra *ἐπιειδέαι*: et apud Plutarchum *εἰδάλων εἰσκρισις* simulachrorum insinatio, et apud Ciceronem *εἰδάλων ἐπιειδέαι* occurrunt. Creech.

240 *Nunc ea quæ dico, &c.*] Vsa. 5. docet imagines a corporum superficie perpetuo fluentes ubique adesse, nosque circumstare, ita ut per ipsas videre nihil nos prohibeat, si oculos modo converterimus illis percipiendis solos destinatos. *Δεῖ δὲ καὶ νομίζων ἐπιειδέαις τινὲς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν τὰς μορφὰς ὁρᾶν ἡμῶς, καὶ διανοεῖσθαι: οὐ γὰρ ἂν ἀποσφραγίσαιτο τὰ ἔξω τῆν ἐσωτῶν φέρον τοῦ τε χρώματος, καὶ τῆς μορφῆς, διὰ τοῦ ἀέρος τοῦ μεταξὺ ἡμῶν τε κινεῖται: οὐδὲ διὰ τῶν ἀκτίνων, ἢ αἷων ὅποτε βουδύονται ἐπὶ ἡμῶν πρὸς ἐκείνα παραγινομένην οὕτως, ὡς τότε τῶν ἐπιειδέαις ἡμῶν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ὁμοχρῶν τε καὶ ὁμοιομόρων κατὰ τὸ ἐνέριμωτον μέγεθος εἰς τὴν ὕψιν, ἢ τὴν διάστασιν, ὡς αἰὲς ταῖς φοραῖς χρωμένων.* Epicurus ad Herod. Creech.

241 *Didita*] Distributa, dissipata, dispersa. nonnulli libri scripti habent *dedita*: ego *didita* retineo. Lamb.

243 *Propterea sit uti, &c.*] Propterea (inquit) quod solis oculis cernimus ideo sit, ut, tametsi imagines ex omnibus rebus in omnem partem affinant, ea parte tamen duntaxat rem cernamus, in quam os et faciem vertimus. Lamb.

Speciem] Os, faciem, ὄψιν, adspectum. Quamvis autem sic habeant omnes libri, quos quidem viderim, malim tamen legi *faciem*. Lamb.

245 *Et quantum quæque*] I. e. et cujusque rei distantiam cognoscimus, seu internoscimus per imagines. Lamb. Multa sunt, eaque insignia de visu problemata, quorum nonnulla proponit et explicat Lucretius. Primo certum est, nos non tantum colores formasque rerum cernere, sed una simul intelligere quantum res visæ a nobis distant. Qua autem ratione id efficiant imagines a rerum superficie fluentes? Respondet Poëta vs. 12. imago in oculum contendens protrudit aërem ante se, prolixiorum quidem dum eminus appellit, compendiosiorum dum cominus: quo longior autem aut brevior sit iste aëris tractus qui ab imagine protrusus oculum perlabitur, eo longius breviusve intervallum inter rem objectam et oculum intercipi sentitur. Creech.

246 *Curat*] Tralatio: sic inf. 5. 821. 'Quod ne miremur, sopor atque oblivia curant.' Lamb.

247 *Protrudit, agitque*] Sic repositi fretus auctoritate trium librorum manuscr.: Alii *procedit* legi malunt. Lamb. Quidam veteres: *protrudit*. Vide vs. 188. *Gifan*.

249 *Isque ita per nostras acies perlabitur omnes*] In plurimis editionibus legitur, ut et in hac quoque scriptam est, *omnes*; sed legendum *omnia*. Neque enim intelligit 'totam' aciem penetrari, (quod tamen fieri posset secundum Epicurum, neque video qui id negari possit.) Itaque sic alibi loquitur: inf. vs. 288. 'Et facit ut prius hunc omnem sentire queamus.' Item vs. 568. 'Qualia sunt vitri, species quæ transvolat omnia.' Cui loco opus esse aliquo temperamento videtur. Fortasse in notis dicetur, si notas faciemus. *Fab. in Emend.* Legendum necessario *omnia*, non *em-*

nes; quod ostendi facile erat, ni Gas-
sendus & vobis id jam transcriptum de-
disset pag. 284. Physiologiæ. *Faber*
in *Notis*. Ita necessario legendum
ut edidit Gifanius, etiam confitente
Fabro, acri nimis et nonnunquam ini-
quo Gifanii censore: Lambinus om-
nes. Creech.

250 *Perterget*] *Permulcet*. *Lamb.*

255 *Summe celeri*] Valde celeri.
Lamb.

256 *Quale sit ut videamus*] Ut eodem
tempore videamus, et qualis res sit,
et quam longe distet. Fortasse leg-
endum, *Quali sit ut videamus*. I. e.
Qualis res sit. alioqui dicemus eum
mutasse genus. *Lamb.*

257 *Illud in his rebus*] Non debet
(inquit) mirum videri, quamobrem,
cum simulacra singula non cadant
sub adspæctum, res ipsæ per simula-
cra cernantur: et ita ipsa universa
simulacra quodammodo videantur.
Lamb. Inquirat vero aliquis, cur res
ipsæ cernantur cum imagines quæ
oculos feriunt singulæ videri non
possunt? Respondet pro more suo
Lucretius, et vs. 18. a pari confir-
mat illud esse minime mirabile. Sin-
gulas partes venti aut frigoris non
sentimus, ipsam vero universum ven-
tum seu frigus sentimus; imagines
autem singulis partibus frigoris aut
venti, res vero ipsas universo frigori
aut vento pares existima, et rem de-
claratam habebis: Idem de tactu du-
ri lapidis dicendum. *Creech.*

260 *Ventus enim quoque*] Id probat
non esse mirandum, a simili. Cujus
hæc sententia est: Quemadmodum
cum a vento pellimur et verberamur,
cumque acri frigore urgemur, non
sentimus singulas venti et frigoris
particulas, sed universum ventum et
universum frigus: ita cum rem ali-
quam cernimus (quam sine imagini-
bus cernere scilicet nequimus) singu-
las imagines, quarum adjumento et
interventu rem cernimus, videre
non possumus, sed rem ipsam totam.

Lamb.

261 *Non primam quamque*] Sic leg-
endum, et ita habent non solum
omnes, quos vidi, vulgati cod. veram
etiam manuscripti. Qui autem pri-
vam quamque legi voluit, falluntur,
meo quidem iudicio: 'quisque' enim
significat *ἕκαστος*, sen, si dicere licet,
'singulum': deinde *privam* significa-
ret etiam *ἕκαστος*. Quid igitur hoc
sibi vellet, 'singulam singulam?'
Nunc autem 'primus quisque homo,'
'prima quæque particula,' et similia,
Latine luculente dicitur. Adjuvat
tamen scripturam *privam quamque*
versus ille in lib. 3. 'Sentimus, nec
priva pedum vestigia quæque.' *Lamb.*
Privam. Ita ex vet. cod. i. e. singu-
lam; sequitur enim: 'Sed magis
universum.' Sic etiam supra 3. 390.
quidam codices habent: *prima*, pro
priva, mendose. *Gifan.* Lambinus
legit *Primam*, et defendere conatur,
sed frustra; *Privam* enim rectius
opponitur voci 'universum' vs. 263.
et 3. 390. 'Sentimus nec priva pe-
dum vestigia quæque.' *Creech.*

263 *Unversum*] Pro, universum;
neque id mirandum magis quam
'dextrorsum,' 'sursum,' &c. pro dex-
trovorsum, supravorsum, &c. *Fab.*
Univorsum. Ita legendum. Ut sit
Creticus. Vel fiat contractio, ut inf.
6. 1065. *Gif.* Sic contrahitur in
scandendo apud Lucillum 'Frigida-
ria,' apud Ennium 'Optmates,' et
propterea, ait Rutgersius var. lect.
6. 5. imo juxta Voas. ad Catull. p.
269. inferius in hoc poëta 6. 540.
legi debet *Volters* *vi fluctus sub-
merso capte putandum est.* pro vul-
gato, *submersaque saxa putandum est.*
Qualia ibidem ad Catullum plura
recenset. *Hav.*

264 *Tanquam aliqua res*] Sic habet
codex Bertiianus: quæ scriptura
si recta est, *aliqua res* dictum intelli-
getur pro aliqua res. Alii *aliqua res*
legendum putant, aiuntque a ultima
vocale esse longam, etiam si sit

recti casus. Quidam docti legendum censent, *tamquam aliqua re*, in septimo casu. *Verberet autem*, nempe ventus. ego *aliqua res* legendum arbitror: *aliqua res* rejicio. *Lamb. Aliqua res*. Ita recte. Est autem versus Minrus. In aliis: *aliqua*. Alii aliter. *Gifan. Aliqua res*. Ex antiqua Latinitate pro aliqua. *Faber*. At *aliqua* mavult Gronov. Obs. 2. 7. p. 261. producta ultima, more Græcorum, sequente r. *Haver*.

266 *Ipsam Tangimus extremum*] *Negaret Aristoteles taugicolorem*. Color enim non tangitur, sed cernitur: nisi quis dicat, extremum colorem saxi hic accipiendum pro ipsa saxi extremitate, quam superficiem vulgus appellat. Præterea statim Lucretius, quasi se ipse reprimens et corrigens, negat nos sentire tactu colorem, sed potius ipsam duritiem. *Lamb*.

267 *Colorem*] Intellige superficiem; neque enim 'colorem tactu,' &c. *Fab*.

269 *Penitus sentimus in alto*] 'In alto' et 'penitus' idem valent: ita fit *σχῆμα ἐκ παραλλήλων*. *Lamb*.

270 *Nunc age, cur ultra speculum*] Imago, quam reddit speculum, non apparet in summo speculo, sed ultra speculum. Nunc igitur quamobrem id fiat, rationem affert, eamque illustrat a simili. *Lamb*. Rerum imagines a speculi superficie repulsæ non videntur in ista superficie, sed intus quasi, et in profundo. Hoc vero vs. 23. explicat Poëta: Quantum res visæ distant ab oculo cognoscitur per appulsam aëris ab imagine ad oculum protrusæ. Ubi igitur duplex aër protruditur, intervallum quoque magis extendi et duplicari necesse est: imago autem speculi (speculum enim ipsum una cum re cuius imago reflectitur videmus) unum aëra propellit; imago repulsa alterum, ideoque non in superficie speculi, sed intus quasi, et in profundo hæc imago apparet. Hanc explicationem illustrat allato exemplo

rerum, quæ directe et procul cernuntur ex loco intra ædificium, simul lacris aërem protrudentibus tum per extraria ad limen usque spatia, tum per interiora a limine ad oculum usque. *Creech*.

271 *Remota videtur*] Sic habet codex Bertinianus: Memmianus *remota*, vulg. *semota*. 'remota' autem eadem ratione dictum pro *remota*, qua 'repperit' pro reperit, 'rettulit' pro retulit, 'reccidere,' 'referre,' et similia pro recidere, referre. *Lamb. Remota*. Ita melius ex veteribus quibusdam. In aliis: *semota*. *Male*. Vide 'Re' in Indice. Et inf. vs. 289. 'penitusque remota.' *Gifan*. Seu *remota* legas, seu *remota*, perinde est; *semota* vero rejice. *Creech*.

272 *Quod genus*] Cujus generis, quemadmodum. *Lamb*.

273 *Janua cum per se transpectum præbet apertum*] Cavendum est ne nobis arrideat doctorum quorundam conjectura, qui legunt, *aperta*. Neque enim, quantumvis vera videtur, necessaria est: quippe 'apertas' significat liberum, patentem, &c. *Virg.* expresse *Æn*. 1. 399. 'Jovis ales aperto Turbabat cælo;' et *Æn*. 9. 25, 'campis exercitus ibat apertis.' *Faber*.

Apertum] Liberum. *Faber*.

275 *Ipsæ etenim*] Ita ex veteribus nostris lego. In aliis tamen: *Is quoque enim*; durius. *Gifan*.

276 *Primus enim est, citra postes qui cernitur aër*] Sic reposui, secutus partim libros vulg. partim manuscriptos. Sic enim habet codex Bertinianus, *citra post æstum cernitur aër*. Memmianus autem et Vaticanus habent *postes cur cernitur aër*: Paris. *postes concernitur*: Veneti et Lugd. *Primus enim, citra postes qui cernitur aër*. Quidam *tum cernitur* probant: et *tum* referunt ad illum versum qui antecedit, 'Janua cum per se transp.' &c. *Lamb*. *Citra postes quum cernitur*. Ita fere in omnibus veteribus. *Vulg. qui*. *Gifan*.

Citra postels] I. e. citra ostium, seu foreis, seu jannam. sic sup. 3. 369. 'Jam magis exemptis oculis debere videtur Cernere res animus, sublati postibus ipsis.' 'postibus ipsis sublati,' i. e. janua ipsa sublata. atque ita Turneb. explicat. Idem locum illum apud Varron. 4. de L.L. 'Responsus est, Deum manum postuleonem postulare,' &c. sic restituendum patet, 'Responsus est, Deum, manium posti leonem postulare;' 'manium posti' (inquit ille) 'i. e. januæ, seu ostio Inferorum, leonem, i. e. virum fortem.' *Lamb.*

278 *Extraria lux]* Externa, seu extranea. Ter. Phorm. 4. 1. 13. 'Nam hanc conditionem si cui tulerò extrario.' Et scriptor ad Herennium: 'Assumptiva pars est, cum per se defensio infirma est, sed assumpta extraria re comprobatur.' *Creech.*

280 *Speculi projecit imago]* *Speculi imaginem* accipe, non eam imaginem, quam reddit et representat speculum, sed eam quæ ex speculo mittitur et jacitur, quemadmodum docuit supra, ex omnibus rebus summis fieri imagines. *Lamb.*

281 *Protrudit, agitque aëra]* Hic est primus aër, nempe is quem imago a speculo missa et projecta, dum ad oculos nostros pervenit, protrudit ac propellit: qui quidem aër est inter oculos et speculum interjectus. *Lamb.*

283 *Hunc omnem]* Faciet ad probationem illius quod pag. 99. dictum est, ad ea, 'Acies perlabitur omnes.' *Faber.*

285 *Continuo a nobis in id hæc, &c.]* Sicut mihi nunc legendum videtur: non, ut in vulgatis, *a nobis in eum, &c.* neque, ut olim, *Continuo hæc in id, a nobis, quæ fertur imago.* nimis enim longe aberat a recepta scriptura. Et tamen eam secutus est Zoilus, tacitus, ut suam, non ut a nobis, acceptam, animum institutum tenens, suoque ingenio indulgens. Sententia autem

horum verborum hæc est: Continuo (inquit) imago, quæ a nobis fertur, ad speculum pervenit, et a speculo rejecta, nostros oculos revisit. *Lamb.* *Vulg. a nobis in eum.* Gifan.

287 *Atque alium præ se]* Hic est, secundus aër, nempe is quem imago a nobis fluens, et in speculum adjecta, atque inde in oculos nostros rejecta, præ se pellit: quem quia prius cernimus, quam imaginem nostri, ideo fit, ut imago a speculo remota videatur. *Lamb.*

289 *Remmota videtur]* *Semota*, vulg. *Gif.* Vs. 271. 'Penitus remmota:' tantum enim ultra speculum imago apparet, quantum a nobis distat ipsum speculum. *Creech.*

290 *Quare etiam atque etiam, &c.]* Hunc versum cum duobus sequentibus delendos censeo, ut spurios. Eos tamen excidendos curavi, ut legantur in codicibus manuscriptis. Cum hæc scripsissem, Zoilus, gravis auctor, sic de his versibus pronuntiavit, 'me peperam eos delendos censuisse, cum sit eorum sententia optima,' inquit. Vellem ostendisset, *εὖος πρὸς λόγῳ.* Præterea ego non delevi: quod ille me fecisse scribit, impudentissime mentiens. 'Delet hos versus Lambinus,' inquit ille. Mentiris, nebulo. Aliud enim est delere, aliud delendos censere. Addit deinde, 'perperam.' Aia! tu, omnium mortalium audacissime atque impudentissime? itane? perperam? Unde tibi ista de quoquam, ne dicam de me, sic pronuntiandi auctoritas, sycophanta nequissime? *Lamb.* Hos tres ut spurios contra omnes libros delet Lambinus; perperam, cum bonus sit sensus. *Mirari par est*, aliis: *mirari est par.* Gifan. Hos tres versus delendos censeo Lambinus, nec sane video cur nunquam censuræ pudeat, nam hic loci otiosi sunt, et nihil agunt. *Creech.*

292 *Aëribus bis]* *Aciebus.* Gifan. *Utraque]* Ita in veteribus. *Vulg.*

utroque. Marullus: utrimque. Giffan.

293 *Nunc ea, quæ nobis, &c.*] Cum ex hoc loco, tum ex aliis multis intelligere licet, quod traditum est, Epicurum neque mathematicis artibus, neque ullis aliis disciplinis, quibus qui instructi sunt, eruditi dicuntur, politum fuisse. Affert enim rationem admodum ineptam, et infirmam, et popularem, quare quæ nobis dextra sint, in speculis læva videantur, et contra: nempe quia imago a nobis in speculum jacta, et in id offensens, non revertatur ad nos inco-lumis, sed retrorsum elidatur: quemadmodum si quis personam aliquam erecta etiam nunc homidam et madidam allidat ad columnam aut trabem, et ea retro convertatur expressa, ita ut servet priorem figuram: tum enim fiet, ut qui antea dexter erat oculus, nunc sit lævus, et contra. Sic igitur Epicur. seu Lucr. At mathematici longe aliter, quemadmodum et quamobrem hoc fiat, demonstrant: exstatque bujus rei cognitio et perceptio (seu θεωρημα) ordine 19. apud Euclidem. Docent igitur illi, reflexionis angulum, ei angulo quem facit linea a puncto rei visæ in speculum incidens, æqualem esse. Itaque semper fit reflexio in partem oppositam ei parti speculi, in quam incidit linea a puncto rei visæ producta. Præterea imagines quæ in speculo ceruntur, qualescumque sit speculum, quam brevissimis fieri potest lineis continentur. Cum igitur pars dextera rei visæ, lineæ reflexionis sinistræ respondeat ac subjaceat potius quam dexteræ; et contra pars læva rei visæ, dexteræ reflexionis lineæ sub-jecta sit potius quam lævæ: fit ut linea reflexionis, quæ magis dextera sit, sub dexteram imaginis partem cadat: et quæ sit magis læva, lævam imaginis partem tangat. Quare læva rei visæ pars, dextræ imaginis parti opponitur: et contra dextera rei visæ pars, lævæ imaginis parti re-

spondet. Denique visa imago et res visa sic se habent inter se, ut duo gladiatores, qui frontibus adversis inter se certant. hic enim alterius oculus lævus, alterius oculo dextro opponitur, et contra. Plato denique in Timæo paucis verbis hanc rationem affert, *Ὅτι τοῖς ἐναντίοις μέρει τῆς ὄψεως περὶ τὰ ἐναντία μέρη γίνεται ἀσάφη κατὰ καθέστῳ εἶδος τῆς προσβολῆς.* i. e. 'quia contrariis partibus aspectus contrariæ partes speculi attinguntur, pro consuetudine adjectionis, seu commissuræ.' Sciendum est autem hoc fieri dumtaxat in speculis planis et convexis: nam in concavis respondent dextra dextris, et læva lævis, cujus rei rationem discas etiam ex Platone et Euclide. Lamb. Opinioni Epicuri repugnat, quod in speculis imago adversa contemplatorem suum respicit, cum debeat, siquidem a nobis orta recto meatu proficiscitur, posteram sui partem, cum discedit, ostendere, ut læva lævam, dextera dextram respiciat; nam et hæstro personam sibi detractam ex ea parte videt, qua induit, viz. non faciem sed posteriorem cavernam. Hæc Macrob. Sat. 7. 14. Huic difficultati ut satisfaciat Poëta, illo exemplo, quo adversarii utuntur, suam sententiam tuetur. Personam (larvam) fictilem, non induratam quidem, sed madidam adhuc, ad trabem aut columnam aliquam allidas, ita ut retrorsum invertatur, et facies cavernam impleat, tum enim in persona videbis id factum quod jam in speculo miraris. Imagines autem, utpote res tenuissimas, ad speculum allisas ita retrorsum inverti posse non est dubitandum. Creech.

294 *In speculis fit ut in læva*] Sic quidem habent libri omnes et manson. et typis excusi, nisi quod in codice Tettiano non est præpositio *fit*: in eoque ita scriptum est, *fit, ut læva videatur*, ex qua scriptura Muretus suspicabatur esse legendum, *ut læva*

videatur, cum diceret ille, non esse quod quemquam moveat *ve* syllaba brevis: saepe enim poni tribrachum pro dactylo, et choreum pro spondeo. Cum hæc scripsissem, Zoilus hanc Mureti conjecturam tacitus arripuit: et damnavit eam, quam secuti sumus, non solum injuste, verum etiam imperite: nam genus hoc loquendi, 'sit, ut, quæ pars nobis membrorum dextera est, ea in læva speculi parte videatur' (h. e. cernatur) non est barbarum, meo quidem iudicio. Mureti conjecturam tamen neque ollum damnavimus, neque nunc improbamus: quam ille non debuit præreptam sibi vindicare. *Lamb.* Vulgati: *ut in læva*. Sed barbarum est. *Gif. Fit uti læva, Muretus. Creech.*

295 *Planitiem ad speculi*] 'Planitiem speculi,' hic dicit, quam alias 'æquor speculi,' et lib. 1. 'glaciem æria.' *Lamb.*

296 *Cretea Persona*] Sic mihi legendum videtur, et ita scriptum est in cod. Bertin. et Memm. In Vaticano autem *cetera*, litteris transposita. Quod autem in nonnullis impressis legitur *Cerea persona*, ferri non potest: nam neque, quod hic dicit Laetius, ex cerea persona fieri potest, neque cera arefcit, sed durescit potius. Quidam putant legendum *Terrea*, quod minus probo. Malim tamen legi, *Cressam personam*, Liceat etiam *Creteam* legere, ut *c* et *a* per *swlf* *now* coeant in unam syllabam. *Lamb.* Quæ olim 'e gypso et luto figulari' fiebat. Res e Comiciis Græcis notissima. *Faber.* Vulg. *Cerea*. *Gifan.* Nam e gypso aut luto figulari fiebat; ideo *Cerea persona* rejicitur: Lambinus vero amat *Cressam* seu *Creteam personam*. Vetusti Codd. quos Heinsius vidit, constanter exhibent *Cretea persona*. In Catalect. Petron. 'Dum sumit creteam faciem Sertoria, cretam Perdidiit illa simul, perdidit et faciem.' *Creech.*

Pilære] Apuleius, *Pila*, media quæ *Delph. et Var. Clas.*

Stabuli trabes sustinebat. Virg. *Æn.* 9. 710. 'Qualis in Euboico Bajarum littore quondam Saxeæ Pila cadit.' *Creech.*

299 *Rectam si fronte figuram*] Quidam legendum censent, *rectam si forte figuram*. *Lamb. et Creech.*

302 *Mutua*] Mutuo. Sic inf. vs. 946. 'Nec motu mutua fungi.' *Creech.*

303 *Fit quoque de speculo*] Fit etiam (inquit) ut de speculo in speculum transferatur imago, adeo ut quinque aut sex ejusdem rei simulacra reddantur, dum e speculo in speculum tranalucunt. Nam si qua sunt in ædibus quantumvis remota atque abstracta, et retro condita, ea, pluribus speculis adhibitis, per flexos quosdam aditna, in ædibus esse videbuntur. Immo vero pluribus speculis certo modo sitis et compositis fieri potest, ut tergum tuum cernas. Exempli gratia: sumit duo specula plana, eorumque alterum a tergo ita collocato, ut sit resupinatum, i. e. neque prorsus rectum, neque prorsus supinum; alterum sublime et suspensum supra caput teneto, ita ut ob oculos tuos obversum sit, profio et proclivi situ. sine dubio tergum tuum in speculo illo sublimi, et tuis oculis superne opposito cernes, tui videlicet tergi imagine a posteriore et resupinato speculo in alterum translata. Erat autem ordo versum hoc loco in libris vulgatis mirum in modum perturbatus: quem ego invita invidia princeps restitui. *Lamb.* Hic melior est ordo quam qui in aliis quibusdam. *Gifan.* Imaginum elisionem atque inversionem ulterius vs. 9. confirmat, nam ex interiori ædium parte per specula rite disposita veluti educitur imago, et in quamlibet partem transfertur; illa autem imago quæ sinistram partem dextræ objecti parti in primo speculo oppositam exhibebat, in secundo speculo convertitur, et dextras partes dextris objecti partibus adversas refert. *Creech.*

Lucret.

4 R

304 *Quingus etiam sexus ut fieri*] Codex Bertin. non habet disjunctivam *ve*: sic enim in eo scriptum est, *Quingus etiam sex ut*. atque ita fortasse legi debet. sic Hor. Epist. 1. 1. 5. 'Si quadringentis sex septem milia desunt.' quem versum tamen aliter, quam vulgo intelligi solet, explicavi in secunda editione Horatiæ. Zoilus superiore hanc annotationem arripuit, et secutus est, ab ingenio suo non discedens. *Lamb. Sex ut*. Ita ex quibusdam libris vet. malim, ut 'sex septem' Hor. Epist. 1. 1. et Ter. Eun. in aliis: *sexus*. Gifan.

311 *Inde retrorsum reddiit se, et convertiit eodem*] Cum in codicibus quatuor manuscr. *Inde retrorsum rediit*, scriptum reperissem sine copulatione *que*, continuo judicavi ab aliis ita esse repositum, ut habent libri vulgati, *Indeque retrorsum rediit*: ab aliis, *Inde retrorsum etiam rediit*, &c. ut habent tres Manuscripti. Nam Bertin. neque habet copulationem *que*, neque *etiam*. Itaque sic restitui, *Inde retrorsum reddiit se, et convertiit eodem*. sententia autem hæc mihi videtur esse: *Inde*, id est, ex primo speculo, vel ex parte dextra, imago reddit se retrorsum, id est, in lævam partem, in secundo speculo scilicet, et convertit se eodem, nempe in lævam. Cum hæc scripsissem, Zoilus exortus legendum dixit, *Inde retrorsum reddiit, et convertiit eodem*: ut sit choreus pro spondeo, et 'reddiit et convertiit' sint absoluta: quod fieri non potest: neque reperietur in tota Lingua Latina. Adde quod versus erit inconcinuus. cujusmodi versus ipse facit: non cujusmodi sunt Lucretiani. *Lamb. Reddiit et*. Ita vet. libri, nisi quod antiquo more, de quo Pierius, habebant *rediit*. Lambinus addidit *se*. Recte forsitan; ut olim fuerit *s' et*. Ego veram scripturam reposui. Nam et 'reddiit,' ut 'convertiit,' absolute accipi possit; et in 'reddiit,' choreus pro spondeo. Inf. etiam vs. 324.

utitur: 'reddiit.' Gifan. Gifanus, qui integros versus non amat, omittit *se*. Quidam tamen Codd. *Inde retrorsum rediit*, &c. Creech. Oblitas est sui Gifanus, cum in Indice notat 'reddere' absolute hic accipi. Sed, quam omnes veteres habeant *rediit*, et hoc orationis flum requirat, retinere id malim; posteriorem *roð* 'Inde' producere auctoritate Græcorum poetarum, quia *r* prima litera sequenti est voci, ut versus sibi constet; similiter hoc eodem lib. vs. 302. 'Fierique perinde videmus Corpora tum plagas in nostro, tanquam aliqua res Verberet.' Ubi eadem vis literæ ad ultimam in 'aliqua' producendam. Gron. Obs. scil. lib. 2. cap. 7. pag. 261. eamque lectionem sumus secuti. *Hæc*.

312 *Quin etiam quæcumque*] Significantur, opinor, multa specula conjuncta, columnæ figura, convexa. numerantur autem a mathematicis septem speculorum genera, ex quibus fiat unitata et rata reflexio: speculum planum: speculum columnare, convexum: speculum columnare, concavum: speculum pyramidis in morem conformatum, convexum: huic similiter conformatum, concavum: speculum globosum, seu sphericum, convexum: globosum, concavum. *Lamb. vs. 7.* subjungit de speculis quorum sunt lotuscula (faciunculæ) varia; instar viz. speculorum pluriam ad dextram lævamque sic oppositorum, ut ex reflexione unius in aliud, et porro in oculum situs restituatur; aut potius quorum latera sint partes, regionesve ejusdem speculi concavi, e quo reflexa, et post factam radiorum decussationem spectata imago eo exhibeatur situ, ut dextra ad dextram, sinistra ad sinistram sit; tametsi aliunde pars superior inferior, et inferior superior evadit. Gassendus. Creech.

313 *Adsimili lateris*, &c.] H. e. exhibeant partes imaginis respondentes

eadem nostris partibus, nempe dextris dextris, lævas lævis: Fayus. Imperite, ista enim *flexura adsimilis lateris nostri* ad ipsum speculum pertinet, et idem significat quod 'flexa figura speculi' vs. 318. Creech.

314 *Dextera*] I. e. quorum dextræ partes nostris dextris respondent. Lamb.

318 *Flexæ figura*] Teres speculi figura, instar columnæ. Lamb.

Docet] Efficit, et, ut alibi loquitur, curat. Faber.

Convertit] Videlicet imaginem. Lamb.

319 *Indugredi porro pariter*] Hæc etiam ad speculorum considerationem pertinent. idcirco hos sex proximos versus hoc loco excidendos curavi, eoque magis, quod hoc ordine legatur in cod. Bertiniano. Sive *Indugredi* autem, sive *Endugredi* legatur, nihil refert. Nam utroque usus esse veteres, 'endo' et 'indu' pro in, et veteres grammatici testantur et multorum antiquorum scriptorum testimonia probant. Adde quod libri veteres sic habent hoc loco. Postremo vocabularium Latino-Græcum mihi a Cl. Puteano commodatum sic habet; 'Induperat, ἐνδύσσει' et 'indu, εἰς, ἐν, ἐνδον, ἐνδός.' Et Lucil. apud Nonium in verbo 'concelebrare': 'Multis indu locis sermonibus concelebrarunt.' sic enim legendum, non, ut vulgo, *inductis*; neque, ut habent libri vet. *inde locis*. Lamb. His vs. 6. docet imagines in speculis videri nobiscum incedere, nostrumque gestum imitari, quoniam qua de parte speculi recedamus, statim ex ea imago nequeat reverti, nam quæcumque ab rebus simulachra mittuntur, ea ad æquos et pares angulos referuntur; itaque apposite id refert ad variatas speculi partes, ex quibus aliis ac aliis necessarium est reflexionem in oculum fieri, ac proinde imaginem progredi videri. Creech.

321 *Propterea, quia de speculi*] Hæc ratio est admodum arguta, facilis, atque illustris. simulachra (Inquit) videntur nobiscum ingredi in speculo, quia, qua de parte speculi recedas, statim ex ea parte non possint simulachra reverti. hujus rationis ratio est, quia quæcumque ab rebus simulachra mittuntur, ea ad æquos et pares angulos referuntur. Mathematici autem docent, idcirco imaginem rei visæ in speculo moveri videri, quia cum omnia puncta rei visæ ab aliis atque aliis identidem punctis reflectantur, nova totius rei visæ efficitur imago. unde per motum rei visæ puncta a quibus facta est reflexio, permutantur. ita forma moveri videtur, cum re vera non moveatur, sed potius nova imago, situ rei visæ mutato, gignatur. id autem accidit propter continuationem punctorum reflexionis, quæ fit in extrema cæsura speculi. Sed videtur legendum, *Continuo nequeunt illuc simulachra rev.* Lamb.

322 *Nequeunt illuc*] Lambinus nequeunt illuc, quæ lectio admitti non potest. remitti Gassendus pro reverti. Creech.

325 *Splendida porro oculi*] Absoluta de speculis disputatione, et eorum ratione, docet quamobrem splendida oculos offendant. Maxime si nimium sint splendida, cujus rei hanc etiam causam afferri posse puto. Quæ sub sensum videndi cadunt, actionem quandam in eum explicant, ita ut videndi sensus a rebus quæ cernuntur, patiatur. Cum igitur actio et perceptio sunt intra modum, et altera alteri ex proportionem respondet, juvatur videndi sensus a re, quæ cernitur potius, quam offenditur, et probe suo manere fungitur. Cum vero perceptio actionem asperat, i. e. cum id quod cernitur, plus æquo acro et validum est; oculum et videndi sensum offendit: ex quo fit, ut ingens et immoderatus sonitus, audiendi sensum corrumpat; et ni-

minus splendor videndi sensum exstinguat: de qua re mox dicemus. Huc tamen ante adscribam Laberii versus de Democrito, et quodam sene, quos profert Gell. 10. 17. quod ad hunc locum mihi maxime pertinere videantur, et eo magis, quod mendose et perturbate apud Gellium legantur: 'Democritus Abderites physicus philosophus Clypeum constituit contra exortum Hyperionis, Oculos effodere ut posset splendore æreo: Radiis solis sibi aciem effodit luminis, Malis bene esse ne videret civibus: Sic ego splendore fulgentis pecuniæ Volo edificare exitum ætatis meæ, Ne in re bona videam esse nequam filium.' *Lamb.* Splendida objecta oculi pati non possunt, et sol exæcat, quoniam vs. 8. splendidum objectum emittit multa ignis semina quæ oculos adurunt, vel est sensibile exuperans sensorium, atque ideo corrumpit, quod ipsius texturam solvens, debitam in eo temperiem commensurationemque pervertat ac destruat, adeo ut aliis sensibilibus deinceps excipiendis incapax evadat. *Creech.*

326 *Sol etiam cæcat, &c.* Sic M. Tull. lib. 6. de repub. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversio sonitus, ut eum aures hominum capere non possint: sicut in terris intueri solem nequitis adversum, ejusque radiis acies vestra sensusque vincitur. Aristot. lib. 3. de anima, tradit hoc esse commune omnium sensuum, ut ea quæ sub eos cadunt, si modum superent, corrumpant sensus, aut certe sensuum instrumenta. Verbi gratia, sonitus nimius, et modum superans, exurdat: nimius splendor oculorum aciem præatingit, atque adeo exstinguit: et ita de cæteris sentiendum. cujus rei hanc rationem affert, quod sensus, ratio quædam est: omnis autem ratio corrumpitur ab eo quod est nimium, et ab eo quod est parum, quem-

admodum symphonia corrumpitur, si chordæ vehementius, quam par sit, pulsantur; aut si vel nimis remissæ, vel nimis contentæ fuerint. *Lamb.*

Contra si tendere] Sic habent nostri omnes libri vet. et item vulg. In 'tendere' autem subintelligendum oculos. Sic autem loquuntur boni scriptores, 'tendere,' et 'contendere oculos.' Sic sup. 1. 67. 'Primum Graius homo mortaleis tendere contra Est oculos ausus.' neque est quod quisquam mihi dicat, vocem *oculi* aut nimis longe abesse, aut nusquam hic esse positam. Est enim in superiore versu proximo, sic in hoc eodem dixit, 'Sol etiam cæcat.' nempe 'oculos.' Quod si in his verbis, 'Sol etiam cæcat,' recte subintelligitur 'oculos;' cur non et in 'contra tendere?' Sic enim procedit sententia: Sol cæcat oculos, si pergas oculos contra tendere. Zollus autem legit *cernere*, non recte, et contra omnium librorum auctoritatem. *Lamb.* *Contra si cernere.* Ita ex veteribus malim. *Vulg.* et in aliis: *tendere.* *Giffan.*

329 *Composituras*] Τὰς ἀρμογὰς, τὰς συνάφας. *Lamb.* Συναρμογὰς. *Faber.*

332 *Insinuando*] Παθητικῶς, insinuantur, jam alibi. *Faber.*

333 *Lurida præterea sunt*] 'Luridi' (inquit Festus) supra modum pallidi. 'Luridum' autem a lura, i. e. corio. Auctor vocabularii Latino-Græci, 'Luridus,' inquit, ὄχρος, πῆλιος, λευκοῦς. In quibusdam libris vulg. tamen impressum est *lutea*. 'Lutea' autem, i. e. crocei coloris, seu qualis est color ovorum vitellis. Varro: 'Sed Cynicis involnerum et pallium luteum non est.' Sed quærat aliquis, cur hoc fiat, propter oculi vitium scilicet. nam cum visus fiat per adventum formarum adspectabilium in oculos: quicquid autem recipit, debeat esse omnis qualitatis expers, si futurum est, ut formas probe recipiat, quemadmodum materia debet esse

omnium formarum expers, et informis, ut sit formarum capax: merito oculis arquatorem, cum sint lurore infecti, quæ non sunt lurida, lurida videntur. *Lamb.* Ictericis omnia objecta apparent lurida, quia viz. vss. 5. lurida multa semina ab ictericis fluunt, et venientia rerum simlacha tingunt, saltem in oculos intrantia inficiunt. *Creech.*

334 *Arquati*] Pressi morbo regio: quod ei nomen hæsit quoniam victu regio curantur; Græci vocant 'Icteron': unde nomen avi, quæ Ictericum morbum curat. 'Arquatus' dicitur hic morbus quod 'arqus' sit concolor de virore: vel quod ita stringat corpora ut in arcum ducat. *Lucilius*: 'Qui nos esse arquatos ducunt, surgamus, eamus, agamus.' Hic morbus in sacris literis 'aurigo' nuncupatur. *Hieronymus* in interpretatione *Hieremias*: 'Interrogate et videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manum supra lumbum suum quasi parturientis, et conversæ sunt universæ facies in auriginem?' *Celsus* lib. 3. Medicis. 'Eque notus est morbus, quem interdum arquatam, interdum regium nominant: quem *Hippocrates* ait si post septimam diem febricitante ægro supervenit, tutum esse mollibus tantummodo præcordiis substantibus. *Diocles* ex toto si post febrem oritur etiam prodesse: si post hunc febris occidere. Color autem morbum degit maxime oculorum: in quibus quod album est fit luteum. Per omne autem tempus utendum est exercitatione, frictione, si hiems est balneo, si æstas frigidis natationibus; lecto etiam et conclavi cultiore, clauso loco: uti *Iudis*: lascivia: per quæ mens exhilaretur. ob quæ regius morbus dietus videtur.' *Pius*. Qui morbo regio laborant. 'Arquatus morbus' (inquit *Nonius*) 'dictus (qui et regius appellatur) quod arquo seu arco, i. e. iridi, sit concolor virore:

vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat.' *Varro Enmenid.* 'Nam, ut arquatis et veterosis, quæ lutea non sunt, æque ut quæ sunt, lutea videntur: sic insanis ac furiosis, sani et insani videntur esse insani.' Profert iterum eadem verba in voce 'Lutens,' sed utrobique mondose, ut intelligit qui attentius considerabit. Ego, quomodocumque potui, emendavi: sed non omni ex parte. nam manet mendum in voce *veterosis*, cui quomodo hic locus esse possit, non video. Fortasse delenda. *Lamb.* Ictericis, quorum color et oculi virent quasi in 'arqui,' quem poëtæ *Irim* vocant, similitudinem: *Lucret.* 6. 525. 'Tum color in nigris extabat nubibus arqui.' *Nonius.* *Creech.*

337 *Contage*] Contagione, ut sup. *Lamb.*

Palloribus] Notabilis hujus vocis apud poëtam usus in numero multiplicato, quum singularia agnoscat *Charisius* tantum illa rerum nomina, quæ nec videri nec tangi possunt. Verba ejus hæc sunt pag. 22. Edit. *Putsc.* 'Item singularia semper sunt, quæ nec videri nec tangi possunt.' Verum sicuti idem in fine addit: 'Sed auctores non usquequaque hæc observaverunt;' ita videmus inter illos etiam nostrum esse *Lucretium*. *Haver.*

338 *E tenebris autem*] Quamobrem e tenebris ea quæ sunt in luce, cernameus, non contra, per longas ambageis hoc loco rationem exponit. Sed ex *Aristotelis* et mathematicorum sententia, multo brevior ratio reddi potest, hoc modo: Nihil per se videtur præter lucem et colorem. Itaque quicquid cernitur, opera et beneficio coloris, a luce illustrati, cernatur necesse est. At videndi sensus fit per contactum quandam, nempe forma rei quæ cernitur ad oculos perveniente, et suam vim in videndi sensum explicante. Ita fit, ut e tenebris ea quæ sunt in luce po-

aita, cernamus. *Lamb.* Deinde ex tenebris ea videntur quæ sunt in luce, non item in luce quæ in tenebris: id nempe fit vs. 16. propter protrusionem diversi aëris; nam cum lucidus aër tenebrosus sequitur, purgat meatus oculi, ita ut rerum simulachra intrare possint, aër enim lucidus est tenuior, mobilior saltem, et majori vi pollens; cum vero tenebrosus aër lucidum subsequatur, tum meatus oculi ab isto inertis aëre ita implentur, ut advenientibus rerum simulachris expiendis incapax evadat. *Creech.*

340 *Ater inisit oculos*] 'nit, ocu-' tribrachus pro spondeo, seu dactylo: nisi dicamus, 'init' dictum pro 'inlit'; propter eaque 'nit' esse longum; quod malo: ut sup. 1. 71. 'Inritat animi virtutem.' itaque sequitur 'possedit' ejusdem temporis. Quod si quis *inisit* in præsentis legere malet, quod probari potest, neque est inasitatum; *possidit* erit legendum, in præsentis, a verbo possido, dis: ut jam dicam. Sed omnino malo legi *possedit*, et *inisit* sic accipi, ut sit præteritum. *Lamb.* Sive *init*, et *possidit* et vs. 346. 'Obsiderat,' ut 'Obsiditque vias' vs. 352. periade est: omnino autem legendum *e luce non a luce* vs. 349. et vs. 353. *conjecta*, non *consecta*, ut Lambinus contendit, quoniam vox *adaperta* in vs. 347. legitur. *Creech.*

Et possedit] Quidam legunt *possidit*, a verbo sideo, dis: ut infra vs. 352. 'Obsiditque vias oculorum.' et 1. 287. 'possidat inane.' et alibi *perisidit*, et *residit*. Ego nihil mutuo. *Lamb.* *Et possidit*. Ita malim, petente id sententia. In libris: *possedit*. Ita sæpe variatum. *Gifan.*

341 *Lucidus aër*] Aristoteles diceret, ad oculum pervenire *ἀέριον*, i. e. actionem coloris luce perfuasi. *Lamb.*

349 *E luce*] Sic habent libri manuscr. duo, in quibus est Memmianus: non, ut alii, *a luce*. sic sup. dixit vs.

338. 'E tenebris autem.' *Lamb.* In aliis: *a. Gifan.*

353 *Consecta moveri*] Omnes fere libri manuscr. habent *consecta*: unde olim suspicabar legendum *conjecta*, aut *conlecta*. Nam apud hunc scriptorem 'conjectus' idem valet interdum quod collectus et congregatus. Nisi dicamus ubique legendum *conlectus*. Sed placet nunc retineri scripturam veterem, *consecta*: quod opponitur illi quod supra positum est, 'adaperta.' Verumtamen judicet lector eruditus. *Lamb.* *Consecta*, sic legendum ex omnibus vet. Marullus et vulg. *conjecta*. *Gifan.*

354 *Quadrataque procul turris*] Nunc nonnullas visus fallacias seu captiones proponit: quas tamen negat esse fallacias sensus, sed animi opinionationes. Qua de re legendus Q. Septimius Florens Tertullianus lib. de anima, ubi de quinq; sensibus disputat: cujus sententia neque sensus mentitur, neque opinio. Ita partim assentitur Epicuro, partim dissentit. Satis autem probabilem et acutam rationem reddit, quare quadrata figura procul rotunda videatur: quoniam scilicet omnis angulus, si longius distet, obtusus videtur, seu potius non videtur: cujus rationis causa est, quod, dum simulacra rei quæ cernitur, per multum aëra feruntur, ab eo aëre anguli ictus, sive ipse angulus, obtunditur; et ita videnti sensum effugit. quo fit, ut quæ sunt quadrata, tamquam rotunda videantur. Mathematici et optici hoc sic demonstrarent: Quicquid cernitur, definitam habet loci distantiam, ultra quam non potest cerni. Finge igitur, magnitudinem aliquam in ultima distantia cerni. cerneret igitur sub quam minimo fieri potest angulo. Removeatur nunc hæc magnitudo longius ab oculo; proculdubio non cerneretur. alioqui sub minore angulo cerneretur, quam qui est minimus, quod fieri non potest: magnitudo au-

tem angulis prædita circa suos angulos minor est, quam circa quasi-
bet alias suas partes: ita fiet, ut
oculus, corporis quadrati longissime
distantis angulum, quamvis sibi pro-
pinquiorem, minus cernere possit,
quam reliquas illius corporis partes.
ex quo efficietur, ut quadratum, ro-
tundum videatur. Huc pertinent
illa Alexandri Aphrodis. lib. 1. probl.
37. Διὰ τί τετραγῶνα πλεονέκων στερε-
γῶνα φαίνεται; ἢ τῶ τῆν ἴσην μὴ σθῆ-
νοσαν μακρότερον ὄρεν τὰς γωνίας, ὡς
ἔξωθεν, μὴ βλάπτειν αὐτὰς ὡς γωνίας;
τοῦτων δ' ἰσχυρομένους, κατ' ἀνάγκην
τῆς ἴσης τὸ λεκόν σῶμα στερεγῶνον
φαίνεται; i. e. 'Quamobrem quadrata
a longinquo loco rotunda putantur?
An quod vias cum angulos procul
cernere nequeat, ut acutos, non cer-
nat eos ut angulos? His autem de-
tractis fallacia oculorum reliquum
corpus rotundum videtur?' *Lamb.*
Turres quadratæ nobis procul aspici-
entibus apparent rotundæ, quia via.
ves. 11. turris quadratæ imago dum
procul ad nos per aëra advelat sæ-
pius percutitur aëre occurrente, quo
fit ut anguli illius deterantur, saltem
ita obtundantur, ut cum ad nos per-
venit quasi tornata et rotunda sub
forma ferit oculos nostros, licet ista
rotunditas non sit adeo distincta, ac
si turris ipsa rotunda foret, et comi-
nus spectaretur. *Creech.*

358 *Neque ad nostras acies perlabitur*
] Sic nunc reposui. Olim autem
eum ex libris vulgatis alii haberent
illabitur, alii *delabitur*; ex manuscrip-
tis autem alii *delabitur*, cum vulgatis
aliquot consentientes, alii *deriabitur*,
cujus scripturæ rationem expntare
non poteram: *adlabitur* edideram;
pro quo vulgati fere omnes habent
delabitur. Placet igitur nunc mihi
perlabitur: quod ego ex *deriabitur*
corrupto elicio: ex *der* scilicet, *per*,
ex *i*, *l*: omnino facile et sine vi, et
nsitato more: nam *d* est *p* inversum.
Lamb. *Perlabitur*: ita ex vestigiis

vet. librorum, in quibus sic erat in
deriab. et *deriabitur*, reatitui. Vul-
gati: *delabitur*, *labitur*. Alii: *allabi-
tur*. *Gifan.*

360 *Hebecere eum*] Obtundi an-
gulum, sive anguli ictum. *Lamb.*

363 *Quasi tornata ut sax.*] Ordo est:
fit ut structa saxorum, i. e. saxa que
structa sunt, tuantur, i. e. videantur,
quasi tornata, *τεροπνευμένα*, i. e. ro-
tundata, et torno facta: 'structa saxo-
rum' autem sic dictum, ut 'septa'
et 'clausa domorum,' apud eundem:
'strata viarum,' apud Virgil. et apud
hunc eundem: 'ficta rerum,' 'amara
curarum,' apud Horat. et similia, que
in commentariis Horatianis notavi-
mus. Cum hæc scripsissem, *Adr. Tur-
nebus* lectionem receptam, *Fit, qua-
si ut ad tornum saxorum, &c.* defendere
conatus est in libris *Adv. 13. 20.* sed
frustra. Ferri enim non potest. Hoc
autem *ad tornum* natam ex interpre-
tatione est, que postea in contextum
irruit: ad vocem enim 'tornata' ad-
scripsit aliquis, 'ad tornum facta.'
Hinc nata hujus loci depravatio est.
'Tornare' autem idem interdum va-
lere quod terere, aut rotundum effi-
cere, declarant illa Ciceronis in *Ti-
mæo*: 'Idque ita tornavit, ut nihil
effici possit rotundius.' *Lamb.* *Quasi
ut ad tornum*, ita in veteribus. In
quibusdam: *turris*. *Lambinus*: *qua-
si tornata ut*. *Gifan.*

364 *Adumbratim*] *Tυρωδός*, non ad
amussim, non exquisite rotunda.
Lamb.

Simulata] I. e. similata. *Lamb.*

365 *Umbra videtur item*] Cum cor-
pus inter solem et locum a sole illus-
tratum, interpositum, umbram effici-
at, eo quod locum illum, qui a solis
radicibus percussus erat luminosus, sua
interpositione lumine privet, (nihil
enim aliud est umbra, quam aër a lu-
mine vacuus,) cumque, quocumque
in loco, in sole ambulante, soli effi-
cimus, is locus luminis privetur: non
est mirum, si una eam corpore nos-

enim certos esse defendebat Epicurus; at ex opinatu animorum nasci falsa illorum judicia. Sensus autem omnes sunt *ἄλογοι*; quare non judicant. *Fab.* Absoluta de visu et visione disputatione, a duobus problematis ultimo propositis occasionem arripit defendendi certitudinem sensuum, quam non tantum ista problemata, sed alia etiam, quæ usque ad vs. 476. enumerat, labefactare videantur: quæ omnia explicare non opus est, dum plana sint et familiaria: sensus vero certos esse ideo arguit, quia accipiant rerum imagines quales sibi deferuntur; non cognoscunt naturas rerum, non judicant, neque aliquid pronunciant, ideo nullis in iis error, omnes autem errores ex opinatu animi nascuntur. *Creech.*

384 *Paullæ quod diximus*] Nempe nova se radorum lumina identidem fundere, et prima quæque disperire. *Lamb.*

387 *Proinde animi vitium*] Si quid fallimur (inquit) in rebus cernendis, animi vitium est, non oculorum. quare noli hanc culpam oculis adscribere. Pergit multa exempla commemorare, ex quibus et sensus oculorum, et alii falsi videntur: quod negat ita esse. Volebat enim Epicurus, sensus esse certos ac veros: qua de re lege M. Tullium in Lucullo, et in primo de N. Deor. nos item nonnihil ex Epicuro ipso infra referemus. *Lamb.*

389 *Quæ vehimur navi*] M. Tullius in Lucullo, 'Videane' (inquit) 'navem illam? stare nobis videtur, at iis qui in navi sunt, moveri hæc villa.' Mathematici docent, ac demonstrant, ex immoderato atque intemperato habita octo circumstantiarum, in motu et quiete cernenda, errorem obijci potestati seu virtuti ad res distinguendas valenti. in octo autem circumstantiis illis numeratur nimia distantia. itaque per immoderatam rei quæ cernitur distantiam, fit ut et eo qui cernit quiescente, res

quæ cernitur, cum movetur, quiescere; et eo qui cernit locum mutante, res quæ cernitur, cum quiescit et fixa manet, moveri videatur. Itaque qui navigant, si e portu solvant, et in altum provehantur, iis urbes recedere videntur: contra si ex alto portui appropinquant, urbes ad eos accedere. Ex hac opinione dixit Virg. *Æn.* 3. 72. 'Provehimur portu: terræque, urbesque recedunt.' ibidem, 'et angusti rarescunt summa Pelori.' Ibid. 205. 'Quarto terra die primum se attollere tandem Visa, aperire procul monteis ac volvere fumum.' Ibid. 274. 'Mox et Leucata nimbose cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo.' *Lamb.* Amicus quidam opinabatur, legendum esse *navis*. Verum quis non videt Græcos suos hic secutum esse poetam? *Hav.*

389 *In statione*] Portu: Virg. 'Statio malefida carinis.' *Creech.*

391 *Quos agimus præter navim*] I. e. præter quos agimus et impellimus navim. *Lamb.*

392 *Ethereis adfixa cavernis*] Sic inf. 6. 251. 'magnas cæli complexæ cavernas.' *Lamb.*

393 *At assiduo in sunt omnia motu*] Cod. Bertin. habet *omnia mota*. Ego hanc scripturam, quam secutus sum, sic declaro: et omnia sunt in assiduo motu. illam autem Bertinianam sic paullum immutatam adjuvarem, et *assidue sunt omnia mota*. Fortasse etiam *et pro et* legendum est, ut hoc totum sic legatur: *at assiduo in sunt omnia motu*, id est, at in assiduo sunt omnia motu: quo modo edi jussi. *Lamb. Motu*. Quidam libri, *motæ*. Gifan.

398 *Estantesque procul*] Huc apprimè facit, quod de freto Siculo scribit Justinus. *Faber.*

399 *Idem apparent*] I. e. conjuncti et continentes apparent: unum montem efficere videntur: seu, cum duo montes sint, unus mons videntur esse,

seu una insula. Sed non celabo lectorem, hoc totum, *idem Apparent, et longe divulsi licet*, abesse a tribus lib. manusc. in eisque ita legi: *putet exitus, ingens Insula, &c.* de qua scriptura iudicet lector eruditus. ego quidem probo: atque eam confirmant codices Parisiens. et Veneti antiquiores. Quare delendum hoc totum, quod veruculis confossum est. *Lamb.* Hæc: *idem Ap. e. l. d.* absunt a veteribus quibusdam libris. *Gifan.* Quidam Codd. non agnoscunt, *et Lambinus* rejicit. *Creech.*

402 *Atria versari, et circumcurare*] *Atria*, (inquit,) ubi pueri circumcurarant et circumacti fuerunt, videntur ipsa pueris circumvolvi et circummagi, ubi illi se circumagere desiderunt. hujus animi opinationis hæc causa est; quod spiritus, ad visum pertinentes, intus concussi, ex motu totius corporis, huc et illuc oberrant, et circumaguntur, neque, movendi corporis sine facto, et quiescente corpore externo, spiritus interni quiescunt. Nam cum multo sint leviores corpore concreto, multo etiam sunt mobiliores, et minor animæ potestas eos commovet: illi autem commoti formas et imagine rerum commotas atque agitates potestati seu virtuti res distinguenti atque internoscenti objiciant ac representant. ea enim omnia, quorum formas commotis spiritibus animæ potestati objiciuntur, etiam quiescente eo qui cernit, moveri videntur: quemadmodum rota ab aliquo impulsâ diu movetur, postquam manus, a qua impulsâ est, moveri desita est. *Lamb.* Eleganter in ebrinum ista dicuntur apud *Juv. Sat. 6. 303.* 'Cum bibitur concha, cum jam vertigine tectum ambulat,' &c. Inde jocus ille apud *Athenæum lib. 6. pag. 245. f.* *Παρὰ Πτολεμαίῳ δὲ μακρότης περιφερομένης, καὶ κατ' ἐκείνου καὶ λειποσύνης, Πτολεμαίῳ, ἔφη, πρότερον ἄγχι μεθίω, ἢ δοκῶ μοι ταῦτα περιφέρεσθαι;* i. e. 'Apud *Ptolemæum* cum

Mattya circumferretur, et, ut ventum erat ad *Corydum*, illa semper deficeret, *Ptolemæus*, an, inquit, ebrius sum, an hæc mihi videntur circummagi?' 'Mattya,' novissime convivio inferri solita, cibus exquisitissimus. *Preig.* Inter Græcos ebrietatis istum effectum describit *Quintus Calaber Smyrnæus 13. 9.* *Καὶ βῆ οἱ ἐν μεγάρῳ κειμήλια, καὶ δῶμος αἰὲτος, θάλασσα κυνέμοισιν δομένα: πάντα δ' ἑάλπει Ἄμφι περιστροφῶσθαι ἀπὸ πτόλων.* i. e. 'Quin etiam res in ædibus reconditæ, ac domus ipsa, Illi videntur ac si se commoveant, omniaque in urbe *Circum rotari* putat.' *Hæver.*

406 *Janque rubrum tremulis jubar*] 'Stella ante solem ortum vocatur jubar, quod sit jubata,' inquit *Varro de L. L. lib. 5.* Sic item et *Festus*: 'Jubar, stella, quam Græci *φωσφόρος*, i. e. luciferum, appellant, quod splendor ejus diffunditur in modum jubar leonis.' Quidam tamen putant hic a *Lucretio* positum esse 'jubar' pro splendore et lumine solis orientis: a quibus dissentio. Accedat ad *Varronis* et *Festi* auctoritatem, *Servii* sententia, qui notat ad illum locum *Virg. Æn. 4. 130.* 'It portis jubare exorto delecta juvenus,' &c. 'jubare exorto, i. e. orto *Lucifero*,' nam proprie *Lucifer* jubar dicitur, quod jubar lucis effundat.' *Lamb.* *Varro*, *Festus*, *Servius* ad *Æn. 4.* 'It portis jubare exorto delecta juvenus' docent jubar *Luciferum* esse; hos sequitur *Lambinus*, at nihil certius quam unam eandemque rem in hoc versu 'jubar,' et vs. 408. 'Solem,' appellari. *Creech.*

408 *Quos tibi tum supra, &c.*] Ordo est: ii montes, supra quos monte sol tibi esse videtur, e propinquo loco eos suo igni contingens, vix absunt nobis, i. e. nostro judicio, vel vix a nobis abesse videntur bis mille missus sagittæ, atque adeo quingentos teli cursus, seu jactus, cum tamen inter eos et solem immania, id est,

ingentia atque immensa, maria interposita sicut, &c. Tres lib. manusc. habent, *Quos ubi tum, &c.* Lamb. In quibusdam vet. *ubi cum.* In quibusdam: *ubi tum.* Gifan.

411 *Veruti*] Nonius: '*Veruina*, seu, ut alii scribunt, a quibus dissentio, *verbina*, genus teli longi, quod nonnulli '*verntum*' nominant.' Lamb. Verutum est telum breve et acutum. Saluat. Hist. 3. 'Saxaque ingentia, et axe vinctæ trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta bisam pedum.' Nonius. Creech.

415 *Retinenti*] Colant, inhabitant. Lamb.

416 *At conlectus aquæ*] Sic reposui, secutus trium librorum manusc. obscura quædam vestigia: '*conlectum aquæ*' autem interpretor collectionem aquæ, seu aquam collectam. Hor. Epist. ad Vaalam, l. 16. 16. '*Collectosne bibant imbreis, pnteosne peremneis.*' Quod si quis malet' legi *conjectus*, ut habent nonnulli libri manusc. scripti, et quidam typis excusi, non pugnabo: ut *conjectum aquæ* intelligamus aquam conjectam, et quæ ex pluribus locis in unum confluxit. in quibusdam lib. vulg. ut in Parisiens. impressum est, *commictus*: quæ scriptura fortasse depravata est ex ea quæ reperitur in Memmiano codice, *commixtus*. '*commixtus*' autem, seu '*commistus*,' idem valet (opinor) quod *commixtio*, confusio, et colluvies. Lamb. *At conlectus aquæ*, ita malim. In aliis vet. *conjectus*. In quibusdam vulg. *commictus*. Gifan.

417 *Qui lapides inter sistit*] Qui inter lapides sistit, sive stat. *ἀναρροφῆ.* Lamb.

Per strata viarum] Per vias lapideis stratas, vel per vim parteis, quæ sunt lapideis stratae. sup. l. 320. '*Strataque jam vulgi pedibus detrita viarum.*' Lamb.

418 *Despectum præbet*] *Despectum*, i. e. adspectum e loco superiore. Cæs.

lib. 2. '*Quod cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupeis, despectusque haberet,*' &c. idem lib. 8. '*Et loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur.*' Lamb.

Impete tanto] I. e. tanta altitudine. Lamb.

419 *Terris quantum cæli*] Sic Virg. *Æn.* 6. 578. '*Bis patet in præceptantum, tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cæli aspectus Olympum.*' Lamb.

421 *Corpora mirando sub terras*] Si scripturam vulgatam retinebimus, ut non sequatur copula verbum '*videre*,' in versu superiore, et (quod primum est) si hunc versum Lucretianum esse judicabimus, '*mirando*' interpretabimur dum miraris, scilicet corpora, &c. sin addemus copulationem, '*mirando*' cohærebit cum voce '*cælo*:' ut intelligamus, id cælum esse mirabile, quod sub pedibus nostra cernatur. Sed libri scripti reclamant, in quibus partim scriptum est *miranda*, partim *mirande*: cujus lectionis rationem explicare nequeo. Nam *mirande* adverbium inauditum et insolens. Ego sic putabam reponendam, *cælum ut videre videre, et Corpora mirari sub terras abdita cælo*: vel sic, *Corpora mirandi sub terras abdita cæli*. Omnino si hic versus tollatur, nihil de sententia hujus loci deperat. Verum tamen judicet lector. Lamb. *Corpora mirande, sub, &c.* Ita veteres. In quibusdam vet. *miranda*. Marullus et vulg. *mirando*. Male. Gifan. Recte quidem hic Gifanius; et pluribus Lucretii in locis librorum, quam non adverterent illud *miranda* studiosè adverbialiter positum a poeta, corruperunt in adjectivum *mirandus*, da, dum, uti et inferius va. 464. '*Cætera de genere hoc mirande multa videmus.*' Quomodo ibi quoque optimè habent Membr. Lagd. Bat. in editis tamen passim legas *mirando*. Haver.

416 *At collectus aqua digitum non altior unum, Qui lapides inter sistit per atrata viarum, Despectum præbet sub terras impete tanto, A terris quantum cæli patet altus hiatus: Nubila despiciere et cælum ut videre videre, et Corpora mirando sub terras abdita cælo]* Prolixiori sermone opus non sit, mihi si probandum fuerit postremum illorum versuum esse corruptum. 'In lacunula, quæ aqua plena sit, videmus,' ait Lucretius, 'et cælum, et alia corpora, abdita cælo mirando sub terras.' Qui hæc intelligent, næ ego illorum *δύχρονον* et solertiam dilaudabo; sed iudicium tamen haud equidem scio an æque celebrari debeat. Nam qua ratione 'corpora sub terras abdita videantur in collectu aquæ,' res notissima est vel pueris, qui vagi per vias et ludibundi lasciuunt: sed, si quis dicat, 'corpora sub terras abdita sunt mirando cælo,' id vero est quod nec adulti, nec senes ipsi, opinor, intellexerint. Error itaque ibi sit necesse est; cuius sedem causamque si quæres, en tibi, in proximo est. Quippe in versu superiori legitur, 'Nubila despiciere et cælum ut videre videre.' Atque ibi cum forte scriptori librario oscitanti, ut fit, aut properanti, occurrisset illud 'cælum,' effectum ex eo est, ut in versu quoque sequenti *ῥδ cælo* scripserit, cum tamen, uti legendum arbitror, scribere debuisset, *Corpora mirando sub terras abdita pacto. i. e. mira* ratione, miris modis. *Faber. Corpore mirando, &c.*] Huic versui iniquus est Lambinus, et rejicit; emendat Faber, legitque *Corpora mirando sub terras abdita pacto*, quippe quid sit istud *mirandum sub terras cælum* ipse non intellexit, nec alios unquam intellexisse putat: quasi vero istud cælum, in collectione aquæ apparens, non admirabile et sub terras videatur, cum tam profundus sit et admirabilis in istud cælum despectus. Alii vero *Corpora mirandi sub terras*

abdita cæli. Creech. *Corpora mirando, &c.*] Rubrica procul dubio, sicut ille, l. 883. 'Cum lapide lapidem terminus, manare cruorem.' Voss. Constructio est: videris mirande (ita lege) sub terras videre corpora cælo abdita. *Hav.*

422 *Equus acer obhæsit]* Sic habent duo codd. manuscripti, Bertin. et Memmian. Cum hæsit equus (inquit) in medio flumine, despicientibus nobis in aquas celeriter labentis, equus videtur rapi in adversam et superiorem partem fluminis, et flumen scilicet stare. *Lamb.* Ita recte Lambinus ex vet. libris. *Vulg. athæsit*, ut et in vet. quibusdam. *Gifan.*

425 *Raptim]* Celeriter, et raptentis in morem. Sic sup. l. 663. 'nil ab se quod possit mittere raptim.' *Lamb.*

428 *Stansque in perpetuum]* In longum extensa: Servius ad *Æn.* 7: 176. 'Perpetuis soliti patres consistere mensis.' 'Perpetuis mensis,' longis, ad ordinem exæquatis sedentum. *Creech.*

430 *Longe tomen parte ab summa]* Sic restitui conjectura ductus, ut sup: vs. 354. 'procul.' vs. 456. 'longe,' ut hic. *Vulg. longa*, nullo sensu. Vide et Indicem, E. *Gifan.* *Longa*, alii *Longe*, i. e. procul. *Creech.*

431 *Paullatim trahit angust]* Porticus, (inquit,) quæ est tum æqualibus columnis in perpetuum suffulta, et ita æquali omni ex parte constat altitudine; tum parietibus æqualiter inter se perpetuo distantibus, atque ita æquali perpetua constat latitudine; et ita spectata a summa parte, videbitur tibi paullatim superne, atque inferne, a dextra et læva contracti et coarctari, et conis similitudinem præ se ferre. est autem conus vertex rotundus atque obtusus cuiuscumque pyramidis, sive rotundæ, sive quadratæ, et lateribus præditæ. Causam autem, cur ita videatur, afferant mathematici pluribus quidem verbis, sed ego in pauca conferam. *Paral-*

lelarum linearum partes ab adspectu remotiores ad extremum fere concurrere videntur: quod sic demonstratur. Primum lineæ parallelæ plures eandem necessario soli seu plantiæ extremitatem occupant. Fingamus igitur, duas lineas parallelas esse centum pedes longas, atque inter se distare pedes decem. ducantur lineæ decem transversæ ab altera illarum duarum parallelarum in alteram. hæ singulæ scilicet erunt inter se æquales, et denos pedes longæ. Esto igitur oculus in summa parte hujus plantiæ, in qua parte ducta est prima linea transversa. Dico, secundam lineam, quæ est oculo proxima, (nam primam non numero, quæ oculum tangit,) ei qui cernit, longiorem videri tertia, et tertiam quarta, et quartam quinta, et ita deinceps. adeo, ut ultima linea transversa et decima, quæ ab oculo remotissima est, brevissima videatur. cujus rei ratio est, quod, quo quæque magnitudo a nobis longius abest, eo angulum, qui sub oculum cadit, efficit minorem: et contra, quo quæque magnitudo a nobis propius abest, eo angulum, qui sub oculum cadit, habet majorem. ex quo sequitur, magnitudinem tanto nobis videri majorem, quanto a nobis propius abest: et contra, tanto videri minorem, quanto remotior est. Sic fit, ut extrema et remotissima pars tectorum porticus solum prope tangere, et dexter paries lævo confusus esse videatur. *Lamb.*

433 *Donec in obscurum, &c.*] Nam eam tectum descendere, pavimentum surgere, et parietes concurrere videantur, in acutum conum prospectus desinat necesse est. *Creech.*

Conduxi] Συρτήσας. Lamb.

435 *Condere]* Abscondere, occultare. *Lamb.*

437 *Ne leviter credas]* Sic legendum, et ita scriptum est in libris manuscr. non, ut in vulgatis, *nec leviter*. Pendet autem hic versus a superi-

ore, et *ne* idem valet quod ut *ne*, vel ut non; proinde ac si ita dicat: non est mirum, si nautis sol in undis obire et occidere videatur, quippe cum præter cælum et aquam nihil cernant, ne forte leviter ac temere credas sensus undique labefactari. *Lamb. Ne leviter credas.* Ita in vet. libris. *Vulg. Nec. male. Gifan.*

438 *At maris ignavis, &c.*] In omni re cernenda aut radii ab oculis incidunt duntaxat in rem visam, quamvis tales radii non sint causa visus; et hic visus fit recta per unum corpus diaphanes seu pellucidum; aut radii, qui ab oculis in rem visam incidunt, reflectuntur in oculos: aut iidem illi radii franguntur. Incidunt duntaxat in rem visam, cum verbi gratia, equum, aut corpus aliquod, aut colorem in corpore non lævi, aut si lævi, non tamen denso cernimus. reflectuntur radii, cum speculum, id est, corpus aliquod politum et densum cernimus. franguntur, cum rem aliquam per plura corpora pellucida, verbi gratia, per aërem, et vitrum, aut aquam cernimus. Quod igitur dicit hic Lucret. maris ignavis navigia in portu clauda, et eam remorum partem, quæ in mari mersa est, fractam et curvam videri; is error oculorum nascitur ex tertio cernendi modo, qui fit per duo corpora διαφανή, quorum alterum sit magis pellucidum, quam alterum: ut aër magis pellucidus est, quam aqua: aqua densior est aëre. Nam cum (verbi gratia) remum seu potius remi partem sub aqua cernimus, eam remi partem non recte, sed oblique cernimus, neque ipsa remi pars re vera cernitur in eo corpore pellucido, quod est densius aëre, sed imago et similitudo duntaxat, quia linea a re visa non reflectitur recta ad oculum, sed in extremitate secundi corporis pellucidi, nempe aquæ, refringitur. Quo fit, ut oculus rem non suo loco cernat, sed alio; immo non rem ipsam, quip-

po quem recta sit, sed umbram quandam rei incurvam ac refractam videat. et, cum remi partes continne directæ apparere non possint, appareant continuatæ indirecte. *Lamb.*

438 *Clauda*] Remos eum navigiorum crura pedesque existimes quibus per fluctus incedunt: ideo, cum hi remi fracti appareant, navigia dicuntur clauda. *Creech.*

In portu] Legendum in *Ponto*. Quid enim navigia in *ports* obitantur undis? *Creech.* Sed legetur ita contra omnes *Mss.* qua ego violentia non delector. Quid, 'ignari maris,' au non prinquam jam in 'pontum' provec-ti sint, etiam talia effecta in 'porta' vident? Maneat itaque poëtæ sua vox et sententia. *Han.*

439 *Aplustris fractis*] Quid sint aplustra, diximus sup. 2. 55. ad illum locum, 'fluitantia aplustra.' *Lamb.* *Undis*, veteres quidam: *undas*, etiam recte. *Gif.* Aplustra proprie navis ornamenta. Hoc autem loco omnes navigii partes, quæ aquis extant, significant, ut sequentia demonstrant. *Creech.*

440 *Nam quæcumque*] Quæcumque (inquit) remorum pars exstat supra 'rorem salis,' i. e. aquam maris, recta est: quæ mersa est, refracta videtur. *M. Tull. Lucullo*: 'Neque vero hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo, aut de collo columbæ respondeam.' *Plutarchus* πρὸς Κολώτην, eo loco, ubi disputat adversus sensus, ostendens, eos non semper esse veros, aut veri nuntios, ait, rei quidem, quæ sub aqua est, imaginem, a qua imagine visus afficitur, atque (ut ita dicam) patitur, esse fractam; remum autem, ex quo fuit imago, non esse fractum. τὸ γὰρ εἰδέναι, ἐφ' ᾧ πένανθεν ἢ ὄψεσ, κεκλασμένον ἑστίν ἢ αἰσθητὸν δὲ, ἐφ' ᾧ τὸ εἰδέναι, οὐκ ἔστι κεκλασμένον. Huc pertinent ea quæ scribit *Seneca* natur. Quæst. 1. 3. 'Nihil acie nostra fallacius, non tantum in his, a quibus subtiliter pervi-

dendis illam colorum diversitas submovet, sed etiam in his quoque quæ ad manum cernit. Remus integer in tenui aqua fracti speciem reddit. Poma per vitrum aspicientibus multo majora sunt. Columnarum interval-la porticus longiores jungunt.' Sed quæret aliquis φλαμυθῆς, hoc *Seneca* loco, quem modo protuli, lecto de pomis per vitrum adspectis, quam-obrem majora videantur. Hanc rationem affert *Alexander Aphrod.* lib. 1. probl. 36. nisi fallor, 'Quia' (inquit) 'aqua poma, aut alii corpori merso circumdata, colorem corporum illorum in se recipit, et sensum videndi fallit, quasi illa sint majora, quam re vera sunt. Hac nempe ratione etiam sol, et luna, et stellæ errantes cum in finiente seu horizonte orientali, aut occidentali' (licet mihi his nominibus uti) 'versantur, majores, quam alio in loco, putantur, eo quod aër, qui corpora illa complectitur, cujusdammodi ab illis fiat.' Hactenus ille. Quæ ratio autem in aqua locum habet, eadem in vitro valet. *Lamb.*

Rorem salis] Aquam maris: *Virg. Æn.* 1. 39. 'Spumas salis ære ru-bant.' *Creech.*

441 *Et recta superne gubernæ*] Sic legendum, et ita habeat libri quinque manuscr. Novius autem docet 'gubernæ' positum esse ab antiquis pro gubernacula. ut a *Lucill.* lib. 20. Sat. 'Proras despoliate, et detonde gubernæ.' Auctor vocabularii Latino-Græci, 'Gubernum,' inquit, κυβέριον. sup. 2. 553. 'Disjectare solet magnam mare transtra, gubernæ.' Juvabit *Tertullianum* legere lib. de anim. cap. de quinque sensibus, de his omnibus sensuum fallaciam disputantem. Cujus hæc pauca verba adscribam, loci duntaxat indicandi gratia: 'Itaque mendacium' (inquit) 'objicitur: quod remos in aqua inflexos, vel infractos adseverat adseverus conscientiam integritatis; quod

tarrem quadrangulatam de longinquo rotandam perveniat; quod aequalissimam porticum angustiozem in ultimo infamat; quod cælum tanta sublimitate suspensum mari jungat. Perinde auditus fallaciæ reus: ut cum cælesti murmur putamus; et plaus-trum est,' &c. *Lamb.* Ita optime in veteribus. In quibusdam tamen: *gubernat*, male. Id et *Lambinus*, recte. In quibusdam etiam: *superna*, male. *Gifan.* Illos nimirum, qui *superna* responderunt, movit, quod non advertent ad verba derivata ab adjectivis secundæ declinationis, ut sunt 'superne' et 'inferne,' ultimam penes Lucretium habere correptam; nti videtur hoc loco et 6. 543. 'Terra superna tremit magnis concussa ruinis,' et ibid. 598. 'Tecta superne timeant, metuunt inferne cavernas,' atque rarus va. 186. 'Nec tibi sit frandi, quod nos inferne videmus,' sicuti et va. 766. 'Ducero forte Deos Manes inferne reamur.' *Hav.*

443 *Obviam!* Ultra citroque moventur. *Faber.*

444 *Et reflexa prope in summo*] Jam summo rectius forte: ut *Et*, in metiendo, adnectatur verbo, *reverti*. Quidam: *ætra*. A longum ob pr. *Gifan.*

445 *Raræque per caelum cum*] Tempore nocturno, (inquit,) cælo sereno, cum ventus 'nubila rara,' i. e. nubis inaneis et pellucidis, portat, stellæ videntur adversum nubila moveri, et nubila stare. *Lamb.*

446 *Splendida signa*] Stellæ. *Lamb.*

447 *Adversum nubes*] Sic legendum, reclamantibus libris omnibus, qui habent *adversum nubes*. Rara enim nubila, 'nimbi' dici posse non videntur. *Lamb.* Satis pro imperio. Quod tamen editiones posteriores fore sequuntur; immerito, ut opinor. Nam et 6. 483. dixit: 'Corpora, quæ faciunt nubis nimbosque volantes.' Et ut 'rara nubila' dici, ita et nimbi possunt, qui interrupti, et separati,

non continuo tractu per aëra feruntur. *Preig.*

448 *Ratione*] 'Ἀλλήως, ἄρα. *Faber.* Quam quo ratione. Quidam Codd. *Ætera ratione*. Creech.

449 *At si forte oculo*] Quamobrem hoc fiat, rationem afferens Aristot. problem. Sect. 3. 'Idem accidit,' inquit, 'si quis inferne oculum premat, quod ebriis, nempe, ut anum cernentibus, duo videantur. motum est enim principium aspectus, ita, ut oculus alter convenire in unum non possit. hoc tantum interest, quod hic motus fit extrinsecus; ille autem, qui fit a vino, intrinsecus.' Hactenus Arist. Licet et hanc causam afferre. Tum oculus directe videt, cum radii a re visa in papillam cadunt ad perpendicularum, et recta ad principium visus conjunctionemque nervorum ad visum conferentium feruntur. At cum oculus alter manu premitur, curvatur aspectus, et nervi sursum ac deorsum moventur, et huc et illuc distrahuntur. ita fit, ut unam plura videantur. *Lamb.*

450 *Pressit cum*] Sic habent codices manuscripti, Meum. et Bertin. Hoc eo dico, quod Thraso asseverat (qua audacia et confidentia est) in omnibus libris manuscr. esse scriptum, *Pressit, cum quodam sensu, &c.* Marullum autem ex cum fecisse cum. Atqui certe scio Marullum hos duos lib. manuscr. numquam attigisse, aut vidisse. *Lamb.* *Pressit; cum quodam, &c.* Sic veteres. Marullus et vulg. *cum; quodam.* *Gifan.*

451 *Omnia quæ tinnunt, &c.*] Exemplum talis ebrietatis in virgine Nictæa, cujus virginitati insidias struebat Bacchus, habet Nonnus Dionys. lib. 16. pag. 462. vs. 31. Καὶ εἶδεν Ἰθάκησιν ἰδῶν πολυχρόδα λίμνην, ὄμματα διειδούσα. βαρυνομένην δὲ κερήνην Δάκρυο θεροβέτον ἐκπολύματα νύκτα κολύσης. I. e. 'Et duplex videbatur videre multum capax stagnum, Oculis rotans; gravato vero capite, Videbat

a feris depasta duplicata dorsa rupis.' *Haver.*

452 *Bina lucernarum*] Porphyrio in Comment. ad Hor. Sat. 2. 1. 24. 'ut semel icto Accessit fervor capiti, numerusque lucernis,' versum nostrum ita legit: *Tecta lucernentur florentia lumina flammis.* Quasi totus locus ita esset concipiendus: *Fieri tum bina tuendo Tecta, lucerna. n florentia lumina flammia Binaque, per totas ades, &c.* Quæ quidem lectio ferri satis potest; sed vulgata omnibus corroboratur *Mss.* ideoque nihil mutandum censeo. *Haver.*

Bina lucernarum florentia lum.] Sic habent quatuor libri manuscr. quibuscum congruunt libri Parisiens. et Veneti antiquiores. Ceteri vulg. habent *flagrantia.* Quidam vir doctus putabat legendum *flammania,* ut apud Virg. Georg. 3. 433. 'Exallit in siccum, et flammantia lumina torquens Sævit agris:' a quo dissentio, maloque legi, vel, ut est in nonnullis vulg. *flagrantia;* quod tamen minus probo, et suppositum puto: vel, ut in manuscriptis, *florentia,* ut sit metaphora ducta ab arborum aut aliarum rerum floribus. Atque hanc scripturam amplector. sic sup. 1. 899. 'Donec fulserunt flammæ flore coorto.' *Lamb.* *Florentia:* hæc verissima scriptura, quæ et in vet. nostris est. Vulgati: *flagrantia.* pessime. *Gifan.* Lumina 'florere' eleganter dicuntur propter lucis lætitiæ et hilaritatem, unde de sole et luna similiter, et quidem ex nostri (ut videtur) imitatione loquitur Tertullianus in Apologetico cap. 11. pag. 117. 'Vani erunt homines, nisi certi sint, a primordio et pluvias de cælo ruisse, et sidera radiasse, et lumina floruisse, et tonitrua mugisse, et ipsum Jovem, quæ in manu ejus ponitis, fulmina timuisse.' *Haver.*

455 *Denique cum suavi*] De somniis disputabit pluribus verbis inf. eod. lib. sub extrem. *Lamb.*

459 *Censemus*] Putamus: et ita

sæpe usurpat Plautus. *Lamb.*

460 *Conclusioque loco*] Lib. Vatic. et Færn. habent, *Conclusioque loco;* verum tamen nihil muto. *Lamb.*

461 *Mutare*] Notandum ab interpretibus fuerat: istud 'mutare' imitatio Græci sermonis est, γῆρ ἀμείβων, item ἄλλορ ἄλλοτε ἀμείβων, &c. Plato, Plutarch. Lucianus. Ita apud Herodotum in Terpsichore τὰς θόρας ἀμείβων, 'ingredi,' quem locum Valla minus bene convertit. Locus est pag. 314. edit. Aubrianæ. *Faber.* Vido *Fayi* interpretationem, et ride. *Creech.* 462 *Severa silentia*] *Cnr severa?* an quia tristia? ut 5. 36. 'pelageque severa,' an quia severos decent, et σπουδαίους? an quia sacra? an legendum *sonora?* Usu nempe didicimus, nocte silente maxime sonitus audiri etiam levissimos: an *serena?* Sic nempe supr. 1. 143. 'nocteis vigilare serenas.' Sic fere tamen, ut hic, 5. 1189. 'Luna, dies, et nox, et noctis signa severa.' *Lamb.* *Lambinus sonora,* quod putidum est, aut *serena.* *Creech.* At præsens *Lambini* nota ostendit magis iniquum, vel minus attentum fuisse *Creechium,* quam putidum *Lambinum.* *Haver.*

Severa silentia noctis] Non erat *cnr* locum hunc mutari vellet *Lambinus:* nec enim est ut quidquam homini poëtæ placeat magis quam severum illud noctis silentium; *Morne silence de la nuit.* *Faber.*

464 *Cætera de genere, &c.*] Fallimur in iis rebus circa quas sensus versantur, id certum est, unde vero fallaces sensus quis arguat? Cum isti, vs. 7. rerum imagines accipiunt, quales sibi deferuntur, non cognoscunt naturas rerum, non judicant, neque aliquid pronunciant, ideo nullus in illis error, omnes autem errores ex opinatu animi nascuntur. Representant sensus, judicat ratio, sæpe autem temere et inconsiderate. Hæc ipse *Epicurus* ad *Herodotum:* Καὶ τὰσα μὲν φαντασία, εἶτε διανοίη, εἶτε αἰσθήσει κατα-

λαμβάνομένη, οὐ μὲν τοι διαλαμβάνομένη, ὅτιν' ἀληθής. τὸ δὲ ψεῦδος, καὶ τὸ διημαρτυμῆσαν, ἐν τῇ προσδοξαζομένη ἀλεῖ ἔσται, κατὰ τὴν κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένη μὲν τινι φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διὰ λήψιν δὲ ἔχουσαν, καθ' ἣν τὸ ψεῦδος γίνεται, &c. Et apposite Cicero in Lucullo, 'Timagoras Epicureus negat sibi unquam, cum oculos torsisset, (vide vs. 450.) duas ex lucerna flammulas esse visas; opinionis enim est mendacium, non oculorum.' Creech.

Mirande] Ita et hic reposuimus ex Mss. Lugd. Bat. approbante etiam Tullio Fortuitor. c. 20. pag. 149. vide sup. ad vs. 421. 'Corpora mirande sub terras abdita cælo.' Hav.

466 *Quoniam pars horum maxima fallit Propter*] Hoc tenebat mordicus Epicurus, (ut sup. diximus,) sensus esse veros: et si quid erroris nobis obijciatur in videndo, aut audiendo, &c. cum errorem nasci ex opinione, non ex sensibus dicebat. Quod prope modum probat Arist. cum alibi, tum lib. 3. de Anim. 'Ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις τῶν ἴδιων ἀεὶ ἀληθής, &c. i. e. 'Sensus propriorum semper verus est.' ibidem: 'Ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἴδιων ἀληθής ἔσται, ἢ ὅτι ἀλλοτρίων ἔχουσα τὸ ψεῦδος, i. e. 'Sensus quidem propriorum subjectorum semper verus est, aut quam minimum mentitur.' Hac autem de re sic M. Tall. in Lucullo: 'Itaque Timagoras Epicureus negat sibi unquam, cum oculos torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas: opinionis enim esse mendacium, non oculorum.' ibidem supra: 'Eo enim rem demittit Epicurus, si unus sensus semel in vita mentitus sit, nulli unquam esse credendum.' Idem lib. 1. de Fin. 'Judicia rerum in sensibus ponit: quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne iudicium veri et falsi putat.' Lamb. Vitruvii hunc locum apposite adfert Tullius libro memorato pag. 149. 'Non enim veros videtur habere visus effectus; sed fallitur sæpe

ab ejus judicio mens. Quemadmodum etiam in scenis pictis videntur columnarum projecturæ, mutulorum ephoræ, signorum figuræ prominentes, cum sit tabula sine dubio ad regulam plana: similiter in navibus remi, &c. Hoc autem, sive simulacrorum impulsu, seu radiorum ex oculis effusionibus, uti Physicis placet, videamus, utraque ratione videtur ita esse, uti falsa judicia oculorum habeat aspectus.' Exstat Vitruvii hic locus lib. 6. cap. 2. p. 106. Hav.

467 *Opinatus*] Opinaciones. Utitur eodem nomine Arnob. lib. 1. 'Explorata fidei veritate, an rumoris cassi opinacione sit creditus.' Lamb. Quos addimus ipsi. Opinatum ita exprimit Epicurus ad Herodotum: Κίνησις ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένη μὲν τινι φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διὰ λήψιν δὲ ἔχουσα. Creech.

469 *Nam nihil egregius*] Secutus sum libros vulg. nam manuscr. tres habent, *Nam nihil egregius est*: Memmianns, *Nam nihil egregius est*: Bertinianns, *Nam nihil agrius est, quam res cernere apertas*, versus syllaba una claudicante: ex qua scriptura videri possit legendam, *Nam nihil agrius sit, quam res secernere apertas*, &c. Quidam legendum censent, *Nam nihil egregiu' est*. i. e. egregium est. Paucis complectar quod sentio. Hic versus cum proximo non videtur mihi τοῦ πομπροῦ, non quod comparativum 'egregius' me offendat, (quamquam offendit,) nam a Catone dictum est 'industriorem,' 'iter arduius,' 'innoxiozem;' a Lucillio 'strenuor;' a Plauto 'industrior;' a Pacuvio 'egregiissima forma,' &c. que refert Prisc. lib. 3. sed quia hi duo versus sententiam continent perplexam, et absonam, et ineptam. Quis enim, interrogatus quamobrem non fallantur sensus, sed opinionum sit mendacium et fallacia, respondeat, quia nihil egregius est, quam res apertas a dubiis distinguere, ac secernere? Præ-

terea quid sibi volent illa, 'animus quas ab se protinus addit?' Nam si hoc significant, animum statim res dubias a se repellere, atque a perpicuis et apertis distinguere, quia has intelligat, illas comprehendere non possit; falsum est nihil esse magis egregium, quam res apertas a dubiis secernere. Omnino in hoc loco mihi aqua hæret, neque quidquam aliud dicere possum, quam quod modo dixi, mihi hos versus non videri Lucretianos. *Lamb. Nam nihil egregius est, quam res discernere apertas.* Ita hunc versum ex vet. libris scripsi. In quibusdam veteribus: *ægrius*. Marullus, *secernere*, contra vet. libros. Lambinus hos duos *ἄβελῆς*. *Gifan.* Hi duo versus ab imperita manu sunt: itaque delendi. *Faber. Nam nihil egregius, &c.* Alii Codd. *Nam nihil ægrius est*, et recte. Hos duos versus rejiciunt interpretes, improbe: vs. 467. docuit 'Nos addere opinatus animi,' igitur in vs. 470. pro *addit* legatur *addit*, et tum omnia plana eruant et facilia: Fallimur in omnibus istis exemplis quæ modo enumeravit, idque etiam admoniti; difficile enim profecto est non addere opinionem animi rebus a sensu delatis. *Creech. Nam nihil egregius, quam res est cernere apertas.* Sic Sanct. in Mio. lib. 1. cap. 11. Ceterum ut 'proprior' a proprior apud Plaut. in Most. 2. 2. 60. auctore Salmasio, ita 'egregior' ab egregius, unde et neutrum comparativum, 'egregius,' quod sic occurrit. *Preig.* Adde Jo. Ger. Vossium de Anal. 2. 27. ubi sicuti 'ardnius' et 'arduissimus' a Catone dici ostendit; atque 'assiduiore' ab aliis; ita docet 'egregius' quoque ex sese augeri; quomodo Pacuvius in Medo dixit, 'Mulier egregiissima forma.' Ino comparativo quoque usus invenitur Juven. Sat. 10. 'Egregius coenat, meliusque miserrimus horum.' ubi 'egregius' pro egregiis poni et Priscianus testatur, et sententia cla-

mat. Hæc Vossius. At vero speciosa satis est altera illa multorum Mss. lectio *ægrius est*, sed minus videtur satisfacere et respondere instituto poetæ nostri, qui docere vult sensus non falli, licet falli videantur; et illam, qui percipiat sensus suos non falli, virum esse egregium, &c. ut 2. 7. 'Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere Edita doctrina sapientum templa serena,' &c. scripsi vero *secernere*, cum Mss. optimis. *Has.*

471 *Denique nil Sciri*] Hæc, quæ sequuntur, dicuntur in Academicos: qui nihil comprehendere posse, sensus esse fallaceis ac mendaceis contendunt. Sic Metrodorus Chius, ut refert M. Tull. in Lucullo: 'Nego scire nos, sciamusne aliquid an nihil sciamus: ne id ipsum quidem nescire, aut scire nos: nec omnino sitne aliquid, an nihil sit.' Idem ibid. 'Parmenides, Xenophanes, minus bonis quamquam versibus, sed tamen illis versibus, increpant eorum arrogantiam, quasi irati, qui, cum sciri nihil possit, audeant se scire dicere.' ibidem: 'Dubitari non potest, quin Socrati nihil sit visum sciri posse: exceptit unum tantum, scire se, nihil se scire: nihil amplius. quid dicam de Platone? qui certe tam multis libris hæc persecutus non esset, nisi probavisset.' *Lamb. Vss. 9.* Academicos novos, quorum princeps fuit Arcesilas, aggreditur, et veteres qui Socratem sequuntur sunt: Siquis enim dixerit 'nihil sciri posse,' id etiam ipsum 'nihil sciri posse' nesciat necesse est, alioquin aliquid sciret. Inde Metrodorus Chius apud Cicero-nem in Lucullo: 'Nego scire nos, sciamusne aliquid, an nihil sciamus, ne id ipsum quidem nescire, aut scire nos, nec omnino sitne aliquid aut nihil sit: sed cum istiusmodi hominibus non est disputandum, qui quid sit verum, quid falsum, quid certum, quid incertum, quid sit scire,

quid nescire, pariter ignorant, et se ignorare gloriantur. Creech.

472 Quo se nil scire fatetur] Libri scripti tres habent, quoniam nil scire fatetur. ego malim legi, quod se nil scire fatetur: vel: quom se nil scire fatetur. quanquam scriptura illa antiqua probari potest, ut subintelligamus 'se.' Hæc autem omnia disputantur et dicuntur adversus novos Academicos, quorum fuit princeps Arceasilas. 'Hic' (ut scribit Lactantius, seu Lutatius Firmian. lib. 8. de falsa sap.) 'introduxit genus Philosophiæ ἀσώτατον, i. e. instabile, seu inconstans. Ut enim nihil sciri posse sciendum sit, aliquid sciri necesse est. Nam si omnino nihil scias, ipsum nihil sciri posse tolletur. Ita si nihil sciri potest, necesse est id ipsum non sciri, nihil sciri. Si autem scitur, nihil posse sciri; falsum est ergo quod dicitur, nihil posse sciri.' Hæc ille. Lamb. Quom se nihil. Vet. libri fere, quoniam. Hinc feci: quom. Vulgati: quo. Giffan. Qui. Alii quo, et Gassendus quom. Creech. Ego cum Gronovio Obs. p. 259. secutus sum optimi Ms. Lugd. Bat. auctoritatem, sensu satis plano et perspicuo; in eo autem legitur nihil, nam perinde est, an nil an nihil scribas: in cansione enim eliduntur mediæ literæ 'hi.' Haver.

473 Hunc igitur] Hos versus, ut vulgo leguntur, edidi, eosque primum explicabo meo arbitrato: deinde quid de iis sentiam, et quomodo scripti sint in libris manuscriptis, lectori indicabo. Hunc igitur contra, i. e. contra hunc igitur: ἀναστροφῆ. Sed quidam legi volunt, Hanc igitur. Lamb.

Mittam] Omittam. Lamb.

Contendere causam] Sic loquitur M. Tull. Catil. 'Si causas contendere velimus.' Sed si legamus Hanc igitur, 'contendere' erit verbum absolutum. Lamb.

474 Qui capite ipse suo] I. e. qui

capite suo retro graditur. Significat (opinor) eos præpostero et perverso esse iudicio, qui ita sentiant. Sed primum quorsum hæc? contra hunc igitur disputare desinam, qui capite suo retro graditur, cum præsertim continuo subjiciat, 'Et tamen hos quoque,' &c. Deinde si horum versusum sententia illa est, nonne videtur parum plane expressa? Omnino versus mihi suspecti sunt. Augent suspicionem codices aliquot manuscr. in quibus legitur partim mittnam, partim mittam, pro mittam: deinde pro causam, partim causam, partim causa: deinde pro retro, sese. Omnino si hi duo versus tollantur, nihil de sententia deperiat. Verumtamen quoniam reperiuntur in libris omnibus manuscr. (tametsi cognovimus jam, versus non Lucretianos etiam in veteribus libris esse sæpe inculcatos) videamus ecquid ex antiquæ scripturæ vestigiis boni trahere possimus. Quid igitur si ex mittnam, faciamus quidnam, ex causam, causam, et sic legamus? Hunc igitur contra quidnam contendere causam Qui capite ipse suo instituit vestigia retro? Lamb. Qui capite ipse suo instituit vestigia retro. Locus sane luculentissimus: et quem vir doctus sollicitare non debuerat. Qui manibus ingrediuntur, prono in terram capite, quod histrionum pueri vulgo faciunt, nonnisi retro incedere possunt. Quod facile ad explicandam Lucretii sententiam transferre possis. Faber. Mss. instituit, seu in statut esse. Sed malo sese. Vide Plautum in 'capite sistere,' et Scalig. ad Manil. p. 400. Rectius tamen legas Qui capite ipse suo in statut vestigia suo. Suso, i. e. sursum; vide in Glossario 'Susu' et 'Suso.' Vossius. Hos duos versus omnes Codd. agnoscunt, suspectos tamen habet Lambinus, tandem vero legit Hunc igitur contra quidnam contendere causam. Creech. Alia est Fabri sententia. Ego quum plane cum Mss. (quorum varietas cer-

ni potest) sentiam Lugd-Bat. operæ pretium judicavi integram doctissimi Gronovii notam subjicere, ex lib. Obs. 3. c. 19. p. 601. *Hav. Hunc igitur contra mittam contendere causam, Qui capite ipse suo instituit vestigia retro.* Jure Lambinus offenditur illo, qui capite instituit vestigia retro. Quid enim interest, si capite institui vestigia possunt, ante an retro fiat? Neque tamen statim hi duo versus expungendi erant, aut sollicitandum τὸ 'contendere causam.' Primo quidem sic loqui ait Tullium in Catilinam: 'si causas contendere velimus.' At hic 'contendere' est comparare. Dein conjicit: *Hanc igitur:* ut 'contendere' sit absolutum. Sed si tollimus *Hunc*, ad quid referetur τὸ 'Qui?' Rursus, quia in quibusdam libris est *mittam* vel *mittam* pro *mittam*, *cusem* pro *causam*, *esse* pro *retro*, ariolatur: *quidnam contendere causam.* Palmerius eodem impetu, *mutim jam aut tendere causam:* aut modestius, *minuam contendere causam.* Mihi quoque *contendere causam* satis placet. Est enim 'contendere aliquid' sæpe magna contentione ac studio, summa opum vi, conari atque agere: ut Ciceroni, 'Hoc contendo,' et 'tantum contendere in republica, quantum probare civibus possis.' Monuit autem idem Tullius orationem esse duplicem, alteram contentionis, alteram sermonis; et contentionem tribui disceptationibus judiciorum, concionum, senatus, lib. 1. de Off. Accipio igitur 'contendere causam,' ut 'cernere vitam,' 'cernere bellum,' 'pugnare pugnam,' 'militare bellum,' 'certare mulctam.' Nec moverim facile *mittam*, ob sermonem Terentianum, 'Mitte orare.' Membranae tamen Vossianæ quoque *mittam*: ut non absolum sit illud *minuam* Palmerii, aut *metuam*, ut Horatio solet poni pro nolle aut cavere. In altero Palmerius, *instituit in vestigia sese.* Gifantius *instituit* vestigia scribit esse gladiato-

rum, aut pugilum *προβολῆς.* Equidem 'in statu stare,' 'gradum componere' novi: sed qua re his illud simile sit, nondum intelligo. Neque id docet Virg. *Æn.* 7. 689. 'vestigia nuda sinistri Instituire pedis.' Nihil enim aliud dicit, quam *ὑπερέσπεως* esse, altero tantum pede ocreatos vel peronatos. Quid est autem: 'Non adversus illum pugnabo, qui statum componit capite ipse retro?' Non enim voluerit exprimi illud Virg. 5. 428. 'Abduxere retro longe capita ardua ab lectu:' aut Statii lib. 6. 'tuto procul ora recessu Armorum in speculis.' Hoc artis est, neque causa, cur quisquam ea utentem recuset parem. Decurramus igitur ad membranas, in quibus: *in statuit vestigia sese.* Prima quidem manus *esse:* sed id correctum juxta veteri manu in *sese.* Accipiamus igitur: *Qui capite ipse suo in statuit vestigia sese.* Desinam contra illum disputare, qui sibi non constat, qui se ipse evertit, qui cernuat et se ipse capite suo in vestigia statuit. Amant sic transmovere præpositiones poetæ, interdum citra necessitatem metri. Virg. *Ecl.* 6. 19. 'injiciunt ipsis ex vincula sertis.' Potuisset enim, 'ex ipsis.' Ov. de Rem. Amor. vs. 113. 'Post tamen hic multos servatus creditur annos.' Potuisset: 'Post multos tamen hic.' eodem numero. quo Virg. *Æn.* 1. 481. 'Lora tenens tamen: huic cervixque comæque trahuntur.' Et ipse Naso alibi: 'Judicium tamen hic nostrum non decipit error.' Sic Met. 1. 231. 'In domino dignos everti tecta penates.' Ubi poterat: 'In dignos domino converti.' *Gronov.*

475 *Hoc*] Scilicet, τὸ μηδὲν εἰδέναι. *Fab.*

480 *Invenies primis ab Sensibus*] De hoc consentiunt inter se omnes philosophi; præter Academicos, scientiam oriri a sensibus. Sed, quod dicebat Epicurus, *Ἐπὶ τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις, οὐδ' εἶναι τὸ*

διάρθρωτον αὐτὰς διελέγξει, i. e. 'Judicium veritatis penes sensus esse, neque esse quicquam quod eos refellere queat.' Id negabant etiam veteres Academici, et multi alii. Mentem enim volebant esse rerum arbitram atque judicem: sensus autem omnibus, hebetes et tardos, nec ullo modo res eas percipere, quæ sibi subjectæ viderentur: utpote quæ essent aut ita tenues et parvæ, ut sub sensum cadere non possent: aut ita mobiles et celeres, ut nihil umquam unum et idem esset, quia omnia continenter fluere et laberentur. *Lamb.* Jam tandem vs. 22. sensus esse criteria veritatis demonstrat. Id enim veritatis criterium sit necesse est quod falsum corrigere et refutare possit: illud vero faciunt sensus. Ipsos autem sensus quid corrigat, aut refellat? An ratio? Ratio autem a sensibus tota pendet. An alii sensus alios convincunt? Hoc minime dicendum, nam singuli sensus circa propria sua objecta versantur; nec quid alii sensus agunt curant, aut cognoscunt: an iidem igitur sensus seipsum emendent? Id fieri non potest, quoniam sensibus æqua fides est semper adhibenda. Simpliciter igitur sensuum representationi (i. e. primis sensibus) fidendum. *Creech.*

481 *Neque sensus*] Sic legendum est: et ita scriptum est in libris omnibus. Denique, ut ita legatur, sententia postulat. neque ulla opus est conjectura: et Zoilus, qui *neque sensibus* vult legi, nihil aliud quam stuporem suum indicat ac declarat. *Lamb.* *Neque sensibus posse refelli.* Ita conjectura ductus scripsi, postulante sententia. In libris *sensus*. Gifan. *Neque Sensus. Sensibus* Gifanici: imperite. *Creech.*

487 *Qui nisi sint veri*] Si sensus non sint veri, (inquit,) ne ratio quidem ipsa vera sit, cum sit orta a sensibus. Sic Epicurus, Πᾶς γὰρ λόγος

ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων κρηται: πᾶσα δὲ αἰσθησις ἔλογός ἐστι, i. e. 'Omnia enim ratio a sensibus pendet; sensus autem omnis rationis expertus est.' M. Tullius lib. 1. de N. D. 'Timuit Epicurus, ne si unum visum esset falsum, nullum esset verum; omnis sensus veri nuntios dixit esse.' *Lamb.*

488 *An poterunt oculos*] Sic Epicurus: Ὅπτε ἡ ὁμοιογενῆς αἰσθησις τὴν ὁμοιογενῆ διελέγξει δύναται, διὰ τὴν ἰσοσθένειαν ὅπτε ἡ ἀνομοιογενῆς τὴν ἀνομοιογενῆ, ὁ γὰρ τῶν αὐτῶν κριτικῶν i. e. 'Neque enim sensus similis generis, ejusdem generis sensum refellere potest, propter virium et potestatis æqualitatem: neque qui dissimilis generis est, eum qui dissimili genere est: propterea quod dissimilis generis sensus de iidem iudicandi facultatem non habent.' *Lamb.*

493 *Quod molle aut durum est, gelidum fervensve seorsum*] Quis non videt, hunc versum deesse, librarium negligentia prætermissum? Hoc enim sentit Lucret. suum cuiusque sensus munus est, sua cuique vis et potestas data est. Ideo necesse est, seorsum id videri molle, aut durum; gelidum, aut fervens; quod sit molle, aut durum; gelidum, aut fervens: nempe hæc tactu solo iudicari: et seorsum colores, eaque quæ sunt coloribus conjuncta, sentire necesse est, videlicet oculis, et videndi sensu, et ita de ceteris. 'deorsum' autem et 'seorsum' interdum esse disyllaba, interdum trisyllaba, supra ostendimus, ibid. 3. 499. 'et (ut docui) divisa seorsum.' *Lamb.* Ita Lambinus, recte, ut puto. Vulgati aliter multo. *Gif.*

Gelidum] Tepidum. Est diminut. hac dictione usus est Ovid. ita loquens Am. 2. 11. 10. 'Et gelidum borean egelidumque notum.' Sed cum præceptor Ovidii Portius Latro tria loca dixisset esse in poemate Ovidiano, quæ illum offendissent: jussu tacere Portio ipsemet Ovidius

illa ex fide retulit: inter quæ hoc carmen dignum nota fuit: 'Et gelidum borean, egelidumque notum.' Cum Ausonius inquit: 'Impiger egelido movet arma Severus ab Istro;' nonnulli 'egelidum' pro valde gelidum capiunt, tanquam tractus ille magis ad rigorem quam ad teporem vergat: et ea figura dicitur 'egelidum,' quæ 'eduræ' coryli a Virgilio pro valde duris. Nunc vitio depravantium scripturas in poemate Ovidiano præcipitem positum est ubi fuit *egelidum*. Pius.

Scorsum] Unicuique singillatim, ita ut hanc aut illam qualitatem sensus quidam noscat, ille alter non possit. *Fab.*

500 *Nec porro poterunt*] Δὲ τῆν ἰσοσθένειαν, i. e. 'propter æqualitatem potestatis.' Non poterit (inquit) visus visum refellere, nec auditus auditum, nec gustatus gustatum, propter æqualem utriusque potestatem, fidei atque auctoritatem. quidam libri habent, *Nec porro possunt*. ego nihil mutò. *Lamb.*

Nec poterant ipsi reprehenders se se] Sunt enim inter se ἰσοσθενεῖς, uti illos vocabat Epicurus. *Faber.*

501 *Æqua fides*] Melius forsitan per hyphen legas, *Æqua-fides*, eo ducentibus *Mss. Hav.*

502 *Et, si non poterit, &c.*] Cum vero sæpe fallimur, cum v. g. turris quadrata eminens visa appareat rotunda, quid agendum est? Respondet Lucretius vs. 12. satius esse negligere ista problemata, aut quamcunque causam assignare, quam sensibus diffidere, quibus tota vita et salus innotatur; nam sine illis salubria eligere, aut noxia, præcipitæ, v. g. flammæ, et ejusmodi alia vitare non possumus. Hic vero tangit scepticos, de quorum principe Pyrrhone Diogenes Laërtius: Μηδὲν ἐκτραπέμους, μηδὲν φιλαπτόμενος ἦν, πάντα δρασόμενος, ἀμάξας, εἰ τῆχοι, καὶ κρημ-

νοῦς, καὶ κίνας, καὶ ἴσα τοιαῦτα, μηδὲν τὰς αἰσθήσεων ἐκτρέψων. *Creech.*

506 *Mendose*] Perperam, male. *Lamb.*

507 *Quam manibus manifesta suis emittere quæquam*] Quam emittere seu amittere res manifestas de suis manibus. *emittere* autem legendum videtur, non *emittere*. 'Amittere' enim valet idem quod apud Græcos ἀρεβάλλω, ἀφίναμι, ἢ προίναμι. *quoquam* autem olim excidendum curavi, quemadmodum habent aliquot libri manuscr. et omnes vulgati, præter Florentin. qui habent *quemquam*, et Parisiens. in quibus est *quoquam*, quibuscum consentiunt nonnulli etiam veteres. atque hanc postremam lectionem nunc magis probo: et *quoquam* interpretor ulla seu aliqua. licet tamen etiam legere *quemquam*, i. e. aliquem. *Lamb. Emittere quæquam*. Ita in veteribus, optime. In aliis: *quæquam*. In vulg. et in quibusdam vet. *quoquam*. *Gif.*

508 *Et violare fidem primam*] Eam scilicet, quæ debetur sensibus. *M. Tull.* in Lucullo ait, 'Chrysippum, dum studiosè omnia conquisierit contra sensus, et perspicuitatem, contra omnium consuetudinem, contraque rationem, ipsum sibi respondentem, se inferiorem fuisse. Itaque ab eo armatum esse Carneadem Academicum contra sensus disputantem.' *Lamb.*

510 *Non modo enim*] Sic *Q. Sept. Fl. Tertullianus* lib. de Anim. cap. de quinque sensibus. 'Quid agis, Academice procacissime? totum vitæ statum evertis: omnem naturæ ordinem turbas: ipsius Dei providentiam excæcas: qui cunctis operibus suis intelligendis, incolendis, dispensandis, fruendisque fallacis et mendacis dominos præfecerit sensus.' *Lamb.*

511 *Nisi credere sensibus ausis*] I. e. si diffidas, et fidem deroges sensibus: si dicas, sensus esse fallaces et

incertos. *Lamb.*

513 *Sequi, contraria quæ sint*] *Sequi* quæ sint 'contraria fugiendis,' i. e. quæ sint expetenda. *Lamb.*

514 *Illæ tibi est, &c.*] *Versum illam sequentem: Omnis, quæ contra sensus instructa parata est.* Qui in *Vulgatis* quidem exstat; a *vet. libris* autem aberat; atque adeo ineptam non admisi. *Gifas.*

Cassa] *Vana, inanis.* *Lamb.*

515 *Omnis, quæ contra sensus instructa parata est*] *Hunc versum habent codex Vaticanus, Tettianus, et Memmianus, et ejus sententia est non inconcinna, meo quidem judicio. Thraso autem non delendam judicavit, sed funditus delevit. Si quos versus negamus esse Lucretii, tragedias excitat, clamat indignum facinus. Cur tam indulgens in se ipse, in alios tam severus est?* *Lamb.*

516 *Denique ut in fabrica*] *Vult sensus esse tamquam omnium rerum normas ac regulas. Quemadmodum igitur si fabri regulis, normis, libellis fallacibus utantur, ædificia quæ struant, prava et distorta sint; ita si sensus nostri sint fallaces, actiones omnes nostræ, ratio quoque ipsa, quæ sensibus nititur, incerta, absurda, prava, perversa sit. Licet etiam hoc modo sensus defendere. Scientiæ certæ sunt. Principia scientiarum oriuntur a sensibus. nam inductiones constant ex singularibus. singularia autem in sensibus posita sunt. At syllogismi, qui sunt principia et causæ scientiarum, confirmantur et probantur inductionibus. Ergo sensus certi sunt, minimeque fallaces. alioqui scientiæ, quæ oriuntur a sensibus, essent ipsæ quoque fallaces atque incertæ. 'Regula,' lignum est rectum, oblongum, et latum, quo fabri utuntur ad rectitudines exigendas, et parietes ædificiorum dirigendos. fiunt etiam e ferro regulæ. 'Regulam' Græci *κάρβυρα* appellant. 'Norma' autem ex duabus regulis con-*

stat inæqualibus, ita conjunctis, ut angulum rectum efficiant: *γρήγορα* Græci, 'squadram' fabri nostri nominant. *Lamb.* Longam hanc disputationem *vs. 9.* concludit: *Sensus ii sunt, ad quorum fidem res omnes exigimus; ideoque si isti fallaces sint, de omni certitudine et scientia erit actum. Nec minus nos erraremus quam Faber ille, qui fallaci regula, norma, et libella utitur. Creech. Si prava est regula. 'Pravum' proprie distortum notat, ut exemplis egregie ostendit vir incomparabilis Job. Fr. Gronovius ad Senec. Ep. 102. Preig.*

518 *Et libella*] *'Libella'* constat regulis duabus, æqualibus ita junctis inter se alteris duobus capitibus, et divaricatis duobus, alteris, ut rectum angulum efficiant. additur tertia regula, et ab utroque suo extremo cum ceteris duabus per medias circiter partibus compingitur. pendet præterea e filo ab angulo, quem efficiant duæ majores regulæ, plumbea parvula massa turbinata. collocatur jam libella hoc modo, ut duarum regularum longiorum extremis nitatur, et illæ regulæ pronæ altera in alteram incumbant: ab angulo autem plumbum deorsum demissum ita filum ad transversam regulam adplicet, ut eam mediam tangat, et æqualiter a ceteris duabus regulis distet. *Lamb.*

Aliqua si ex parti] *I. e. si aliqua ex parte. 'parti,' pro parte, ut supra 'contagi' pro contagio, et simil.* *Lamb.*

519 *Atque obstipa*] *I. e. curvata, obliqua, inflexa. Egnius lib. 18. p. 118. 'Montibus obstipsis, obstantibus, unde oritur vox.' M. Tall. Arato: 'Obstipum caput, et tereti cervice reflexum.' Hor. Sat. 2. 5. 'Davus sis comicus, atque Stes capite obstipo, multum similis metuenti.' Persius Sat. 3. 79. 'ærumnosique Solones, Obstipo capite, et figentes lumine terram.' Ne quis autem dubitet de hac scriptura, sic reperi scrip-*

tum in quinque libris manusc. quod eo testatus sum, quod apud Festum legitur *obstitum*, non *obstipum*, fortasse mendose: nisi dicamus aliud esse *obstipum* quam *obstitum*: qua de re iudicet lector. *Lamb.* *Obstipa*. Ita fere in vet. libris. Apud Festum: *obstita*. Sed ego Festi librum ibi mendosum esse contendo. Et pro *obstitum* legendum *obstipum*. Nam *obstitum* aliud significat. Vide et 'Nixare' in Indice. *Gifan*.

525 *Nunc alii sensus*] Nunc docebit quo pacto rem sibi subjectam quisque sensus sentiat: atque inlinitim ducet ab auditu. *Lamb.* Hactenus de visu, et simulachria. Jam usque ad vs. 618. de voce et auditu. Primo autem vs. 14. docet quid sit audire. Audimus vero cum vox aures attingit, a quoque corpore movet et impellit sensum voci isti percipiendæ destinatum. Quod autem vox corporea sit, id vero est manifestum, radit enim fauces, facit asperas et lædit, ideoque tangat necesse est, at quod tangit, aut tangitur, est corpus. 'Ἄλλὰ μὲν καὶ τὸ ἀκούειν γίνεται βέβαιός τινος φερομένου ἀπὸ τοῦ φωνοῦτος, ἢ ἡχοῦτος, ἢ ψοφοῦτος, ἢ ὅπως ὅποτε ἀκουστικὴν πᾶθος παρασκευάζοντος. Epicurus ad Herodot. *Creech*.

526 *Scruposa*] Difficilis, aspera. Tralatio a viis. 'Scrupi' autem dicuntur saxa aspera: ex quo 'scruposam' rem dicimus, quæ aliquid habet in se asperitatis. Proprie dixit Plautus in Capt. 'scruposam viam,' i. e. asperam, et saxis impeditam: quamvis totus ille sermo sit allegoria tectus. Sic igitur Plautus, Capt. 1. 2. 81. 'I modo, venare leporem: nunc irim tenes. Non meus scruposam victus commeat viam.' *Lamb.* 'Scrupi' dicuntur aspera saxa, et difficilia attractatu, unde rem aliquam 'scrupulosam' dicimus, quæ in se habet aliquid asperi: Festus. *Creech*.

528 *Insinuata*] Ordo est, vox et

sonus insinuata in aureis. *Lamb.*

529 *Corpoream quoque enim*] Quia dixerat 'pepulere;,' pellere autem quicquam nulla res potest, nisi corpus: ('Tangere enim et tangi nisi corpus, nulla potest res:') iccirco subiunxit, 'Corpoream quoque enim,' &c. 'Plato' (ut scribit Gell. 6. 16.) 'non putat vocem corpus esse: quia non percussus aër, sed plaga ipsa, atque percussio, vox est. Neque vero quævis aëris plaga, vox est; aërem enim verberat etiam digitus motus, neque tamen vocem efficit; sed acris et valida plaga; tanta denique ut aureis feriat, auditumque lacestat.' Quo loco videtur φωνῆς (i. e. vocis) nomen pro sono posuisse. Oportet enim vocem ab aëre per aureis, et cerebrum, et sanguinem ad animum pervenire. alioqui plaga aëris, sonus erit, non vox. Stoici autem vocem corpus esse volunt. quicquid enim facit, aut patitur, corpus esse: vocem facere et pati: facere quidem, cum aureis et aërem, qui est in capite, verberat, cumque ab ea imprimitur auditus, tamquam cera ab annulo: pati autem, cum ea incidens in loca lævia et solida refringitur ac repellitur. Plato in Timæo sic vocem definit, τὴν δὲ ὅταν ἀπ' ἀέρος, ἐγκεφάλου τε, καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδομένην i. e. 'Plagam, quæ ab aëre per aureis, cerebrum, et sanguinem usque ad animum diditur.' Aristot. autem lib. 2. de anim. sic: φωνὴ ἐστὶ πληγὴ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐν τοῖσιν τοῖς μορίοις ψυχῆς πρὸς τὴν καλουμένην ἀρητηλίαν, i. e. 'Vox est plaga aëris, qui respiratur ab anima quæ est in his particulis, ad eam, arteria quæ appellatur.' Hunc versum cum tribus deinceps sequentibus profert Gell. 10. 26. *Lamb.*

530 *Quoniam possunt*] In Noct. Attic. 10. 26. *quantum*. Mendose credo, ex ea nota *qm*. *Gifan*.

531 *Præterradit enim vox fauces sape, facitque Asperiora foras gradiens*

arteria clamor. Quippe per angustum turba majore coorta, Ire foras ubi carpunt primordia vocum, Scilicet expletis quoque janua raditur oris Rauca suis, et iter lædit qua vox it in auras] Sic olim publicatum est. Sed ultimum versum obelo confixit Lambinus: eundemque ab optimo, ut ait, veteri libro exsulem deleuit Gifanius. Quod ille factam indignatur, et gloriam tanti facinoris sibi præreptam dolet. Proponit hic auctor secundum argumentum, quo vocem demonstrat esse corpoream. Primum fuerat, quia insinuans per aures sensum illarum impellit. Secundum incipit a primo versa hic producto: ubi *rd enim* incommo- dum, nec connectit orationem. Ms. *Præterea radit*. Scribe: *Præterea radit vox fauces sæpe*. Atque ita Mss. Gell. 10. 36. unde sic edidit H. Stephanus. Probat igitur hoc altero argumento vocem constare ex corporeis elementis, quia corpus lædere potest. Nempe per angustum guttur turba majore soni aut vocum coorta, et sic expletis nec satis patentibus viis, per quas transit vox, argentibus tamen aliis, rauca redditur janua oris, sive guttur, et vox, quæ in auras exit, lædit suum iter. Sic apparet legendum esse: *Scilicet expletis quoque janua redditur oris Rauca viis, et lædit iter qua vox it in auras*. Sic conjeceramus, et postea in Florentina Juntæ editione plene expressum vidimus. Ov. Met. 2. 828. 'Vitalesque vias et respiramina clausit. Nec conata loqui est: nec, si conata fuisset, Vocis haberet iter.' Statius lib. 5. Theb. 'tandem laxata dolore Vox invenit iter, gemitusque in verba soluti.' Güntherus lib. 3. Ligarini, utriusque imitator: 'vix hæc fauces in verba solutæ Vocis iter præstare valent.' Putarunt *expletas oras* dici: sed quid est 'expletis oris januam radi?' Immo vacuum et spiramentum ipsum expletur: oras autem raduntur. Gronov.

532 *Fortis gradiens]* Sic vet. libri. Marullus: *foras*. Et ita Vulg. *Gifan*.

Arteria] Arteria usurpavit in neutro genere, numero multitudinis, cum sit usitatus in fæminiuo. M. Tull. de N. D. lib. 2. 'Primum enim a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet: per quam vox principiam a mente ducens, percipitur et funditur.' *Lege* apud eundem eodem lib. præclara de auditu et auribus. *Lamb.* Tà, neque enim minus analogum est *rd ἀρτήριον*, quam *ἡ ἀρτήρια*. *Faber*. Sic Codd. Memm. Suetonii in Vitellio c. 2. etiam *arteria* habet pro *Vulg. arterias*. *Vossius*.

536 *Rauca suis]* Sunt qui scribunt *viis*, et jungunt cum 'expletis.' Cum explentur viæ vocis et obstipantur ab agmine vocis egredientis, tunc vox rauca procedit. potest defendi lectio promiscua, si *oris* pro extremitatibus intelligis: ut innuat vocem raucam reddi expletis suis oris: cum regiones per quas vox pertransit sunt oblitatæ et oppletæ: quo liquida vox impeditur egredi. *Pius*. Versum: *Rauca suis, et iter lædit, qua vox it in auras*, qui sequebatur hunc: *Scilicet*: ab optimis vet. libris exulem, non admisi. *Gifan*. Sic excudendum caravi, secutus quinque librorum manuscr. auctoritatem: versum autem, qui proximo sequitur in vulgatis libris, *Rauca suis, et iter lædit, qua vox it in auras*, vel, ut est in aliis, *Rauca viis, et iter lædit, &c.* ego verito confodi jussi, quia eum non reperi in libris manuscr. 'oris' autem 'expletis' sunt ablativi casus absolute positi. 'oris' enim non est ab os, ris, sed ab ora, æ. Cum hæc scripasissem, *Zollus*, gravis auctor, scripsit se hunc versum non admisisse. Dicere voluit, non recepisse: quasi vero ei primo hoc venerit in mentem. Sed non est hoc in hac bellua novum. *Lamb.* Versus *vltos*. *Faber*. *Expletis oris*, i. e.

locis, Lambinus, qui versum sequentem rejicit. Retineri autem potest, dum ad rem facit, et commodam interpretationem patitur. Creech.

Iter reddis] Legendum *iter radit*: h. e. offendit meatum oris. *Pius*.

589 *Nec te fallat]* *Lego fallis*. hoc sensu: Non te decipiat quæ vox multum detrahit viribus hominis cum loqui perseverat: signum est igitur corpoream esse vocem. *Pius*. *Nec te fallis item*. Priori argumento aliud vs. 7. subjungit ab experientia ductum. Aliquis magna contentione loquatur, debilis fiet et languidus. Non autem dubitabit vocem corpoream esse cum magnam corporis sui partem, dum loquitur, detractam senserit. Creech.

541 *Nigra noctis ad umbram]* Uque ad noctem ductus. *Lamb*.

542 *Aurora perductus ab exoriente nitore]* Ab aurora, seu a matutino tempore. *Lamb*.

546 *Nec simili penetrant aureis, &c.]* I. e. nec simili forma prædita primordia vocum aureis penetrant, cum tuba gravi cum marmore mugitum edit, atque cum cygni moribundi eant: hoc est, aliud est, tubæ sonitus, aliterque aureis afficit, quam cygni cantus, et diversæ sunt primordiorum utriusque sonitus figuræ. *Lamb*.

548 *Et reflexa retro dant cornua Barbara bombum]* Sunt 'reflexa retro,' retrorsus intorta in similitudinem litui. *Cornua barbara*, tubæ barbaricæ. 'Tubæ' dictæ sunt cornua: quoniam apud antiquitatem rudem ex cornu babulo fiebant et ex tibiis. 'Bombum,' vocem collisam fremitu tumultuoso. Pers. 1. 113. 'Torva Mimalloneis implierunt cornua bombis.' 'Barbara' vocavit 'cornua' sambuccam et barbitum, quibus utebantur barbari. Magna est eruditorum hæsitatio in hoc carmine cum varii varias scripturam sequantur. Sunt qui legunt fulti veterum exemplarium fide: *Et revocat*

raucum retro cita barbata bombum. Cæterum ulterius querendum censeo. Quidam codices habent, *Et reflexa retro dant cornua barbara bombum*. *Pius*. *Et reboant raucum retro cita cornua bombum*. Hunc versum olim ἐβέλωσα, tanquam spurium et interjectum, quamvis eum repperim in libris manuscr. non tamen uno modo scriptum. In nonnullis enim ita scriptus est, *Et revocat raucum retro cita barbara bombum*: in Memmiano vero sic, *Et reboant raucum retrocita cornua bombum*. In Tettiano, *Aut reboant raucum retro cita cornua bombum*: quam scripturam secutus sum in secunda editione ut longe omnium optimam, eandemque nunc retineo. Parisienses autem cum quibus congruant Aldini antiquiores, in ejus locum habent, *Et reflexa retro dant cornua barbara bombum*. Ego neque hunc, neque illos, Lucretianos esse arbitror. Suspicio autem, quisquis hos versus affinxerit, eum Catullianos illos spectasse in carmine de Nept. Pelei et Thet. 'Multaque raucisonos efflabant cornua bombos, Barbraque horribili stridebant cornua cantu.' *Lamb*. Ita partim conjectura ductus, partim a vet. libris adjunctus restitui. Ita et Catullus de Nuptiis Pelei. Lambinus hunc tollit. Male. In vet. quibusdam et vulg. *revocat*. In quibusdam: *barbata*: male. *Giffan*. *Retrocita cornua*. Al. *barbara*. Hunc versum Lucretio abjudicat Lambinus: sed Lucretius, opinor, si viveret, ad alios judices provocaret. Interpres scilicet non viderat, neque multi vident, quid tandem illud sit *retrocita barbara*, vel *retrocita cornua*. At ego videor firmare posse, intelligi illud instrumentum musicum, Syriacæ, opinor, originis, quod *sacbutz*, vel *saque-boute*, vocamus a veteri voce Gallicæ *saquer*, quod trahere est, et *bouter*, quod pulsare significat. Qui instrumentum illud musicum norant, facile intelligent cur 'retrocita' di-

catur a Lucretio. Si qui meliora dabunt, paratus illis apud me plausus est. *Faber*. Vossius ad Catull. p. 227. dicit *Retrocita* vulgo inepte legi, scribit autem, *Et rebocat rancum Bercynthis barbara bombum. Bercynthis barbara*, i. e. Tibia Phrygia, Ἀλλὰ Βερκύνθιος, ut habet Hesychius in Βερκύνθια: &c. *Creech*. *Et rebocat rancum retrocita barbara bombum*. Ita edidi, secutus optimorum Mss. fidem, et ipsius Lucretii genium, gemino enim (ut sæpius) adjectivo utitur, et tubam eandem 'retrocitam' vocat et 'barbaram.' *Haer*.

549 *Nec*] Propter interitum supervenientem. *Detorti*, i. e. exclusi ab impeta mortis. Quidam legunt: *Et gelida cygni nece torti antro ex Heliconis*. Torquentur nece olores qui, cum morte cruciantur, cantillant: quod fabulosum Plinius putat: cum tamen Plato illos animæ immortalitatem præssagire putet. Torquentur tamen in morte etiam cantent. De his a Marone dictum, *Æn.* 7. 700. 'Et longa canoros Dant per colla modos.' Vel *torti* positum pro *extorti*, h. e. extracti cygni morte ex collibus Heliconis. In codicibus emendatis scriptum sic: *Vallibus et cygni detorti ex Heliconis*: ut in *detorti* nihil abjiceretur: quod alibi docuimus factitasse præcos. *Pius*. *Vallibus et Cygni nece torti ex Heliconis*. Hanc puto verissimam scripturam. *Cygni nece torti*, i. e. morti vicini. *Vet. libri*: *ne tortis, ne torti, nec, nece tortis*. Quidam vulgati: *nec detorti*. In plerisque vulg. et *gelida Cygni: nece torti ex antro Helic.* quod Marullus commentus est. *Lambinus*: *gelidis orti ex Helic.* Quidam veteres etiam: *Et validis nece tortis ex Hel.* mendosissime. littera *i*, in verbo *torti*, mendo causam dedit. *Gifas*. *Vallibus et cygni gelidis ortis ex Heliconis*. Sic restitui, partim codices manuscr. et nonnullos impressos secutus: partim conjectura ductus. Nam cum in

manuscriptis sic scriptum reperissem, *Vallibus et validis ne tortis ex Heliconis*: in Parisiens. autem, *Vallibus, et cygni nece detorti ex Heliconis*: in aliis fere omnib. vulg. *Et gelida cygni nece torti ex antro Heliconis*: ego veteris scripturæ, tametsi mendosæ, vestigia sagaciter (absit verbo invidia) odorans, et cum vulgata comparans, hanc esse putavi veram et rectam scripturam, aut certe veram proximam, non pugnaturus, si quis vel ingeniosior conjecturam afferat meliorem, vel emendatiora codices nactus, scripturam veriore. ordo autem et sententia est: *Nec primordia simili forma prædita aureis penetrant, cum tuba graviter mugit sub murmure gravi et demisso, atque cum cyncl ex vallibus gelidis Heliconis orti liquidam querelam voce lugubri tollunt. De cynchorum cantu supra diximus ad illum locum: 'Parvus ut est cygni melior canor,' &c.* Cum hæc olim scripsissem, *Zoilus* hanc scripturam verbo damnavit, et hanc substituit, *Vallibus et cygni nece torti ex Heliconis*: re magnam partem approbavit. Atque ubi probavit, non peccavit: ubi sibi indulisit, fæde lapsus est. Nam primum versus ab eo substitutus, numeris et verbis ineptus est: deinde sententia absurda est. Quid enim sibi vult 'cygni nece torti?' nam 'cynos morte torqueri,' dici Latine potest: 'nece torqueri,' si sine vi moriantur, non potest. Præterea quid sibi vult hoc totum, *cygni torti nece ex vallibus Heliconis?* neminem esse puto in his litteris medicriter exercitatum, et iudicio aliquo sensuque communi præditum, qui non intelligat, versum esse et suo auctore dignum, et Lucretio indignum. *Lamb.* Mirifica vero, sicubi alias, circa locum hunc variantium lectionum multitudo est; nam in quibusdam lib. legitur, *Vallibus et validis ne tortis ex Heliconis*; quod qui intelliget, eum ego *Cædipum*, eum *Tire-*

siam esse pntabo : sed in aliis ita est, *Vallibus et cygni necesse detorti ex Heliconis*; tenebræ, ἀφαρία, nihil. In aliis, *Et gelida cygni necesse torti ex aptro Heliconis*; nihilo sanius, ut vides. Ad eum locum interpretes, ille, inquam, interpres, cui prope uni salutem et nitorem suum debet Lucretius, de lectione, quæ in hac nostra editione est, sic inter cetera scribit: 'Hanc esse putavi veram et rectam scripturam, aut certe veræ proximam, non pugnaturus, si quis vel ingeniosior conjecturam afferat meliorem, vel emendatiores codices nactus, scripturam veriorem.' Hæc ad sese pertinere ratus Gifanius, sic locum hunc legendum esse monuit: *Vallibus et cygni necesse torti ex Heliconis*. In quo vel pueris deridiculo esse potest; ut in 3. editione annotavit Lambinus. Idque nisi ipse demonstrasset, nos levi brachio facere potueramus. Quapropter cum Gifanius hic se turpissime dedisset, nec Lambinus suæ conjecturæ confidat satis; videndum an quis Gifanio sagacior esse possit aut felicior; quod fiet, ubi rationem exposuerimus quamobrem Lambinus, conjecturam suam, quæ ipsa tamen certa videri potest, non tamen usque quaque probavit. Uno verbo dicam, Latine dici non potest, ut ii probe norunt, qui studiosæ sermonis Latini proprietatem consecretantur, dici, inquam, non potest, *Cygni orti sunt ex vallibus Heliconis*; alioqui significaret originem duxisse ex vallibus, inde ortos esse, &c. quod nugatorium est. Sed enim ut jam in l. indicaveram, dicendum fuerat, ne dubita, *cygni ex vallibus Heliconis coorti*; atque adeo sic legendus est hic locus: *Vallibus et gelidis cygni coorti ex Heliconis*. Fundamentum conjecturæ nostræ est in usu Latini sermonis; tum præterea in vestigiis Mss. codicum, in quibus constanter legas vel *torti*, vel *ne torti*, vel *ne tortis*, &c. Faber. Mirifica,

sicubi alias, circa hunc locum variantium lectionum multitudo est, nam in quibusdam legitur, *Vallibus et validis ne tortis ex Heliconis*, in aliis, *Vallibus et Cygni necesse detorti ex Heliconis*, in aliis, *Et gelida Cygni necesse torti ex antro Heliconis*. Lambinus, *Vallibus et Cygni gelidis orti ex Heliconis*. loco *orti* Faber substituit *coorti*. Vossius tandem ad Catullum legit, *Et validis Cygni torrentibus ex Heliconis*. Ex Helicone nempe, tum alii torrentes, tum ipse Helicon amnis profuit. Breviter, *necesse torti*, vel *necesse detorti* omnino rejiciendum; istarum enim vocum sententia, si qua esset, in sequenti versu continetur; sed Fabrum aut Vossium sequaris, perinde est. Creech. Multiplici lectionum varietate impulsus varie locum hunc tentarunt interpretes. Eadem de ratione, et quod nulla eorum emendatio plene mihi satisfaciat, ipse quoque tentavi ita emendare: *Vallibus et cygni melicis forte ex Heliconis Quom liquidam tollunt lugubri voce querelam*. 'Valles Heliconis,' ut cynorum conventus locum proprium describit poëta, sicut 'Asia prata' Virgil. Georg. 1. 383. 'Jam varias pelagi volucres, et quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.' Aves enim illas de cygnis explicat Ov. Met. 5. 327. et ipse Virg. Æn. 7. 701. Dein 'melicos' eosdem appellat, uti 5. 335. sonores organicorum hisce: 'modo Organici melicos peperere sonores.' Imo 'mele cynea,' proprius avium istarum cantus Lucretio dicitur 2. 504. 'Et cynea mele, Phœbeaque dædala chordis Carmina consimili ratione oppressa silerent.' Et hinc crocitantium corvorum picarumque stridulæ garrulitati opponitur a Persio in Prologo versu ultimo: 'Corvos poëtas et poëtrias picas Cantare credas Pegaseium melos.' Denique verbum *forte*, quod nostro admodum est familiare, proxime ad *torti* vel *tortis*, quod unanimi consensu ex-

hibent Mas. accedit, longius vero abit ab iisdem *torrentibus*, quod alias non inepte substituit Vossius: neque ita transponi verba necesse habemus, ut facit Faber, legens *gelidis cygni cœrti*, sed contra positionem verborum, quæ in omnibus Mas. observatur. *Hav.*

551 *Has igitur penitus voces*] Vocem hanc corpoream vs. 4. lingua et labra formant et figurant, et inde verba. Cicero lib. 9. de N. Deor. 'Deinde in ore sita lingua est finita dentibus. Ea vocem immoderate profusam fingit et terminat, sonosque vocis distinctos et pressos efficit, cum et ad dentes et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis quæ ad nervos resonant in cantibus.' *Creech.*

553 *Articulat*] Format, figurat per quædam quasi membra. 'Articulata' vox explanata, formata, et scriptilis dicitur. Hac voce utitur Apuleius. *Pius.*

Verborum Dædala lingua] I. e. verborum opifex, formatrix, fictrix, figuratrix. M. Tull. de N. D. lib. 2. 'Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. Ea vocem immoderate profusam fingit et terminat, sonosque vocis distinctos et pressos efficit, cum et ad dentes, et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis quæ ad nervos resonant in cantibus.' *Lamb.*

555 *Asperitas autem vocis*] Docet unde nascatur vocis asperitas, et 'lævor,' seu lævitas: et ostendit, creari vocis asperitatem a principiis asperis, lævorem lævibus. Ordo autem horum versuum perturbatus erat in libris vulgatis, et in nonnullis manuscr. quem restitui, ab aliis libris et ratione ipsa admonitus. Præterea cum libri vulgati sic haberent, *lævis levior creatur*: manuscripti, partim

lævor latiore, partim *lævio latiore*, partim *lævor lævior*: hanc postremam, ut rectam, amplexus sum. Est enim hæc, ut dixi, sententia: lævor vocis, lævior principiorum creatur. *Lamb. Asperitas autem vocis, &c.* Jam aliud quoque argumentum vs. 7. desumitur ex ipsa voluptate et molestia, qua nos sonus, prout concinnus inconcinnusque est, afficit: siquidem censet Epicurus, quæ corpuscula subingrediuntur ærem organumque efficiunt certa ratione configurari, et omnem sanavitatem aut acerbitem soni non aliunde esse, quam ex eo quod hujusmodi corpuscula in organum subentia ipsum deliniant exasperentve, pro conditione lævitatibus aut asperitatis qua configurantur. *Creech.*

557 *Ac ubi non longum, &c.*] Varia subjungit problemata, primum vs. 10. Voces longius progrediendo habentantur, et ex distinctis confusæ fiunt, nempe quia illæ moleculæ, seu singulares voculæ crebro aëris offensu laceratæ amittunt illam figuram et conformationem quam a lingua et labris acceperant. *Creech.*

561 *Sit longius æquo*] *Fit* rectius, ut puto. *Gifan.*

564 *Neque hilum Internoscere*] Sic restitui, probabilissima conjectura ductus, cum in libris esset partim *illa*, partim *illam*. Hunc porro versum profert Nonius in nomine 'sententia:' quam interpretatur hoc loco sensibilitatem: in quo eum falli puto. *Lamb. Neque illa Internoscere.* Sic omnino legendum ex veteribus. Quidam veteres et vulgati: *illam*. non male. *Gifan.* Recte Lambinus, quamvis tam *illa* quam *illam* recipi potest. *Creech.* Potest recipi *illam*, eo more, quo et Virg. et Lucret. in sensu prægnantiore adhibent, sed cum *hilum* quoque usitatissima poëtæ vox sit, et facilius in *illam*, quam *illam* in *hilum* potuerit depravari, vulgatam lectionem retinui. *Hav.*

567 *Præterea, edictum, &c.*] Deinde vs. 5. loquatur aliquis, innumeræ aures adstantes verba percipient, unde vero hoc? Conciipiendum est unam esse quasi totalem, sive mavis, generalem vocem, quæ ab ore emittitur, sed quæ dissiliat tamen in vobulas innumeratas, inter se consimiles; ideo cum emittitur vox, corporum erumpentium formatura ita comprimitur, eliditur, ac veluti conteritur, unde abeat in frustula, seu in parvas moleculas, omnino consimiliter formatas, quæ et confestim consimiles et dissiliant per aëra, seu per circumfusum spatium, et similitudinem eam conservent usque dum ad aures perveniant. Quo fit ut eadem vox a multis audiri possit, licet ab uno dicatur. *Creecæ. Dictum. aliquot libri manuscripti habent, Præterea verbum. Lamb.*

Perciet aureis] Permovet aureis omnibus in populo ad concionem vocato: ad omnium aureis pervenit, et ab omnibus exauditur. *Lamb.*

568 *Præconis ab ore*] Præconum munus erat, præter cetera, concionem advocare, silentium indicare; causam et sententiam dicturos citare. Itaque concione advocata, attentionem comparabant, audientiamque faciebant et sibi et aliis dicturis hoc modo, *εὐφημείτε*, i. e. 'favete linguis: audite cives, seu populi.' Sed in sacris potius illo utebantur, et jubebant *εὐφημείν*; in edictis altero, *ἀκούετε λαοί*. in concione vero, in qua de bello, aut pace, et similibus rebus consultabatur, ita prædicabant, *τίς ἀγορεύειν βούλεται*; i. e. 'quis vult dicere?' *Lamb.*

570 *Privas*] Proprias, aut singulas. *Lege Nonium, Gellium, Festum. Lamb.*

572 *At quæ pars, &c.*] Quæcunque partes vocis aures attingunt, illæ audiuntur; aliæ partes per aëra diffusæ evanescent; aliæ in corpora solida, et utcunque lævigata (quippe et

porosa nimis prætermittunt, et scabra nimis concidunt atque dissipant) incidentes, et inde reperensæ, efficiunt ut eandem vocem iterato audiamus; inde Echo: inde etiam nocturni sonitus, quos, ad vs. 589. superstitiosam vulgus agrestibus numinibus acceptos refert. *Creecæ.*

Non aureis accidit ipsas] Sic reposui, a Plauto et ceteris Latini sermonis auctoribus admonitus, qui ita loqui solent. *Plantus Rudente*: 'Certo enim mihi paternæ vocis sonitus aureis accidit.' si quis tamen malet legi, *non auribus accidit ipsis*, non repugnabo: *incidit*, quod erat in omnibus libris, rejeci: solet enim jungere hoc verbum cum dandi casu, ut lib. 2. 227. 'Incidere e supero levioribus.' *Lamb.*

574 *Pars solidis adlixa locis*] Hæc est ea, quæ a Græcis Echo nominatur, i. e. vocis imago, seu redditio, rejectio, et repulsio. 'Resonant' appellant Latini, ut docet auctor vocabularii Latinogræci. quæ fit in locis lævibus, tortuosis, et concavis, ut vallibus, et antris, et parietibus, et muris, et ædificiis cameratis, maxime vetustis. Ex quo *Virg. Georg. 4. 49.* 'aut ubi concava pulsu Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.' *Ἠχὴ γίνεται* (inquit *Aristotel. lib. 2. de Anim.*) *ἔταν ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἐνδὲς γινόμενου διὰ τὸ ἀγγεῖον τὸ διορίσαν καὶ κωλύσαν θρυφθῆναι, πάλιν δὲ ἀπὸ ἀπωσθῆ, ὅσπερ σφαῖρα.* i. e. 'Echo fit, cum ab aëre qui unus efficiatur, propter vas definiens et prohibens ne frangatur, aër repulsus sit, ut globus.' Sed non dissimulabo, in quibusdam libris vet. scriptum esse *pars solis*, pro *pars solidis*; et *lopis*, pro *locis*. Et vero sic habet *cod. Bertinian.* *Solis* quid sit, in promptu est: quin fortasse ferri potest, ut per 'sola' loca, deserta significari intelligamus, ut infra non longe. *Lopis* quid valeat, non video. Mihi quidem corruptum videtur. *Lamb. Pars so-*

lidis adlisa. In quibusdam: *solis.* Fortasse non male. *Gifan.*

575 *Imagis verbi*] Hor. ad August. 1. 12. 3. 'Cujus recinet jocosa Nomen imago Aut in umbrosis Heliconis oris Aut super Pindo, gelidove in Hæmo?' *Creech.*

576 *Quæ bene cum videas*] Ita veteres quidam. *Gifan.*

577 *Per loca sola*] *Per loca deserta.* Ter. Phorm. 5. 7. 85. 'Nonne hæc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras?' Catull. carm. de Pelei et Thet. Nupt. 'Desertam in sola miseram se cernit arena.' Plautus Rudente 1. 4. 6. 'neque qua quæram, consultum est, Neque quem rogitem, quemquam interea invenio: Neque magis solæ terræ sunt, quam hæc loca, atque hæc regiones.' *Lamb.*

580 *Et magna dispersos*] Lectorem non me pigeat admonere de re levi quidem illa, sed tamen non negligenda, in codice Bertiniano scriptum esse *magna dispersos*, mendose, u pro o. *Lamb.*

581 *Sex etiam, aut septem*] Plutarchus refert *ἑπτά τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσ. βιβ. β.* in Ægypti pyramidibus vocem unam intus editam, quattuor et quinque reddere. Idem lib. *περὶ ἀλλοσεχ.* in princip. commemorat porticum quandam, quæ Olympiæ fuit, *ἑπτάφωνος* appellatam, quia scilicet vocem septies iteraret. Pausanias Corinth. narrat ad dextram templi Chthoniæ Cereris, porticum esse, quam incolæ Echonis porticum nominant: cuius ea natura sit, ut imaginem vocis triplicet. Nos in vico Latetiae admodum propinquo, (distat enim ab urbe non multo amplius quam tria millia passuum,) cui nomen est *Charento*, Echonem audivimus voces septies iterantem. Sed quid mirum ter, quater, quinquies, sexies, et septies imaginem vocis iterari ac multiplicari, cum Ticini in aula magna Basilicæ ter et decies referatur? Eadem autem propemodum ratio est

vocis imaginis sæpius reddita, atque imaginum a speculis in specula translatarum. Jam Echonis exquisita et perfectæ hæc propria sunt, ut cito respondeat, ut longam verborum seriem connectat, ut aliquoties et iterum atque iterum vocem articulatam referat. *Lamb. Sex etiam septem.* In libris etiam aut septem. Ego ausus sum illud aut inducere. Vide Indicem: 'Sex septem.' *Gifan.* De Echone, seu 'vocis imagine,' uti plus semel vocavit Horatius, verba faciens Lucretius hæc scribit: 'Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces, Unam cum jaceres: ita colles collibus ipsis Verba repulsantes iterabant dicta referre.' Sed ego istud *iterabant referre*, vitiosissimum esse semper arbitrabor. Tam enim eum patienter feram qui dixerit, *iterabant iterare*, quam qui dixerit, *iterabant referre*. Scriperit itaque Poëta necesse est, non, ut vulgo legitur, *iterabant dicta referre*, sed *tradebant dicta referre*. Ingeniosa scilicet et admirabili metaphora, ab iis ducta qui exceptum aliquid aliis perferendum mandant. Quo etiam ducit τὸ 'repulsantes.' Vim autem hujus vocis in versa quodam hujusce libri notabis: 'Fit quoque de speculo in speculum ut tradatur imago;' quod vides huic loco geminum germanum esse. Itaque finem facio. Erroris origo videtur esse *ἑ τῆ ἀπορελευρίῃ* versus superioris, quod incogitans exscriptor respexit; in eo enim elementorum similitudo hominem in fraudem coniecit, *ita colles*. Sed unde unde sit, mendum est, et quidem ejuscemodi ut a nemine adhuc animadversum fuerit. *Faber.*

583 *Repulsantes*] *Propulsantes* veteres quidam. *Gifan. Iterabant dicta referre.* Codd. *Iterabant dicta referri.* Fabro autem ingratum est illud *iterabant*, ideoque legit *tradebant*. *Creech.* Si ingeniosa Fabri placet conjectura, ita distingnas: *ita colles*

collibus, ipsis, Verba, repulsantes, tradabant dicta referre. i. e. ita colles repulsantes collibus verba dicta, tradabant ipsis referre. *Haver.*

584 *Capripedes*] *Τραγίποδας*. Utitur eadem voce Hor. Od. lib. 2. 19. 3. 'Nymphasque discentis, et aureis Capripedum Satyrorum acutas.' *Lamb.*

585 *Et Faunos esse loquuntur*] Cic. 2. de N. D. cap. 2. 'Sæpe Faunorum voces exaudita, sæpe visæ formæ Deorum, quemvis non aut hebetem aut impium Deos præsentis esse confiteri coëgerunt.' *Preig.* Huc refert etiam Turneb. Adv. 8. 15. Hor. Od. 1. 17. quæ incipit: 'Velox amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus, et igneam Defendit æstatem capellis.' et vs. ibidem 10. 'Utcunque dulci, Tyndari, fistula Valles, et Usticæ cubantis Levæ personuere saxa.' *Hav.*

587 *Silentia rumpi*] I. e. vocem mitti. Virg. Æn. 10. 63. 'quid me alta silentia cogis Rumpere?' pro eodem fere dicimus, 'rumpere vocem,' quod Græci dicunt *ρήσαι φωνήν*, ut notavimus in commentariis Horatianis. *Lamb.*

588 *Chordarumque sonos*] Permutari et promiscue poni 'chordas' et 'tibias,' licet revera diversæ sint notat Voss. ad Catull. pag. 167. atque hic tibias esse intelligendas, unde et inf. 5. 1389. legit: 'Hæc animos olis mulcebant atque juvabant Cum satiate cibi: nam tum sunt omnia chordæ.' Unde et Juv. dixerit, Sat. 3. 63. 'et cum tibicine chordas Obliquas.' quod scilicet obliquare caput cogatur tibiçen, inflaturus genus istud tibiçarum. *Hav.*

590 *Et genus Agricolum*] Pro agricolarum: ut apud Maronem Georg. 3. 27. 'Gangaridum faciam: victorisque arma Quirini.' ubi vel auctore Servio pro Gangaridarum posuit. dicunt agricolæ finitimi sentire cantus et choreas horum satyrorum. *Pius.*

Et genus Agricolum, &c. Caprarius apud Theocritum: *Ὁς θέμις, ὁ ποιμὴν, τὸ μεταμειβόμενος, εὐ θέμις ἔμμεν Σαρπίδαο τὸν Πᾶνα δεδοικόμενος, ἧ γὰρ ἀπ' ἔργας Τανταῖα κευμακῆς ἀμπαβερταῖ· ἐστὶ γὰρ πικρὸς, καὶ οἱ ἐπὶ δρμητῆα χαλὰ ποτὶ βῶν ἀδύηται.* *Creech.*

Cum Pan Pineæ semiferi] Pan pineam coronam in capite gerit, cornutusque fingitur. cornna autem, radiorum solis, et cornuum Innæ similitudinem quandam præbent. Fistulam septem calamis compactam altera manu tenet, altera pedum, i. e. baculum inflexum et incurvum. pedibus caprinis præditus est. Adde, quod solitudine delectatur, et maxime loca maritima colit: ideoque ἀλιπλάγκτος a Græciæ appellatur, et Echonem amare existimatur. Mare autem *πάλυχον* est, i. e. sonorum, vocale, et clamosum. *Lamb.*

591 *Velamina quasæans*] Quoniam uterque Codex Vossian. nunc Lugd. Bat. *vllamina* habent, unde ipse Vossius teste Codice meo, Beverlandi quondam, legebat *vallamina*. Cui conjecturæ roborandæ adducere possum verum etiam Lucretianum, qui exstat 5. 27. 'Hydra venenatis posset vallata colubris?' item alterum, ubi de Elephantis agit, 2. 538, 'India quorum Millibus e multis vallo munitur eburno.' Et ita sertorum pineorum amplitudo Sylvam quasi circa tempora Panos facit, ejusque ora inumbrat, prout de coronis istis frondosioribus dicit Lucret. 3. 926. 'et inumbrant ora coronarum.' Potuit enim *vallamina* degenerare in *velamina*, scripto in Codd. *vllamine*, et recta ducta linea supra litteram primam, ex qua scribendi ratione altera fluxerit in describendo lectio. *Hav.*

592 *Calamos percurrit hianteis*] 5. 1406. 'Et snpera calamos unco percurrere labro.' Ex septem calamis imparibus ordine junctis constat fistula. Virg. Ecl. 2. 36. 'Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fis-

tala.' Pan autem fistulæ inventor. Idem Virg. *ibid.* 32. 'Pan primus calamos cera conjungere plureis Instituit.' *Lamb. Percurrit.* Quod necesse est, si fistula composita utaris, qualis erat, 'Fistula comparibus septem compacta cicutis.' *Faber. Lib. 5. 1406.* 'Et supra calamos unco percurrere labro.' *Creech.*

695 *Sola tenere*] Ita omnino legendum. Agricola enim suum cum Divis commercium jactant. *Creech.*

697 *Ut omne Humanum genus est avidum nimis auricularum*] Ut omnes homines sunt immodice cupidi auditorum. Quia autem homines sunt auditorum avidi, idcirco res admirabilis et portentis simileis confingunt, quibus alliciant et retineant auditores. *Lamb. I. e.* Omnes homines portenta et miracula libenter narrant; eaque a multis audiri jucundissimum illis est. *Faber.* Hinc amarum illud *Persii* l. 36. 'Tunc, vetule, auriculis alienis colligis escas?' *Hav.*

699 *Quod superest non est, &c.*] Igitur voces accipimus ab illo qui loquitur expressas et formatas, æque ac simulachra a rerum superficie fluentia; cur igitur audimus aliquem quem videre nequeamus? Respondet *Lucretius* vs. 20. voces formatæ obliquos meatus, et tortuosa corporum foramina integræ transeunt, in quibus franguntur, ut supra docuit, imagines. Sed potius hoc fit quia vox in voculas disiliat, quæ sursum, deorsum, prorsum, retrorsum, dextrorsum, lævorsum, et in omnem obliquitatem, ut scintillæ a scintilla disulstantes, abeunt; sicque in aures etiam alibi quam in directum constitutas incidant; tale vero quid ipsis imaginibus non contingat: vox autem hujusmodi meatus penetrans debilior fit, atque indistinctior. *Creech.*

600 *Quæ loca per*] *Ἀναστροφῆς*, 'quæ loca per,' pro per quæ loca, ut proximo versu 'hæc loca per,' pro per hæc loca. Nunc docebit, quamobrem acies

oculorum, seu vis et potestas videndi eo penetrare non possit, quo vox et sonus permanant: neque illa ea transire possit, quæ hæc transeunt. Interposito enim inter nos qui audimus, et eos qui loquuntur, pariete, audire eorum sermonem possumus: faciem, aliamve corporis partem cernere non possumus. Nam et *M. Tullius* scribit in *Topicis*, 'Stalennum quendam ea locutum esse, bonis viris subauscultantibus, pariete interposito, quibus patefactis, in judiciumque prolatis, rei capitalis jure damnatus est:' et *Thucyd.* lib. 1. simile quiddam de *Pausania* tradidit. *Lamb.*

602 *Colloquimur*] Codices alii sic habent, *Cum loquimur.* hoc sensu: Videmus vocem penetrare per loca, per quæ non potest oculus se intrmittere. hoc apparet cum loquimur in cœnaculo clauso: vox tamen erumpit et egreditur extra parietes, quos oculi non transeunt. *Pius. Conloquimur claus. forib.* Sic excudendum curavi, non ita longe discedens a vulgata scriptura: quæ talis est, *Cum loquimur, &c.* Nam et *Bertinian.* et *Memm.* et *Tettian.* codex, et item vulgati *Parisienses* habent, *Conloquium cl. forib.* hoc differt *Memmianus* ab illis, quod habet, *quod sæpe videmus:* alii, ut vulgati omnes, *quoque sæpe videmus:* nonnulli etiam, *tenemus, pro videmus.* Judicet lector emunctæ naris. Mibi quidem, ut dicam quod sentio, versus suspectus est, sive legamus *Conloquimur, &c.* ut edidi, sive *Cum loquimur*, ut habent vulgati cod. sive *Conloquium cl. for. quoque sæpe videmus, seu tenemus.* Nam et sententia inepta est, neque id dicitur quod sentit *Lucret.* Natum autem puto esse ex annotatione ad oram libri posita e regione hujus loci, hoc modo, ut *cum loquimur clausis forib.* quæ verba liberiorius aliquis conjecit in contextum et seriem versuum: alius nescio quis supplevit quod versui deerat. hæc mea conjectura est. Omnino hoc

versu detracto, nihil de sententia huius loci demitur. Supervacaneus igitur videtur esse, et idcirco delendus. *Lamb. Conloquium clausis foribus quoque saepe tenemus.* Ita ex vet. libris restitimus. In quibusdam: *videmus.* Gifan.

599 *Quod superest, non est mirandum, qua ratione Quæ loca per nequeunt oculi res cernere apertas, Hæc loca per voces veniant, aureque lacescant.* *Conloquimur clausis foribus: quod saepe videmus]* Clarissimus interpres versum postremum esse plane ineptum, atque adeo ejiciendum, existimavit. At Gifanius ita ex vet. lib. restituendum credidit: *Conloquium clausis foribus quoque saepe tenemus.* Quid ibi fecerit, scire vis: nugas magnas. Neque enim illustrius ostendere potuit, quam inops, quamque imparatus a iudicandi facultate esset; quam denique miserabilis grammaticus: (nosti illud ex Seneca patre, 'miserabilis orator:') nam ex editionibus aliis totus hic locus sic potius legendus, sic distinguendus erat: *aureque lacescant, Cum loquimur clausis foribus, quod saepe videmus;* sensum saltem commodiorem hæc lectio haberet; id enim probaret Lucretius, ea pervenire et penetrare voces et sonos, qua species visibiles trameare nequeant. Exemplum autem familiare est; cum videlicet astans aliquis ad oculos januam, cum eo, qui intus est, colloquitur. Tunc enim species visibiles transire nequit; at species audibiles, ea vero potest. Solet autem Lucretius, ubi quid probandum est, exemplum *λοβύτρος* aut *δυούδρυρος* illico subdere, quo res dilucescat magis, uti diligenti lectori constat. Hæc nostra, nisi multum fallimur, Gifaniani non paulo meliora sunt et rationi magis consentanea. Sed tamen, si, quod res est, dicam, in iis me non magnopere amo; nam de plano affirmare possum, id quod in notis fortasse demonstrabitur, versum hunc subditivum esse. *Faber.* Hunc ver-

sam rejicit Lambinus, alii legunt *Cum loquimur, &c.* Gifanius vero e Codd. *Conloquium clausis foribus quoque saepe tenemus.* Versum subditivum esse affirmat Faber, sed omnes Codd. agnoscunt: et *Cum loquimur* rectius legendum. *Creech.*

604 *Renuant]* Renuunt, nolunt. *Lamb.*

606 *Qualis sunt vitri]* Foramina, ἀρδ κοροῦ. intelligendum est hoc esse verum in vitro simplici, et nudo, et ita pellucido. Nam si esset a postica parte plumbo aut alio metallo inductum, et ita densum factum, imago per vitrum non permaneret, cum vitri foramina non paterent, sed a vitro rejecta redderetur. Qua de re sup. *Lamb.*

Species quæ travolat omnis] Nihil ego quidem mutavi, verum tamen non celabo lectorem, in aliquot lib. manuscr. legi, *species quæ transvolat omnis:* in aliis: *species quæ tramat omnis:* in uno, *species quæ trameat omnis.* unde quidam faciunt *trameat*, non male: et fortasse hæc scriptura recta et germana Lucretiana est. *transvolat* tamen, aut *travolat*, non est rejiciendum. Licet etiam legere, *species quæ trameat omnis.* *Lamb. Species quæ trameat omnis.* Ita ex vet. lib. quibusdam scripsi. In quibusdam vet. *travolat.* Vide Indicem. Vulgati: *travolat.* pessime. Quidam veteres: *quæ.* Vide inf. 6. 348. *Gif. Travolat.* Sive *Quæ trameat*, sive *quæ travolat*, (nam 'viare' apud Plautum legas,) perinde est. *Creech. Travolat*, hoc loco, ut et lib. 6. 'transviat,' ex veteri Cod. Fr. Modii defendit Palmerius Tom. 4. *Facis Crit.* pag. 614. Nec non 'pericula vianda,' 'iter viare,' 'miti viare pectore,' apud Plautum, Lucilium, Afranium. *Preig.*

607 *Præterea partis in cunctas]* Aliam rationem affert magis (meo quidem iudicio) philosophicam, videlicet quia vox missa sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, in

multas partes dissecatur; ita fit, ut loca etiam abdita vocibus compleantur, et aer etiam remotus atque interclusus per consensum verberetur, ipseque verberatus sonitus aut vocem ad aureis perferat. auditus enim semper patet, ut sonos omni ex parte editos accipere possit, quod eo fit facillius, quod aer natura sua continuum et continens quiddam est, ita quavis parte aeris a sonitu impulsus, non longo post tempore alia ejus pars longe remota sive supra, sive infra, sive a fronte, sive a tergo, sive ad dextram, sive ad laevam partem, ejusdem motus fit particeps, eodemque tempore aerem in auribus nostris inclinum, cui cognatus ipse est, verberat, et lacessit. At vians fit e regione, et per rectas lineas a re que cernitur, ad oculos, aut certe, ut mathematicis aliquis dicere possit, per directam quandam pyramidem, cujus basis sit in re que cernitur, angulus in oculo: qui angulus quo minor est, eo res, que videtur, minor videtur; quo major, eo res major apparet. Quare ea quidem cernimus, a quibus ad oculos rectas lineas produci possunt, ita tamen, ut angulus, qui in oculos cadit, non sit minor quam esse debeat, quod fit, cum res ita a nobis remota est, ut videndi sensum effugiat: audimus autem etiam ea que sunt ab auribus nostris disclusa et disparata, parietibus ac muris interpositis. *Lamb.*

608 *Ubi una dissiluit*] Sic restitui, cum in lib. manuscr. reperissem scriptam partim ubi nam, partim ubina, partim ubina. *Lamb.* *Ubi una.* Ita *Lambinus.* *Vulg. ubi jam.* In veteribus: *ubina, ubina, ubinam.* *Gif.*

616 *Clausa viarum*] Sic legendum, et ita scriptum est in codicibus manuscr. pro quo libri vulg. habent *claustra viarum*, mendose. Sic dicta sunt illa, 'strata viarum,' 'aperta demorum,' 'amara curarum,' 'vilia

rerum,' &c. de quibus alibi. *Lamb.*

619 *Hæc, quis sentimus succum*] Nunc de gustatu, de lingua ac palato, quibus succum sentimus, disputare incipit; ait autem paullo plus inesse rationis in disputatione de gustatu, plusque operæ ac laboris, quam in superioribus. Secutus sum porro libros Parisienses, et nonnullos alios typis excusos: nam manuscripti quidem habent, *Hoc qui sentimus*: excusi autem fere alii omnes, *Nec qui sentimus*, plane (opinor) mendose. *Lamb.* In vet. omnibus: *hoc qui. Gifan.*

Hæc, quis sentimus succum, lingua atque palatum, Pluscum habent in se rationis, plusque operæ] Ita quidem in editionibus *Lambini*, et *simiolæ Gifanii* legitur; sed mendose, si quid unquam mendose editum est; quod ut demonstrarem, exemplis utar ex *Lucretio ipso* petitis; unde apparebit solere ipsum, positis principiis, eorumque proprietatibus et qualitatibus explicatis, cetera omnia facillia esse et aperta, dicere, neque ullam questionem proponi posse, cujus expediendæ ratio in promptu non sit. Exempli igitur congerentur; nam absque iis sit, id ostendi, quod necesse est, haud queat. Illa nos pleno modio admetiemur. Sic enim passim loquitur: 'Illud in his rebus minime est mirabile, quare,' &c. 'Nunc facile ex his est rebus cognoscere quæque.' 'Sed quod amara vides, minime id mirabile cuiquam.' 'Nunc alii, &c. haud quaquam ratio scruposa relicta est.' 'Illud in his rebus minime mirabile habendum est.' 'Illud item non est mirandum, corporis,' &c. 'Nec tamen illud in his rebus mirabile constat, Tantula quod.' 'Non ita difficile est rationem reddere verbis.' 'Nec tamen illud in his rebus mirabile debet Esse, quod,' &c. 'Perfacile est tamen hæc reperire, animoque videre.' 'Postre-

mo quid in hac mirabile tantopere est re?' 'Illud item non est mirandum, qua ratione,' &c. 'Non, inquam, simplex his rebus reddita causa est.' 'Nonc facile ex his est rebus cognoscere,' &c. 'Quare etiam atque etiam minime mirari est par.' 'Quod superest, nihil est mirum simulacra moveri.' 'Ut non sit mirum, si in tales disposituras,' &c. 'Nec mirum, cum plena animæ vesicula,' &c. 'Nec mirum est in eo si tempore talia fiant.' 'Perfacile est animi rationem exsolvere nobis.' 'Quo minus est mirum, mare non augescere magnam.' 'Quo minus est mirum paulo quod diximus ante.' Hæc, nisi fallimur, satis multa sunt, ut ne plura addere sit necesse. Nam locum quemdam in 5. qui turpiter et ridicule corruptus est, non attingam; id tunc fiet cum illo deventum fuerit, nunc autem quod in manibus est, id agamus. Quæstionem igitur proxime superiorem sic exorsus erat Lucretius: 'Quod superest non est mirandum, qua ratione Quæ loca per nequeunt oculi res cernere apertas,' &c. Dein ubi rem ipsam per sese facillimam esse ad intelligendum demonstravit, nunc post allatam solutionem de succo et gustatu agere incipit. Antea dixerat mirandum non esse cur qua visus trameare non soleat, ea vocem trameare animadvertamus: nunc addit, ut legendum contendo, *Nec, queis sentimus succum, lingua atque palatum, Plusculum habent in se rationis, plusque operai.* Quam lectionem in quibusdam libris reperiri certum est, eamque a Lambino damnari aut certe in suspicionem vocari miror. Quod autem turbare videtur istud *plusculum*, non debet: hoc enim loco eandem vim habet ac plus, uti et *ἀκροτάτην* ostendit 'plusque operai.' At vero illud 'rationis' non est quod quis fortasse existimet. 'Ratio' enim hoc loco

significat tractationis difficultatem, τὸ φιλοσοφῆν, argumentationes operosas, &c. quod explicari debuerat. Hæc prolixius præter institutum nostrum; sed tamen locum hunc Lucretii ita detersum dedimus et elucidatum, ejus ut operæ me haud pœniteat. *Faber. Hæc queis sentimus, &c. Nec queis sentimus* cum Fabro legas, non enim plura sunt et difficiliora explicatu de gusta, quam de visa et auditu, problemata: gustamus enim, vs. 18. cum succus e re sapida, tanquam aqua e spongia, expressus in organum, palatum linguamve penetret. Qui succus si constet ex corpusculis ea ratione configuratis ut in organum gustatus effusa, porulosque ejus subeuntia apposite ipsis iisdem particulis accommodentur, sicque ipsum deliniant, demulceant, et leniter placideque afficiant, suavis videtur. Si vero corpuscula ea ratione configurentur, ut in porulos organi subeuntia haud debitam habeant cum ipsis commensurationem, unde et particulas ejusdem compungant, concidant, discerpant, aut asperiter moveant, insuavis videtur, sive amarus, salsus, acidus, acerbus, acris, acutus, austernus, &c. Hanc opinionem, ut multas alias, e Democrito sumsit Epicurus; ille enim singulis saporibus suam figuram tribuit. ἄμικτος δὲ σχῆμα περιτθεὶς ἐκδοσῶ, γλυκὴν μὲν τὸν στρογγύλον, καὶ εὐμεγέθη ποιῶν, στρυφὸν δὲ τὸν μεγάλου χημον, τραχὴν δὲ τὸν πολυγώνιον καὶ ἀπεριφερῆ δριμύνην δὲ τὸν περιφερῆ, καὶ λεπτὸν, καὶ γυννοειδῆ, καὶ καμπύλον ἀλμυρὸν δὲ τὸν γυννοειδῆ καὶ σκόλιον, καὶ ἰσοσηλῆ πικρὸν δὲ τὸν περιφερῆ, καὶ λείαν ἔχοντα σκολιότητα, μέγεθος δὲ μικρὸν ἄπικρον δὲ τὸν λεπτὸν, καὶ στρογγύλον, καὶ μικρὸν. Theophrastus de Causis Plant. 6. 2. *Greech.*

620 *Plus operaique*] Ita in vet. libris. Marollus: *plus operai.* Lambinus: *plusque operai.* Giffan.

623 *Exsiccareque capiti*] Cum ex

libris manuscr. alii haberent *exsiccareque capit*, et ita nonnulli vulgati; alii *ac siccare capit*, ceteri vulg. *ac siccare recepit*; *exsiccareque capit* excudendum curavi, non improbaturus, si quis malit *ac siccare recepit*. 'recepit' autem interpretabor *ἀπέλαρο*. *Lamb.* *Exsiccareque capit*. Ita in veteribus, recte. *Gifan.* Si Lugd. Bat. Codd. sequi velimus, qui nna cum aliis quibusdam habent *ac siccare capit*, dicendum, distrahi in scandendo ultima debere, et scribi *coëpit*. *Haver.*

624 *Per caulas*] Per cavernas, et cavitates, seu meatus, et (ut Græci nominant) poros. Sup. 3. 702. 'Disperditur enim per caulas corporis omneis.' et 2. 950. 'Dispersamque foras per caulas ejicit omneis.' et vi. 491. 'Undique quandoquidem per caulas ætheris omneis,' &c. eod. lib. 839. 'Dispergant animas per caulas corporis omneis.' *Lamb.*

625 *Diditur*] Dispergitur, seu dissipatur, seu differtur. *Lamb.*

Per plexa foramina] Sive legas *perplexa*, uno nomine, sive *per plexa*, separatim, et duabus vocibus, parum refert. in Bertiniano quidem codice et Memmiano scriptum est *perplexa* conjunctim: in Færn. neque *perplexa*, neque *per plexa*, sed *per flexa*. *Lamb.* *Per plexa*. In quibusdam lib. *perplexa*. *Gifan.*

626 *Masantis corpora Succis*] Corpora prima, ex quibus succus aliquis constat. *Lamb.*

627 *Suaviter omnia tractant*] Suaviter permulcent, et delectant linguam. *Lamb.*

628 *Linguae circum sudantia templa*] Satis audax metaphora videri queat, templum lingue pro palato; sed omnis locus extensus et patens in veteri Latio templum dicebatur. Deinde τὸ ὄρεστρον seu ὄρεστρον, qua voce Græci 'palatum' significant, ut et ὄρεστρον, non minoris audaciæ videri debent; quamquam non aliter pedestres scriptores loquebantur. Quid

autem, poetæ non liceat illustri aliqua similitudine aut metaphora, &c. rem variare? *Faber.*

631 *Deinde voluptas est*] Quæ ex cibis et succis percipitur voluptas (inquit) ea tota palati et lingue finibus et regionibus continetur ac terminatur. Ubi enim cibus in ventriculum præceps actus est, nulla jam reliqua est voluptas. Itaque non immerito Nigrinus ille eos irridebat, qui plus nimio studii in cœnarum apparatu, et succorum varietate, et ciborum condimentis adhiberent. Nam hos brevis voluptatis amore captos multum negotii molestiæque suscipere. Ostendebat enim, quattuor digitorum causa totum hunc ab illis laborem perferri; quam longitudinem longissimum hominis guttur non superat. Nam neque ante quam comessent, ex obsoniis magno pretio emittis fructum capere, neque obsoniis illis jam in stomachum primum, deinde in ventriculum lingue motu depulsis ac detruis, satietatem ex cibis carioribus profectam sanaviorem esse. Ita illos eam voluptatem, quæ fit in transmissione et quasi trajectory gutturis, tanta pecunia parare. Hæc ex Luciano in Nigrino; quæ nostro arbitrato vertimus. *Lamb.*

In fine palati] Voculam *In* delet Palmerius. *Fine palati*, i. e. quousque palatum pertingit: sic Sallustius. 'Fine inguinum ingrediuntur mare.' Apuleius: 'Paulisper fine inguinum lacinia remota.' *Creech.* Deleri istud in recte jubent Mss. optimi et clariss. Bentleius ad Horat. Od. 2. 18. 30. significat enim palato tenuis, et non ultra voluptatem istam percipi. *Haver.*

632 *Præcipitavit*] I. e. præcipitata seu præceps data est; de quo passivo sensu verbi activi, hoc aliisque locis adductis, docte disputavit Vossius Pater de Anal. 3. 3. *Hav.*

634 *Nec refert quicquam, &c.*] His versibus adjungas illud Epicuri ad

Menœceum: Τὸ συνθεῖεν ὄν ἐν ταῖς ἀπλαῖς καὶ οὐ πολυτέλει διαταῖς, καὶ ὀργίαις ἐστὶ συμπληρωτικόν, καὶ πρὸς ἀναγκαίαις τοῦ βίου χρήσεως ἕοικον ποιεῖ τὸν ἕθερον. *Creech.*

636 *Humectum servare tenorem*] Codex Bertin. habet, *humidum servare tenorem*, plane mendose: sed tamen ne hoc quidem lectorem celare volui, ut intelligat, credible esse, hoc *humidum* natum esse ex annotatione, et, vera scriptura ejecta, in contextum irruisse. *Lamb.* Ita ipse Lucretius l. 919. 'Et lacrymis salsis humectent ora, genasque.' atque propius adhuc 4. 1188. 'Et tenet adsuctis humectans oscula labris.' Sicuti enim ibi 'humectans' est adsidue irrigans atque nutriens, ita hic 'humectus' tenor stomachi illam salivæ designat copiam, quæ digerendo cibo assiduitate et perpetuitate sua sufficit. *Hav.*

637 *Nunc alius alius cur sit Cibus*] Hac eadem de re pauca quædam perstringit etiam 5. 897. 'Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta Barbigeras pecudes,' &c. et 6. 970. 'Barbigeras oleaster eo juvat naque capellas,' &c. *Lamb.* *Nunc alius alius*, &c. Jam vsa. 40. causam explicat, cur idem cibus sit uni non modo jucundus, sed etiam salubris, qui alii erit non modo ingratus, verum etiam noxius: organum gustatus in sui textura, sive atomorum, spatiorumque inter ipsas interceptorum configuratione, in variis seu hominibus seu animalibus differt, perinde ac differunt partes cæteræ, speciatimque ipsæ externæ: differentes autem meatus differentia succi corpuscula (et omnis res, e qua succus exprimitur, continet semina diversimode figurata) admittant necesse est; nec omnia omnibus conveniunt: inde quod alteri animali alimentum, alteri venenum; quod huic gratum, illi insuave. Imo quotiescunque vel per ætatem vel occasione morbi organi temperies seu textura immutatur, eadem res

apparet mutati saporis, in qua mutatum tamen nihil est. Ita qui febre laborat amara judicat ea, quæ sanus dulcia: quod propter mutatam organi texturam ea corpuscula quæ prius accommodabantur nunc non congruant, organumque prouide lacerent et discerpant. *Creech.*

639 *Prædulce videri*] In vet. aliis: *perdulce*, etiam recte. *Gifan.*

640 *Tantaque in his rebus*] Profert hunc versum Nonius in voce 'differitas.' 'Differitas' autem, i. e. differentia. Utitur hac voce et Arnobius lib. 2. adv. Gent. 'Vultis favore deposito, cogitationibus tacitis pervidere, animantia nos esse aut non plurima differitate distantia?' Idem lib. 7. 'Quid ergo cessatis cujuslibet arboris viscum sine ulla passim differitate comburere?' *Lamb.*

Differitas] Hujus vocis exemplum nullibi nisi apud unum Arnobium reperias; is enim Lucretium libenter imitabatur. Ita autem formatur 'Differitas,' inquit Gifaninus, quemadmodum a prodigus fit 'prodigitas' apud Lucilium. Sed fallitur. Nam τὸ 'prodigitas' a prodigus non magis mirabile fit, quam a bonus 'bonitas,' a cupidus 'cupiditas.' Itaque ἕμφρον θάρερον. Nam aut 'differitas' nasci potuit ex differo, differitum, ut a facio 'facilitas,' a pudet, puditum 'puditas' apud Varronem, citante Nonio. Quippe olim a fero dicebant 'feritum,' unde 'offerumentum,' quod Diis offerebatur apud Festum, i. e. offerimentum, u pro i, ut 'optimus,' 'maximus,' &c. Aut etiam a διαφορος manavit, unde analogus διαφορήτης, ex quo 'differitas.' Neque vero adeo mirum est τὸ 'differ,' cum usus hodieque retineat 'herbifer,' 'armifer,' 'umbrifer,' 'sacrisfer,' &c. ut 'scutiger' et 'armiger.' Quare a differ erit 'differitas,' ut a tener fit 'teneritas.' quam vocem a Varrone usurpatam scimus, ut a Tertulliano. *Fab.* Arnobii locus (cujus Faber

meminit) exstat lib. 7. 'Quid ergo cessatis, nec cujuslibet arboris viscum sine ulla passim differitate comburitis?' *Hav.*

641 *Ut quod aliis]* Ita legendum, non *aliis*. Vid. Indicem. *Gifan.*

Ut quod aliis cibus est, aliis fuat] Citat et hunc idem Nonius in verbo 'fuat:' docetque positum esse ab antiquis pro sit. Virg. *Æn.* 10. 108. 'Tros, Rutulove fuat, nullo discrimine habebō.' Ter. *Hecyra*: 'Fors fuat pol.' ubi Donatus: 'Fuat,' sit significat. Iterum Lucret. 5. 584. 'Quanta hæc cumque fuat, tanta hinc videatur in alto.' Plaut. *Amphitr.* 3. 4. 2. 'Nec quisquam tam audax nunc fuat homo, qui obviam obsistat mihi.' Idem *Anul.* 2. 2. 56. 'Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divortii fuat.' *Lamb.*

642 *Est utique ut serpens hominis quæ tacta salivæ]* *Est utique: ut serpens hominis contacta salivæ.* Sic restitui, probabili conjectura ad hanc scripturam, tanquam manu, ductus. Adjunt me Plinius, eujus hæc verba sunt 7. 2. 'Et tamen omnibus hominibus contra serpentes inest venenum: feruntque, eas ictum salivæ, tanquam aquæ ferventis contactum fugere.' Recepta autem scriptura, *Est utique, ut serpens, hominis quæ tacta salivæ, &c.* ferri non potest. Nam si ita eam explicemus, 'Est utique,' i. e. id nempe quod dico, profecto verum est: id quod sequitur, 'ut serpens, h. quæ,' &c. non cohærebit. Quin hoc ipsum *Est utique, ut serpens,* non admodum mihi probatur. Itaque sic olim edideram, fortasse non male, nisi quod nimis longe a veteribus libris, *Sæpe etenim serpens hominis contacta salivæ, &c.* Neque vero me offendit participium *tacta* pro *contacta*: sæpe enim 'tangere' pro contingere, et 'tactum' pro *contactu* usurpat, ut alias indicavimus: sed hoc maximo, *ut serpens,* quod nihil sit, quod referatur, quoque pertinet, si lega-

tor *quæ tacta,* et non *contacta,* ut edidi. *Lamb.* Ita vulgati et nostri libri. Lambinus nescio cur mutarit: *Sæpe etenim serps. h. contacta salivæ.* *Gifan.* Id vulgo fertur, crediturque a multis, quamquam sæpe expertus nihil tale animadverterim. *Faber.* Quum non immerito vox *utique* Lambinium offenderit, recte, ut puto, ex optimis *Mss. itaque* restitui. Quum tanta distantia, &c. sit inter naturam animalium, ita est ut serpens, &c. i. e. hinc videmus quomodo serpens occidatur saliva hominis, quæ ipsi homini est salubris, sicuti contra hominem veratro, quo plaguescunt alia quedam animalia. *inf. vs. 692.* 'Est alio ut,' i. e. fit passim ut, &c. *Havere.*

Disperis] Valde perit. *Catull.* *Carm. de Lesbia*: 'Dispeream, menisi Lesbia amat.' et, 'Dispeream, si te mater amare potest.' Hoc carmen est editum in Tiberium, auctore incerto apud Sueton. in *Vita ejus* cap. 59. *Pius.*

644 *Præterea nobis veratrum]* Veratrum, elleborum Græci appellant. *Arnob.* lib. 1. *adv. Gent.* 'Veratrum, venenum est hominibus: numquid ob hanc causam non debuit nasci?' *Lamb.*

645 *Coturnicibus auget]* *Plin.* 10. 28. 'Coturnicibus veratri semen gratissimus cibus.' *Lamb.*

648 *In rebus mixta tenere]* Sic malui ex vet. quibusdam. Alii: *teneri.* *Gifan.*

649 *Porro omnes, quæcumque cibum capiunt animantes. Ut sunt dissimiles extrinsecus, et generatim Extrema membrorum circumœasura coæcet, Proinde et seminibus distant, variantque figura]* In secundo versu mendum sit necesse est: debuit enim Lucretius dicere, *Omnia animalia, ut nunc inter se se dissimilia, et varia illorum circumœasura est, ita et seminibus distant, et variant figura.* Cave itaque legas *generatim*; i. e. secundum unumquodque genus, seu speciem, ut nunc loquimur; scri-

bi enim debet *variatio*. Primo sic omnino legendum esse probat versus posterior, qui a paritate eductus est: *Proinde et seminibus distant, variantque figura*. Argumentatio enim ex principiis bene procedit: 'Dissimiles sunt inter sese,' ait, 'et extrema circumcæsura varia est, ergo et seminibus differunt, et variasfigurationes habent.' Addam et aliud quo res extra dubitandi aleam ponatur: Non agitur nunc de differentiis secundum unum quodque genus animalium, quatenus scilicet species a specie differt; nam in specie humana, quot sunt singularia seu individua, tot varii gustatus, &c. ergo. Vix enim duos homines reperias, neque fortasse unquam reperti sunt, in quibus omnia omnino similia sen paria fuerint, si ad numerum primorum corporum, ad eorum situm, et collocationem, ad raritatem, et densitatem, figuras meatuum, &c. veniendum sit; (notum illud Horatii, 'Tres mihi convivæ multum,' &c.) Addit itaque inf. et recte quidem, 'Namque figurarum ut ratio motusque reposcunt, Proinde foraminibus debent differre figuræ, Et variare viâ proinde ac textura coercet.' Alia etiam ad eundem scopum tendunt, quæ huc transferre nihil necesse est. *Faber*.

650 *Generatim*] Per singula animalium genera. *Lamb. Et generatim*. *Variatim* legendum esse multis contendit Faber. Nam 'Variantque figura' vs. 652. et 'Variare viâ' vs. 661. vocem istam confirmant. Denique non agitur nunc de differentiis secundum unumquodque genus animalium, quatenus viz. species a specie differt; nam in specie humana quot sunt singularia sen individua, tot sunt varii gustatus, &c. Ergo. Et profecto aliquid dixisset Faber, nisi Poëta Instituisset hisce versibus docere, quam ob' causam una eademque res alteri generi ani-

malium salubris, alteri foret noxia; *Generatim* igitur legendum. *Creech*.

651 *Circum cæsura*] Expressit vocem Græcam, περιουσιον, i. e. περιγραφήν, extremitatem cujuslibet rei, et extremum lineamentum, extremanque descriptionem. Lib. nonnulli tamen habent, *circum-textura*, sup. 3. 220. 'Quam tenni constet textura.' et hoc eodem lib. paucis post, 'proinde ac textura coercet.' Ego *circum-cæsura* probo: qua voce utitur et Arnob. lib. 3. 'Deos filo atterminatis humano; et, quod indignius multo est, terrenorum corporum circum-cæsura finitis.' *Lamb. Circumtextura coercet*. Ita ex vet. nostris malim, cum et mox sequatur, *textura coercet*. In aliis tamen: *circum cæsura*. *Gifan*.

652 *Proinde et seminibus*] Ita ex seminibus dissimilibus variisque figuris constant. *Lamb. Proinde et seminibus distant, variantque figuris*. Sic ex vet. libris restitui, postulante id omnino sententia, et verbis proximis id comprobantibus. *Vulgati: ex. constant. figura*. *Gifan*.

657 *Triquetra*] Triangula, τριγωνα. *Lamb*.

658 *Multangula*] Expressit Græcum nomen πολύγωνα. *Lamb*.

662 *Ergo ubi quod suave est*] I. ergo cum id quod aliis suave est, aliis amarum sit, credibile est, atque adeo necessario verum est, corpora prima politissima et lævissima, quæ sunt in eo cibo aut potu, qui linguam et palatum dulcedine et voluptate afficit, linguæ et palati meatus iuter penetrandum permulcere. Nam omnibus in rebus genitis omnia et omnis figuræ insunt primordia, ut supra docuit, et mox admonendi causa repetet: sed cujus figuræ plura convenerant ad quamque rem gignendam principia, ab ejus figuræ pluribus principiis res et est, et appellatur. Atii legunt, *Hinc ubi*, &c. non male. *Lamb. Hinc, ubi quod suave*. Ita in

veteribus: in aliis, *Hoc*. Gifan.

668 *Febriis*] Sic 6. 804. 'At cum membra hominis percepit fervida febris, Tum fit odor vini plags mactabilis instar.' *Lamb.*

672 *Ut quæ*] Voculam ut delent Ms. Lugd. Bat. forsitan haud male, neque enim illa oratio indiget. *Haver.*

674 *Quæ penetr.*] *Quæ penetrata*, i. e. quæ ubi penetraverunt, &c. nam videtur significare actionem. *Lamb.*

675 *Utraque enim*] Utraque, et amara et dulcia: sed plura sunt primordia, quæ dulcedinem in melle creant, quam quæ amarorem: et hæc ab illis ita numero superantur, ut illa maxime excellant, sensumque moveant, hæc ne sentiantur quidem. *Lamb.*

676 *Id quod jam supera*] Lib. 2. *Lamb.* et *Gifan.*

677 *Nunc age*] Nunc de odoratu et odoribus disputare incipit. *Lamb.*

Adjectus] I. e. appulsus, seu apulatio odoris. Vide quæ annotata sunt sup. lib. 1. ad illum locum, 'et nostros adjecta tangere tactus.' *Lamb.* *Nunc age, quo pacto, &c.* Gustum et saporem odor et odoratus sequitur, et vs. 24. ut simulachra a rebus fluant, ut sonus ejicitur, ut exprimuntur succi, sic odores emittuntur: quod vero omnia animalia hos odores perpetuo emissos non æque sentiant, efficit varietas et dissimilitudo figurarum (vid. 2. 414.) quæ omnium animalium organa non pariter movent et afficiunt: sic apes mellis, vultures cadaverum, ferarum canes, et anser hominis odorem longe sentiunt, dum nares hominis isti odores vel non omnino vel languide laessunt: 'Ἡ δὲ μὴ οὐκ ἔν ποτε πάθος οὐθὲν ἐργάζεται, εἰ μὴ ἔγκοι τινὲς ἦσαν ἀπὸ τοῦ πρῶτου ἀποφερόμενοι σύμμετροι πρὸς τὸ τοῦτο τὸ αἰσθητῆριον κινεῖν, οἱ μὲν τοῖσι τετραπόδεσσι, καὶ ἄλλοις, οἱ δὲ τοῖσι ἀναπόδεσσι καὶ οὐκ ἔχουσιν.' Epicurus ad Herodot. *Creech.*

678 *Agam primum*] Operarum erratum est. Scribo, *agam*. *Primum*. *Faber.*

679 *Unde fluens volat*] Codd. Memmian. et Bertinian. habent, *unde fluens solvat, &c.* *Lamb.* *Volat se*. Mellis quam se solvat. *Creech.*

683 *Quamvis longe ducuntur*] Secutus sum quattuor codic. manuscriptorum, et treis typis impressos, Paris. et utrosque Venetos antiquos, et recentiores. Ceteri habent, *quamvis longe. quamvis longe* autem, i. e. quantumvis longe. et conjunge vocem 'odore' cum voce 'mellis,' hoc modo: Apes quantumvis longe ducuntur odore mellis. licet tamen et ita verba struere: *Mellis apes, quantumvis longe ducuntur odore*, sibi grato et jucundo scilicet. *Lamb.* *Longe ducuntur*. Ita in vet. nostris. *Vulg. longo*. Gifan.

684 *Vulturisque cadaveribus*] I. e. vultures. Catull. 'Lingua exerta avido sit data vulturio.' Hac voce et M. Tullius utitur in quadam oratione, 'vulturios palliatos' appellans. Dicimus 'vultur' et 'vulturis,' et 'vulturius.' *Pius*. Plin. 10. 6. narrat, 'vultures,' seu 'vulturios, triduo ante, aut biduo, eo volare, ubi cadavera futura sunt: quasi præsentiant multo ante cadaverum odorem: quod est mirabilius, quam magno locorum intervallo interjecto sentire. *Lamb.*

Fissa ferarum Ungula] *Περίφρασις*, pro eo quod est, exæ feræ, quarum unguæ fissæ sunt, ut cervi. *Lamb.*

685 *Promissa canum vis*] I. e. canes odoratu valentes, et sagaces, promissi: *promissa* enim legendum videtur potius, quam *præmissa*, ut *promissa* idem valere intelligamus quod longe et porrotenus missa, vel e longinquo loco odores sentiens: quod mihi nunc magis probatur; nam olim *præmissa* edideram: quod tamen non est fortasse damnandum. *Lamb.* Ita legendum. *Vulg. permissa*. Vide Indicem. *Gifan.* I. e. immissa. Inde *ἐνακτῆρες* pro venatoribus apud Callimachum, et *ἐνάγωα* apud Plutarch. in Apophthegm. pro venatum ducere, seu promittere. *Faber*. *Lambinus*,

longo et porro tenuis missa, vel e longinquo loco odores sentiens. At venatores melius quam grammatici intelligunt, cur canis venatici vis dicatur *promissa*. Alii *permissa* ut vs. 692. 'Permitti.' *Creech*. *Permissa*, est *ἀνασφα, σφαιρα*, incitata, laxatis habeis lata. Sisenna: 'Inde equum concitatum ad hostium permittit aciem.' Auctor lib. 8. de Bell. Gall. 'equo se a cæteris incautius permittit in præfectum.' Sic Lucret. 4. 685. 'tum fissa ferarum Ungula qua tulerit gressum, permissa canum vis Ducit.' i. e. penetrans, longe missa. Ut mox: 'Hic odor ipse igitur, nares quicumque laceasit, Est, alio ut possit permitti longius alter.' Hic ceperant: illic mutant. Lambinus primum *promissa*. Gifanius posteaque et Lambinus, *promissa*: quod sane et ipse in Ms. invenit: nec tamen eo moveor. *Gronov*.

687 *Romulidarum arcis, &c.*] Anser qui Romanorum arcem, hoc est, Capitolium servavit, detrusis a Manlio ob hoc indicium Gallis qui arci successerant. quam causam reor, ut ad æternam rei memoriam in pluribus Italiæ civitatibus in cacumine trabis tanquam arcis collocetur anser, et pueri illuc ascendant, tanquam in Romanum præsidium Galli. Legimus in memoriam hujus rei Romanos anserem consuevisse in Capitolio alimentis publicitatis exhibitis nutrire: eoque die, qua detrusi sunt Galli, canes in cruce sambucea necabantur. Lego apud Servium, in Capitolio in honorem illius anseris, qui Gallorum nuntiarat adventum, positum fuisse anserem argenteum: unde nonnulli poetam eum huic allusisse historiæ perhibent, qui anserem vocavit 'argenteum': nec per 'candidum' aliud expressum a Lucretio fuisse quam hunc argenteum anserem: qui quamvis de vivo loquatur hic, tamen inuit historiæ. hæc ad ingenia provocanda dicta sint. Aureum, non argenteum, in ejus rei memoriam diu

cultu divino exceptum prodit Albertus libro de animalibus vigesimo tertio. sed mendum in codice puto. Non enim *aureus* sed *argenteus* legerem. Adjuvatque in eodem capite teterriam maculam quæ ibi inolevit emendare. 'Ex anseri' (inquit) 'fieri clarissimum medicamen, quod Plinius comager inquit.' scribendum est *comagenum* a loco Judææ. Historiæ Propertius allusit cum cecinit: 3. 2. 12. 'Anseris et tatum vocè fuisse Jovem.' *Pius*. I. e. Romanorum arcis, &c. nota historia est, Capitolium, urbe a Gallis capta, servatum esse anserum voce. Plin. 10. 'Est et anseri vigil cura, Capitolio testata defenso, per id temporis canum silentio proditis rebus. Quamobrem cibaria anserum Censores in primis locant.' M. Tull. pro Roscio Amerino: 'Anseribus cibaria publice locantur.' Liv. lib. 5. Annal. 'Galli nocte subluatri tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal, ad nocturnos strepitus excitarent: anseres non fefellerent,' &c. *Lamb*.

Anser] Nota historia est, Capitolium ab anseribus servatum Gallis ascendentibus. *Faber*.

691 *Hic odor ipse, &c.*] Vas. 19. de motu odoris disserit, eumque tardius moveri per aërem quam sonum, distrahi quoque et dissipari facilius et longe minus per aërem diffundi affirmat: quoniam ex intimis corporis odori partibus, seu subjecti profunditate effluit, (nam res odoræ dum franguntur, conteruntur, &c. magis redolent) major etiam est principiorum illius moles, dum illi meatus quos vox penetrat odorem non admittunt, ideoque necesse est ut odor tardius feratur, et facilius ab occurrente aëre dissipetur. Huc etiam referri potest causa, cur, cum facile judicare liceat qua ex parte sonus adveniat, non perinde tamen dignoscamus ad quam nobis partem sit situm cor-

pusquod odorem diffundit. *Creech.* *Hic odor ipse igitur, nares quicumque lace-
sit, Est alio ut possit permitti longius
alter.* Quod lecturus es, ad Latini-
tatis rationem pertinet, videlicet dici
non posse arbitror, ubi de duobus
agitur, 'Alter est major alio:' scri-
bendum enim 'alter altero major
est;' atque adeo, donec exemplum
aliquod prolatum fuerit ex melioris
ævi scriptore, legendum pntabo,
*Est illo ut possit permitti longius
ille.* Quibus verbis, *illo* et *ille*, ad-
dita fuere glossemata, quæ in con-
textum operis recepta fuerunt, ut sit.
Puritatis Latine amatores quid ve-
lim norunt; alii enim hæc et alia
ejusmodi linea alba signare solent.
Sed nihil mihi cum illis est, neque esse
velim. *Faber.*

692 *Est, alio ut possit, &c.*] Ordo
est: Est igitur ut, i. e. contingere
potest ut hic odor, quicumque nares
laceasit, alius longius alio ad nares
perveniat. 'Permitti,' i. e. ita mitti,
ut perveniat quo mittitur. Sic Hir-
cius lib. 8. de Bell. Gall. 'Quo tutior
altitudine esset, longinsque tela per-
mitteret.' Qui hic *promitti* legunt,
delirant. *Lamb. Permitti.* Ita ex
omnibus veteribus legendum, non
promitti. Vide Indicem. *Gifan.*

693 *Sed tamen haud quisquam*] In
vet. quibusdam: *quidquam*; ut sit mu-
tatio generis. *Gifan.*

694 *Mitto jam dicere quam res, Quæ,
&c.*] Nullus odor tam longe fertur,
quam vox et sonitus, nedum quam
imagines. ratio est, quia odor tarde
fertur, et prius perit interdum, quam
ad sensum pervenire possit: cuius
rationis ratio est: quia odores ex
alto et penitus manant, cum imagines
ex summis rerum caësuris fluant. Pla-
to in *Timæo* ait, odores omnes esse
aut fumum, aut nubem, seu nebulam:
atque horum quidem id quod ex aëre
in aquam mutatur, esse nebulam:
quod autem ex aqua in aërem, fu-
mum: ex quo tenuiores quidem aqua
esse odores, aëre autem crassiores.

Cui rei argumento esse, quod si quis
nareis obturet, aërem quidem trahet
una cum spiritu ducto: odorem autem
nullum intromittet. Aristotel.
lib. 2. de animo, et libr. de sensu, et
ita quæ sub sensum cadunt, odoris
vim in calido ac sicco sitam esse di-
cit: iccirco non esse mirum, si con-
gelatio et frigus odores obtundant,
odores nihil conferre ad alendum,
neque ea que bene olent, edendi aut
bibendi cupiditatem excitare, immo
potius nauseam movere: suavis odo-
res valetudinem adjuvare eo, quod
cerebrum tum sua natura, tum prop-
ter exhalationes, alimenti humidum
suo calore temperent atque exsiccent:
præterea nullas animanteis quæ res-
pirant, odorari, nisi respirent. Cum
igitur respirando, enim aërem qui
nobis est proximus, ducamus, non
absque ratione odores et non ita lon-
ginquo ex loco sentiuntur, et tardius
ad nares nostras perveniunt. Quod
si dicas, aërem esse continuum, et
iccirco per consensum fieri debere,
ut etiam ex longinquo loco odores a
nobis sentiantur: respondebo, quo-
minus id fiat, crassam odorum natu-
ram impedimento esse. *Lamb.*

699 *Nam penitus Averre, atque rece-
dere rebus odores*] Secutus sum libros
manuser. Nam vulg. habent, *ac pro-
cedere rebus odorem.* Ego tamen ma-
lim legi *ac decedere rebus*, seu atque
excedere rebus odores. Verumtamen
nihil mutare ausim: sæpe enim alibi
ita loquitur. *Lamb. Atque recedere
rebus odores.* Ita vet. libri, recte. Sic
sup. hoc lib. vs. 63. inf. 741. 858.
Gifan. Atque recedere. Ita Codd.
Lambinus tamen mavult *ac decedere*,
seu atque *excedere.* Creech.

701 *Quod contrita, quod igni conlabe-
facta*] Sic habent tres codices ma-
nuscript. et totidem typis excusi:
nonnulli *concofacta.* Ego *conlabe-
facta* magis probo: sic enim sup.
locutus est l. 493. 'Conlabefactatus
rigor auri solvitur sæst.' et Virg.
Æn. 8. 389. 'notusque medullas In-

travit calor, et labefacta per ossa cucurrit.' si quis tamen malet legi *concalfacta*, non pugnah: quamquam videtur esse *πλευρασμα*, *concalfacta igni*. Cur enim igni potius quam sole? Hujus autem totius loci hæc sententia est: quod fracta omnia magis redolere videntur quam non fracta, quod contrita, quod igni victa: hæc significant atque declarant, odores a rebus penitus manare. *Lamb. Concalfacta*. Sic ex vet. libris scripsi, licet vulg. et quidam veteres: *conlabefacta*. Vss. seqq. et sententia postulant: *concal*. imo ipsa elegantia. Ut nihil dicam de futura alioqui *βαρρολογία*. *Gifan*.

702 *Majoribus esse creatum Principiis voci*] *Voci*, i. e. voce, seu quam vocem. Videre (inquit) licet, odorem creatum esse ex majoribus atomis voce. Quod autem in vulg. libris et manuscr. legitur *quam vox*, culpa librariorum scriptorum est, qui cum ad oram librorum adscriptum reperissent, e regione nominis *voci*, quam *voce*, hoc ipsum in texturam verborum Lucret. conjecerunt: deinde, cum ii, ad quos libri illi pervenerant, hunc versum propter syllabam in tertio pede superantem, esse mendosum sentirent, substituerunt *quam vox*. Ita Lucretium vitiose et mendose sua lingua loquentem fecerunt. Nam cum conjunctio 'quam,' ut ceteræ, copulet simileis casus, Latine dici non potest, 'videre licet odorem majoribus principiis constare, quam vox.' *Lamb. Majoribus esse creatum principiis quam vox*. Egregia Lambini conjectura: legendum *voci*. In libris autem: *quam vox*. Vido Indicem: 'Comparat.' *Gifan. Voci*, I. e. majoribus principiis quam sunt vocis principia. *Faber. et Creech*.

705 *Quare etiam quod olet*] Quare (inquit) videbis non esse tam facile vestigiis exquirere, ubi sit id, quod olet, i. e. quod odorem mittit, quam facile est, cognoscere et reperire unde mittatur vox. *Lamb.*

707 *Refrigescit plaga*] Ad hoc ferri debet illud quod de loco quodam Xenophontis alibi notavi, ubi *θερμὸν* pessime ab interpretibus acceptum est. Nam 'vestigia ferarum,' seu odorem impressum a corpore quiescentis feræ significat; ceterum per 'plagam calidam' intellige recentiore, atque adeo actuosiore sen efficacem magis. In eo autem poetice loquitur. Constat intensissimum frigus obstare effusioni liberiori odorum. *Faber*. Sequenti versus 'plaga' dicitur 'calida,' ideoque dum cunctatur refrigescit. Constat autem intensissimum frigus obstare effusioni liberiori odorum. In omnibus vetustis exemplaribus vss. Lucretii sic leguntur: *Refrigescit enim cunctando plaga per auris, Nec calida ad sensum decurrunt nuntia rerum*. Recedes a sensu Lucretii et rei veritate, si 'nuntia' construas cum 'plaga:' *Voss. ad Catull. p. 173. Creech*.

708 *Nec calida ad sensum decurrunt nuntia rerum*] Sic restitui, sœcitas obscura veteris scripturæ vestigia, ipsamque adeo veritatem: 'nuntia' enim numeri singularis est hoc loco, generis fœminini, et cohæret cum nomine 'plaga,' ut sit hic ordo, hæcque sententia verborum: *Nec plaga decurrit ad sensus calida nuntia*, id est, recens nuntiatrix rerum. Sic eod. lib. inf. 1217. 'Nuntia præclari voltus, pulchricque coloris.' et 6. 75. 'Nec de corpore quæ sancto simulacra feruntur In menteis hominum divinæ nuntia formæ,' &c. Sic *M. Tull. lib. 1. de Orat. ad Q. Frat.* 'Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis.' Errant igitur, qui ex his locis probare conantur, *nuntiam* substantivum neutrius generis usitatum esse: nam in his, 'plaga nuntia,' et 'simulacra nuntia,' perspicue vox 'nuntia' est ad nomen adjuncta, seu adjectiva: illic quidem fœm. gen. numeri sing. hic vero neutri. numeri multitudinis. *Lamb. Decur-*

vã nuntia. Ita Lambinus, etsi libri habeant: *decurrunt*. Ut 'nuntia' jungatur cum 'plaga.' *Gifan*.

710 *Nec tamen hoc solis in od.]* I. e. Nec tamen hoc ita se habet in odoribus et saporibus ut sint inter se dissimiles et dissimilib. primordiis constant, verum etiam colores ipsi inter se sunt dispares ac diversi: et quidem sunt alii aliis visu acriores: et nonnullæ species aliis sunt ad aspectu gratæ et jucundæ, aliis ingratiæ atque inæjucundæ. *Lamb. Nec tamen hoc, &c.* Quod lidem odores et sapes sint aliis ingrati, aliis jucundi, minime dubitandum; nec ipsæ rerum imagines omnium oculis pariter conveniunt: galli aspectu terretur leo, (gallinaceorum cristæ leones maxime terrent: Plinius Nat. Hist. 8. 16.) nam imago galli e seminiibus constat quæ fodiunt et lacerant oculos leonis, ut contra tendere non audeat. *Creecch.*

714 *Quinetiam gallum, noctem explaudentibus]* Sic legendum, et ita scriptum est in quattuor cod. manuscriptis, Vaticano, Bertinian. Memm. Tettiano, non ut est in vulgatis, *nocte*. 'noctem' autem 'explaudentibus aliis,' interpretor, aliis noctem cum sonitu et veluti plausu excutientibus atque exturbantibus. Videntur enim vel gallorum alæ suo complosu, vel galli ipsi suarum alarum ad latera appulsu, noctem exigere et expellere. *Plin. lib. 10. 21.* 'Proxime gloriam sentiant et hi nostri vigiles nocturni: quos excitandis in opera mortalibus, rampendoque somno natura genuit. Norunt sidera, et ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigilia ad curas laboremque revocant. Nec solis ortum incantis paventur obrepere; diemque venientem nuntiant cantu, ipsam vero cantum pulsu laterum.' Huc pertinet illud Demosthenis ex oratione *κατὰ Κλέωνος αἰκίας* ἦδε γὰρ, τοὺς ἀλε-

τρούδας μιμωμένους τοὺς νενικηκότας. οἱ δὲ κροτεῖν τοῖς ἀγκύσιον ἀπὸν ἤξιον ἀπὸ πτερύγων τὰς πλευράς. i. e. 'Canebat enim, gallos imitans qui vicerunt: illi autem dicebant eum debere cubitis pro alis latera verberare.' Mendose autem apud Demosth. vulgo legitur *κροτεῖν*, pro *κροτεῖν*. Totius autem hujus loci hæc sententia, atque hic verborum ordo est: Quinetiam rapidi leones non queunt constare contra gallum. 'Consuetum,' i. e. qui consuevit, anroram clara voce vocare, idque aliis noctem explaudentibus, sive explaudentibus. i. e. suo complosu excutientibus atque expellentibus, et gallum nequeunt intueri: ita continuo, &c. ut infra. *Lamb. Noctem explaudentibus aliis.* Noctem cum sonitu, et veluti plausu, excutientibus atque exturbantibus: Lambinus. Hæc vero verba cum versu proximo otiosa sunt; nihil enim Lucretius de cantu galli, quod alii interpretes temere existimarunt. *Creecch.*

715 *Consuetum voce voc.]* Consuetum vocare, i. e. solitum vocare. Sæpe utitur hoc participio Lucretius, *ἐπεγγητικῶς* addito infinitivo, ut infra hoc eodem lib. 995. 'Vitæ causa valido consueta bidenti Ingemere:' et 6. 787. 'Floris odore hominem tætro consueta necare;' et item alibi. *Lamb.*

716 *Nenu queunt rapidi contra]* Sic restitui, secutus codicem Bertinianum, et Memmisnum, et Tettianum. 'nenu' autem valet non, ut supra 3. 199. 'At contra lapidum coniectum spiclorumque Nenu potest.' *Plin. 8. 16.* de leonib. 'Atque hoc tale tam sævum animal, rotarum orbis circumacti, curruque inanes, et gallinaceorum cristæ cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes.' *Lege eundem 10. 21.* de gallis gallinaceis. *Lamb. Nenu queunt.* Egregie Lambinus ex vet. libris. *Vulg. Hunc nequeunt.* Alii: *Quem.* In qui-

budam vet. *Nec nequeunt*. Gifan.

717 *Inque tueri*] Et non queunt intueri. *Lamb.*

Ita continuo meminere fugai] Epiphonema. Ita continuo, inquit, memores sunt fugæ potius, quam pugnæ. 'Meminere fugæ,' pro eo quod est, sese in fugam conjiciunt, figuratum est loquendi genus, neque fortasse longe abest ab illo Homérico, quod est 'Ιλ. τ. 148. Νῦν δὲ μνησάμεθα χάριος' i. e. 'nunc autem meminimus pugnæ:' neque ab illo, quod est in eodem lib. 5. 527. et 531. Μνησθήσθε πόσιος καὶ θηρίος, i. e. 'meminisse potitionis et cibi:' neque ab illo, quod non semel, sed sæpius usurpatur, Μνησασθε δὲ θορύβος ἀλκιῆς. *Lamb.*

720 *Pupillas interfodiunt*] Pupillas leonum pungunt et stimulant. *Lamb.*

721 *Feroces*] Quantumvis feroces et virtute freti. *Lamb.*

724 *In remeando*] In redeundo, dum redeunt illa semina, si forte in nostras acies penetrarunt. *Lamb.*

726 *Nunc age, qua moreant*] Nunc docet, animum tenuissimis et celerimis imaginibus moveri. Epicurus enim existimabat, non solum videndi sensum, verum etiam διασητικὰ φαντασίας, i. e. visiones ad cogitandum intelligendumque valentis, simulacris et imaginibus excitari; et quemadmodum sine imaginibus cernere non possumus, ita sine imaginibus cogitari non posse. Qua de re sic M. Tull. lib. 1. de N. Deor. 'Sic enim dicebas, speciem Dei percipi cogitatione, non sensu; nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere: eamque esse ejus visionem, ut similitudine et transitione cernatur, neque deficiat umquam ex infinitis corporibus simulacrorum accessio,' &c. Sequitur paullo post: 'Hoc, per ipsos Deos, de quibus loquimur, quale tandem est? Nam si tantummodo ad cogita-

tionem valent, nec ullam habent soliditatem nec eminentiam: quid interest utrum de Hippocentauro, an de Deo cogitemus? Omnem enim talem conformationem animi, ceteri philosophi motum inanem vocant: vos autem adventam in animos, et introitum imaginum dicitis. Ut igitur Ti. Gracchum cum videor contionantem in Capitolio videre, M. Octavium deferentem sitellam: tum eum motum animi dico esse inanem: tu autem et Gracchi et Octavii imagines remanere, quæ in Capitolium cum pervenerint, tum ad animum meum referantur: hoc item fieri in Deo, cujus crebra facie pellantur animi: ex quo esse beati atque æterni intelligantur. Fac imagines esse, quibus pulsantur animi: species duntaxat objicitur quædam,' &c. Sequitur paucis post: 'Nam quid est, quod minus probari possit, quam omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numæ, Pythagoræ, Platonis: nec ea forma, qua illi fuerunt?' &c. Eodem pertinent illa ex Epist. ejusdem ad C. Cassium, epist. ad Fam. l. 15. 'Fit enim nescio quo modo, ut quasi ceram adesse videare, cum scribo aliquid ad te, neque id κατ' εὐδαιμον φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam διασητικὰ φαντασίας spectris Catianis excitari,' &c. Nam satis est mihi locum indicasse: et alibi hunc eundem locum fortasse præferemus. *Lamb. Nunc age, qua, &c.* De sensibus satis disputatum. Cum vero sopitis sensibus plura imaginemur, non indigna est philosopho de imaginatione questio; eam autem explicat Poëta usque ad vs. 820. Asserit igitur tenuissimas imagines partim ab ipsis rebus fluentes, partim sponte in aëre formatas, et partim ex variis varie mistas undique vagari; has vero in animum penetrare lacezandoque ipsam efficere ut intelligat

seu imaginetur: inde de Centauris, Scyllis, aliisque monstria quæ nemo unquam sensibus usarpavit, de mortuis etiam cogitamus, vs. 27. Cicero Ep. Fam. lib. 15. scribens ad Cassium qui recens se Epicureis addixerat: 'Fit nescio quid,' inquit, 'ut coram adesse videaris cum scribo aliquid ad te, neque id *καρ' εὐδαίμων φαντασίας*, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam *τὰς διανοητικὰς φαντασίας* spectris Catianis excitari.' Creech. Hactenus docuit, sine imaginibus cerni non posse, neque sentiri. Nunc ne quidem et cogitari. Vide Cicero. ad Cassium lib. 15. Epist. Preig.

731 *Bracteæque auri*] Et tenuissima auri veluti membrana. Lamb.

733 *Percipiant oculos*] Sic habent quinque libri manuscr. et omnes typis impressi, præter Aldin. antiq. in quibus legitur *percipiunt oculi*, mendose: nam 'percipere' hic ponitur pro occupare, seu afficere, seu perfundere. Sic 5. 604. 'Est etiam quoque uti non magno solis ab igni Aëra percipiat calidis fervoribus ardor.' eadem ratione dicuntur illa, 'percipit me odium,' 'horror,' 'fames,' &c. Lamb. *Percutiunt oculos*. Ita veteres; recte. Sic sup. 'feriunt,' vs. 695. Vulg. *percipiunt oculos*. Alii: *oculi*. Gifan. *Percipiunt*. Penetrant, ut 'gritudo me percipit,' jam alibi. Faber.

734 *Corporis hæc quoniam penetrant per rara*] *Rara corporis* dixit, corporis (ut ita dicam) raritates, quas alibi 'inania,' 'cavernas,' et 'caulas' appellat. Lamb. *Cientque Tenuem animi naturam intus, sensumque lacesunt*] Tenuis animi natura, mens est; itaque legendum, *mentemque lacesunt*. Quod si probem, mora mera sit. Et ita esse ut dico, lector cate, videbis. alii, *numerus erant*, &c. lege modo vs. 752. 'Tennis enim mens est, et mire mobilis ipsa.' Item 762. 'Mens animi vigilat, nisi quod simulacra laces-

sunt.' Ergo simulacra 'lacesunt mentem,' ut legendum aio. Adde, nec enim mora longa est, et vs. 726. 727. 'Nunc age, quæ moveant animum res, accipe, et unde, Quæ veniunt, veniant in mentem, percipe paucis.' Faber. *Sensumque lacesunt. Mentemque lacesunt*: Faber, recte: sic vs. 762. 'Tennis enim mens est,' &c. Et vs. 762. 'Mens animi vigilat,' &c. Creech.

736 *Videmus*] Videre videmur, nempe somniantes: vel videmus animo, et cogitamus vigilantes. vel dic Centauros, i. e. Centaurorum imagines, &c. Centaursi autem, Scyllæ, Cerberi non fuerunt, ut statim dicit, cum tamen eorum imagines ad animos nostros perveniant. Ad hunc locum pertinent illa Ciceronis ex l. 1. de N. D. 'Quid quod ejusdem hominis imagines aliæ in meum animum incurrunt, aliæ in tuum? quid quod earum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt, ut Scyllæ et Chimææ,' &c. Ibid. 'Quis enim Hippocentaurum fuisse, aut Chimæram putat?' Sic Virg. 6. 286. conjuncte posuit 'Centauros' et 'Scyllas,' ut res inaneis: 'Centaursi in foribus stabulant, Scyllæque bifformes.' Iterum M. Tull. lib. 1. Tusc. Quæst. 'Qui enim satis viderit, id quod est luce clarus, animo et corpore consumpto, totoque animante deleta, et facto interitu universo, illud animal, quod fuerit, factum esse nihil: is plane perspiciet, inter Hippocentaurum qui nunquam fuerit, et regem Agamemnonem, nihil interesse.' Sed hac de re infra plura fortasse dicentur. Lamb.

738 *Quorum morte obita*] Sic sup. l. 186. 'Cernere uti videamur eos, audireque coram, Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.' Lamb.

740 *Partim sponte sua*] Ut Cerberorum, Scyllarum, et similium rerum, quæ scilicet nunquam fuerant. Lamb.

741 *Partim quæ variis ab rebus cumque*] *Quæcumque*, tmesis. *Lamb.*

742 *Et quæ consistunt*] Sic legi debet, non, ut in vulgatis, *conficiunt*: nisi quis malit legere *confiunt*, ut habent nonnulli lib. scripti, (quod tamen vix probem, propterea quod inconcinnum videatur ita loqui, *confiunt facta*;) vel, ut quidam doctus putat, *conveniunt*. Videtur Lucretius tertium simulacrorum genus hoc versu fecisse, ut tria genera ab eo facta esse intelligamus. Primum genus eorum quæ sponte fiunt, id est, per se, ut quæ non fluunt ab ulla re, quæ sit in rerum natura, verbi gratia, simulacra Scyllæ, Cerberi, et similia. Secundum genus eorum quæcumque ex rebus quæ sunt, fluunt, ut simulacra hominis, equi, lecti, et similia. Tertium eorum quæ composita et conatitata sunt ex pluribus earum rerum, quæ partim sunt, partim non sunt, figuris; ut sunt Centaurus, seu Hippocentaurus, Chimæra, Tragelaphus. nam Hippocentaurus fit ex homine et equo: Chimæra, a prima parte, ex leone; a media, ex capra; a postrema, ex dracone: Tragelaphus, ex altera parte hircus est, ex altera cervus. Itaque fortasse ita legendum est potius, *Partim quæ constunt ex harum facta figuris*. alioqui secundum genus simulacrorum continebit et simulacra rerum quæ sunt, et simulacra rerum quæ non sunt. *Lamb.* *Et quæ confiunt*. Sic veteres quidam, recte. Unde postea factum: *conficiunt*, et *consistunt*. Ita enim etiam in quibusdam libris est. *Gifan.*

744 *Natura animalis*] Sic restitui ex cod. Bertiniano, in quo memini scriptum esse *animais*. nam *animai* quod est in libris vulg. ferri non potest. *Lamb.* *Animantis*. Ita vet. nostri. In aliis: *animantum*. Vulgati: *animai*; male. *Gifan.*

745 *Convenit imago*] Sic habent nostri omnes lib. vet. neque hic, mea

quidem sententia, quicquam mutatum: quamquam nonnulli legi volunt *concurrit*. *Lamb.* *Concurrit imago*. Hoc rectius ex vet. libris, quam in aliis: *convenit*. Quidam veteres: *acrescit*. *Gifan.*

746 *Hærescit facile*] Sic habent tres libri manuscr. quibuscum consentiunt omnes typis excusi, quos quidem viderim: duo reliqui manuscr. *Acrescit facile*, &c. quos non sequor. Puto enim scriptam esse a librario *acrescit*, sine aspirationis nota, deinde postea ab alio librario factum *acrescit*, ex *acrescit*. Si quis tamen *acrescit* probabit, non pugna-
bo. *Lamb.*

753 *Hæc fieri (ut memore) facile*] Probat, animi rationem et cogitationem imaginum accursu commoveri, a similitudine videndi. hoc ita fieri (inquit) ut dico, ex hoc intelligere possis, quatinus, id est, quoniam, seu quia, hoc, quod mente videmus, simile est oculis, i. e. simile est atque illud quod oculis cernimus. Sic autem restitui jam ab initio, cum in omnibus libris vulgatis impressum, neque aliter scriptum esset in plerisque veteribus, *quatinus hoc simile est illi*. quam emendationem Thrasones secuti sunt, dissimulantes, et taciti, more suo, quasi in libris vulgatis repertam. *Lamb.* Id totum de quo jam quæritur per simulachra effici demonstrat vs. 8. Res enim illa v. gr. leo, quem cogitamus, prorsus similis est leoni isti quem oculis usurpamus: at dum visus per simulachra fiat, per simulachra itidem, quæ par visui est, imaginatio. *Creech.*

755 *Atque oculis simili*] I. e. et necesse est nos cernere mente atque animo similiter oculis, id est, similiter ut oculis videmus. *Lamb.* *Oculis simili*. Ita in veteribus; recte. Vulg. *similis*. *Gifan.*

756 *Forte leones*] Adjecit adverbium 'forte,' quia leones posuit potius, quam aliud animal. quasi ita dicat:

Finge, me aliquo casu leones videre. Hos igitur leones, quos forte video, non nisi per simulacra a leonibus in aciem oculorum meorum affluentia cernere queo. At cogitatio ita fit, ut visus. Ergo leones cogitare non possum sine imaginibus leonum ad animum meum accurrentibus. Non celabo lectorem, legi in cod. manuscr. *me forte leonum*, mendose opinor. *Lamb. Leonum* in vet. lib. *Gif.*

759 *Per simulacra leonum caetera*] Copulationem 'et,' quæ erat post vocem 'leonum,' sustulit, secutus auctoritatem codicis Bertiniani. tollendam autem esse etiam ratio pervincit. Nam hoc sentit Lucretius: Quoniam docui, me leones et alias res cernere per leonum et aliarum rerum simulacra, quæ oculis lacescunt: positum autem et concessum est, cogitationem simili ratione atque visum fieri: sequitur, mentem similiter per alia simulacra magis tenuia moveri, et me leones cogitare per ea simulacra quæ mens ita cernit, ut oculi ea quæ sunt majora cernant. *Lamb.*

761 *Nec ratione alia quom somnus*] De somno cognoscemus hoc eodem libro, non multis post versibus. *Lamb.* Raro vigilantes, at sopitos mortuorum imagines lacescunt, nempe quoniam vs. 11. imagines quaquaversum oberrantes sic in dormientem incurrant, ut in animum ejus penetrantes ipsum pervellant, et earum rerum quarum imagines sunt imaginationem creent. Istos vero jam diu mortuos coram adesse falso credimus, quoniam sensus, quibus sola verum a falso distinguimus, sopiti officium suum facere non possunt; torpet etiam memoria, et illam qui videtur adesse coram, mortuum fuisse non amplius meminimus. *Creech.*

Nec ratione alia, cum somnus membra profudit, Mens animi vigilat, nisi quod simulacra lacescunt Hæc eadem nostros animos, quæ, quom vigilamus: Usque adeo, certe ut videamur cernere

Deiph. et Var. Clas.

quem Reddita vitæ jam mors, et terra potita est] Conveniant licet harioli, haruspices, et quidquid ubique divinatriculæ artis est; nihil certi, nil boni hinc ellicient. Quid enim est, 'Mors vitæ reddita?' sed nihil urgeo: advocandi tempus dabitur. Quid tandem? mussant: nihil enim est quod respondeant. Lege itaque, nam istud *mors* glossema est, lege, inquam, fidenter, *Reddita vitæ jam pausa, et terra potita est.* 'Pausa vitæ' mors est; Ita in 3. 943. 'Frigida quem semel est vitæ pausa secuta.' Et antea in eod. lib. 872. 'Inter enim jecta est vitæ pausa.' Bene autem *pausa vitæ reddita*; mortui enim eadem fruuntur quiete, qua fruuntur qui nunquam nati sunt. Sic enim locus hic intelligi possit. *Faber.* I. e. Cui mors cum vita commutata est. *Lambinus, Reddita vitæ.* *Salmasius* a Reddire: apud *Plantum* Cas. 1. 1. 41. *Men.* 5. 7. 69. 'Reddibo' legitur. *Faber* denique *Reddita vitæ jam pausa*, 'Pausa vitæ,' mors: ita sæpe *Lucretius.* *Creech.* Nihil, ut puto, peccavimus, ex fide *Mss.* *Lucretio* antiquitatis genium restituentes. *Hav.*

762 *Mens animi*] Ita sæpe hæc duo conjunguntur, ut 5. 150. 'animi vix mente videtur.' et 6. 1181. 'Perturbata animi mens in mærore metuque.' et sup. 3. 616. 'Denique cur animi nunquam mens consiliumque Gignitur in capite?' sic et *Plantus* *Castelli.* 2. 1. 5. 'nullam mentem animi habeo: Ubi sum, ibi non sum; ubi non sum, ibi est animus.' Sed de hoc genere plura ad illum locum *Hor.* *Epist.* ad *Villic.* 1. 14. 8. 'tamen istuc mens, animusque Fert.' *Lamb.*

765 *Reddita vitæ*] *Mors vitæ reddita.* hoc est (ut opinor) mors cum vita commutata. *Lamb.*

Terra potita est] *Quem terra potita est,* i. e. quem terra humatum tenet. De hoc verbo, et id cum accusandi casu interdum jungi, supra notatum, 3. 1050. 'quorum unus *Home-*

Lucret.

rus Sceptra potitus,' &c. *Lamb.*

766 *Quod omnes Corporis affecti*] Quidam libri scripti habent *effecti*, alii *effeti*, alii *affecti*: nonnulli typis excusi, *effecti*. ego *effecti* non improbo: quod interpretor obstructi, et somno, quasi obice quodam, impediti. sup. 2. 154. 'extra Officiuntur, uti cogantur tardius ire.' ne *affecti* quidem est rejiciendum; de quo sup. 2. 1150. 'Usque adeo fracta est ætas, affectaque tellus.' *Lamb. Affecti sensus.* Ita quidam veteres; rectissime. In aliis: *adfecti*. Vulg. *effecti*. *Gifan.*

769 *Præterea meminisse jacet*] *Meminisse*, i. e. memoria, seu vis et potestas animi, qua res præteritas meminimus, τὸ μνησθῆναι. Sic loquitur Enn. p. 84. 'Aut occasus ubi, tempusve audere repressit.' 'audere,' i. e. audaciam, τὸ τολμᾶν. *Plant. Bacchid.* 1. 1. 50. 'hic vereri perdidit.' τὸ ἀδελῶσαι, i. e. τὴν αἰδῶ, seu 'pudorem.' Idem *Lucret.* supr. eod. lib. vs. 99. 'Esse in imaginibus missis consistere eorum.' 'esse,' i. e. τὸ εἶναι. et eodem libro infra vs. 834. 'Nec fuit ante videre oculorum lamina nata.' 'videre,' i. e. τὸ ὁρᾶν. et *M. Tullius* lib. 2. de *Fin.* 'Id primum videamus, beate vivere vestrum quale sit.' *meminisse* autem legendum esse, non (ut est in quibusdam vulgatis) *mens ipsa*, testantur quinque libri manuscr. *Lamb.* Ita veteres quidam; recte. In quibusdam vet. *mens ipsa*; quod ex glossa irrepit. *Sup.* 3. 1053. Vide et inf. a vs. 930. et seqq. *Gifan.* τὸ 'meminisse,' memoria. *Faber.*

770 *Dissentit*] Quid si discernit? *Creech.*

Mortis lethique potitum] Qui dormit (inquirit) quia vis memoriæ sopita est, non dissentit, neque negat, eum esse mortuum, quem sibi vivum cernere videtur. 'Potitum' autem 'mortis' dixit pro eo quod est in potestatem mortis redactum. sic *Plautus* 'potitus hostium,' *Captiv.* 'Nam postquam mens rex est potitus hostium,'

&c. i. e. in hostium potestatem pervenit. Itemque alibi non semel. Sic et *Julianus Jurisconsultus* *Digestis*, titulo 'de captivis et postlim. reversis,' cap. 22. 'Apparet ergo eadem omnia pertinere ad hæredem ejus, quæ ipse, qui hostium potitus est, habiturus esset, si postliminio revertisset.' Et *Triphonius* eod. tit. cap. 12. 'Cetera quæ in jure sunt, postquam postliminio rediit, pro eo habentur, ac si numquam hostium potitus esset.' Et *Ulpian.* titulo, 'ex quibus caus. majores:' 'Ego autem etiam nomine ejus qui hostium potitus est, si curator, ut plerumque, fuerit bonis constitutus, auxilium competere existimo.' Idem titulo, 'de testamento milit.' cap. 10. 'Facere testamentum miles hostium potitus, nec jure militari potest.' *Lamb.*

Lethi potitum] Ita sæpe *Plant.* in *Capt.* 'Potitus hostium' pro, in potestatem hostium redactus. *Faber.*

772 *Quod superest*] Docet non esse mirum imagines moveri, et saltare, et similia facere: aut certe facere videri. *Quod superest*, i. e. quod reliquum est. *Lamb.* Sed hæc simulachra, quæ per somnum apparent, hæc et illuc discurrunt, vagantur, saltant. Quoniam vs. 6. dum aliquamdiu in eadem cogitatione perseveramus, non eadem consistente imagine nos utimur, sed pluribus continuo fluxu sibi succedentibus, quæ si eodem alitu maneant, res immota videbitur, si variato, tum res necessario videbitur mota. *Creech.*

773 *In numerum*] *Apte*, composite, numerose, sic 2. 636. 'Armati in numerum pulsarent æribus æra.' *Virg. Georg.* 4. 174. de *Cyclop.* 'Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.' cujus contrarium est 'extra numerum.' Idem *Lucret.* 5. 1400. 'Atque extra numerum procedere membra moventeis Duriter, et duro terram pede pellere matrem.' *Hor.*

Ep. ad Loll. 1. 18. 59. 'Quamvis nil extra numerum fecisse modamque Curas.' Ad quem locum plura a nobis annotata sunt. *Lamb.*

776 *Endo statu*] Sic reposni, cum legatur in libris omnibus, *Inde statu*, plane mendose: legendum enim *Endo*. Quamquam fateor me olim reposuisse *Indu*, quod item reperitur in omnibus fere libris pro *endo*; sed malo *Endo*, idque rectum puto: quod valet in. Sententia autem est hæc: Videtur (inquit) imago in somnis membra movere et gesticulari in numerum, quia postea quam prima imago perit, secundaque continuo in alio statu, quam erat prima, nata est: videtur hæc prima statum gestumque mutasse. quod longe aliter est: nam imago imagini succedit, et uno eodemque tempore aliæ atque aliæ imagines creantur: quemadmodum non est unum lumen, quod a corpore laminoso, quale est corpus solis, fuit: sed aliud atque aliud, quod per successionem quandam non interruptam continuatur ac perpetuatur. qua de re supra. *Lamb. Endo statu*. Hoc malui, quam quod in libris: *Inde*. Sic et inf. 6. 889. *Gifan*.

Tanta est mobilitas] *Ἐπιφάνεια*, ut sup. lib. 1. 'Tantum religio potuit suadere malorum.' Sed hic versus hinc auferendus est, ut alieno loco positus. Nam infra suo loco ponitur, ibique duntaxat legendus. *Lamb.*

Tantaque sensibili, &c.] Neque hic versus, neque qui deinceps sequitur, Lucretianus est. nam primum non est eorum pura, immo ne Latina quidem oratio: deinde sententia ex eis nulla probabilis, aut huic loco consentanea elici potest. *Lamb.*

Copia particularum, ut possit suppeditare] Suppeditare, i. e. suppetere, *ἐπαρκεῖν*. Verum (ut dixi) non puto hunc versum esse poetæ, sed spurium. Itaque sublatis duobus his versibus, ut spuris, sublato et illo, qui hos proxime antecedit, quia frustra et

non suo loco locatus est, sic censeo hunc locum esse legendum: *Scilicet id fieri celeri ratione putandum est. Multaque in his rebus queruntur, &c.* sed non celabo lectorem, scriptum esse in quibusdam vulg. cod. *querendum*. *Lamb. Tanta est mobilitas, et rerum copia tanta, Tantaque sensibili quovis est tempore in uno; Copia particularum ut possit suppeditare.* Tres hos versus inducit Lambinus. Ego non ausim ob librorum consensum, etsi eos vix intelligam. Sic et conjectura ductus interpunxi. *Gifan. Tanta est.* Infra, sed suo loco, legitur hic versus. Num. 800. At illi alii duo, *Tantaque sensibili, et, Copia, &c.* delendi. *Faber.*

777 *Scilicet id fieri, &c.*] Huic versusi Codd. subjungunt: *Tanta est mobilitas, et rerum copia tanta, Tantaque sensibili quovis est tempore in uno, Copia particularum, ut possit suppeditare.* Rejiciunt interpretes, nec repugno, quamvis sententia probabilis, et huic loco consentanea elici ex iis possit. *Creach.*

778 *Multaque in his rebus queruntur*] *Querendum*; quidam vulg. *Gif.* Seu *querendum*. Usque ad vs. 820. difficultates quasdam proponit, et explicat. Primam vs. 9. complectitur, Cum per simulachra mens percipiat, unde de re, quacunque libet, cogitamus? Voluntatem enim nostram observare et ad natum accurrere imagines, id quidem ridiculum videtur. Deinde vs. 6. Cum simulachra apte, numerose, et decore saltare videantur, an ea credentibus hos motus didicisse? Ista profecto esset digna philosopho cogitatio. Respondet Lucretius vs. 21. Præsto adesse omne genus simulachra, sed cum tenuissima sint, animum percipere non posse nisi se contendant, nam negligentem animum æque ac negligentem oculum fugiant tenuia. Deinde in singulis iis, quæ nos putamus, temporis momentis multa sunt momenta, ita

ut plurima simulachra, quæ sunt maxime mobilia, quolibet momento temporis accurrant, et inter illa imago istius rei de qua cogitare placuit. Hæc quidem mihi videtur hujus loci sententia. *Creech.*

Multa querendum] Pro multa querenda. est aporemphaton, h. e. indefinitum verbum neque numeris serviens neque casibus: qua figura loquendi Plant. utitur in *Amphitryone*, Prol. vs. 33. 'Justam rem et facilem esse oratum a vobis volo.' In codice Ciceronis in *Verrem* lib. 7. spectatæ fidei sic legitur: 'Hanc sibi rem sperant præsidio futurum.' *Plautus* idem in *Casina* 3. 5. 51. 'Altero te occisurum ait: altero villicum.' cum de ancilla loqueretur. *Varro* libro primo de *R. R.* 'In confragoso enim ac difficili valentiora parandum.' *Lucilius* ad *Penelopam* conversus ait: 'Nupturum te nupta negas quæ vivere *Olyxem* speras.' *Lege Priscianum* lib. 9. *Pius.*

779 *Clarandum est]* Clarare oportet, *θηλωτόν.* sic sup. 1. 112. 'Æternas quoniam pœnas in morte timendum.' *Lamb.*

Exponere] Seu *expandere* legas, perinde est. *Creech.*

780 *Queritur in primis, quare, quod quoique libido Venerit, extemplo mens cogitet]* Sic *M. Tull.* oratione pro *Milone*: 'Fingite animis. Liberæ enim sunt cogitationes nostræ: et quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus quæ videmus. Fingite igitur cogitatione imaginem hujus conditionis meæ.' Idem lib. 1. de *N. Deor.* 'Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vafferimus habetur interpretæ, magnam turbam congregat ignotorum Deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus, cum mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere. Hæc quæstio, quare quod cuique libuerit, id cogitet, cum cogitatio simulacris excitetur, pendet ex supe-

riore, quamobrem simulachra moveri videantur. Itaque utrique quæstioni eadem opera respondet: sed Peripateticorum atque Academicorum veterum more, qui ad propositam quæstionem et ad interrogatum pluribus modis, quasi dubitantes, et sibi diffidentes, respondebant: et tamen postremo loco, quam sententiam et rationem magis probabant, ponebant.' Sic igitur *Lucretius* hoc loco. *Queritur* (inquit) quare, quod cuique libuerit, id ipsum continuo mens ejus cogitet. An quia simulachra nostro arbitrato ad nos accurrunt, nobisque obtemperant, cum de re aliqua cogitare volumus? an potius quia in uno tempore multa delitescunt tempora, quæ non nisi ratione esse intelliguntur? Atque ideo fit, ut quovis tempore et quibusvis in locis simulachra præsto sint, atque ad nutum nostrum parata nobis assistant? Hanc de imaginibus, et de cogitandi per imaginum appulsum ratione, *Epicuri* sententiam irridet et improbat *M. Tull.* *Epist.* quadam ad *Cassium* lib. 15. *Epist.* his verbis: 'Fit enim nescio quomodo, ut quasi coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te: neque id κατ' εἰδωλον φαντασίας, ut dicunt tui amici novi: qui putant etiam *διανοητικὰς φαντασίας* spectris *Catianis* excitari. Nam ne te fugiat, *Catius Insuber Epicureus*, qui nuper est mortuus, quæ ille *Gargettius*, etiam ante *Democritus*, εἰδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiam si oculi possent feriri, quod, cum velimus, ipsa accurrunt, animus qui possit, ego non video: doceas tu me oportebit, cum salva veneris, in meane potestate sit spectrum tuum, ut, simulatque mihi collibitum sit de te cogitare, illud accurrat: neque solum de te, qui mihi hæres in medullis, sed si insulam *Britanniam* cæpero cogitare, ejus εἰδωλον mihi advolet ad pectus.' Idem lib. 1. de *N. Deor.* 'Quid quod simul ac mihi col-

libitum est, præsto est imago? quid quod etiam ad dormientem veniunt invocatae? Tota res, Vellei, negatoria est.' Eodem pertinent illa ejusdem lib. 2. de Divin. 'Igitur me imago Marii in campum Atinatem persequabatur. Nulla nempe species cogitari potest, nisi appulsu imaginum. Quid ergo? istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut, simulatque velimus, accurrant? etiamne earum rerum quæ nullæ sunt?' *Lamb.*

782 *Anne*] Dicemusne hanc esse causam quia quando aliquid desideramus statim occurrit imago, quæ ad id nos incitet? 'Anne' et 'an' indiscriminatim dicimus. Catullus: 'Est ne novis nuptis odio Venus? an ne parentum Frustrantur falsis gaudia lachrymulis?' Tranquillus in Augusto: 'Anne refert ubi et in quam arrigas?' *Pins.*

783 *Occurrit imago*] Sic quidem habent libri omnes, et manuscr. et typis excusi, quibus usus sum: sed videtur potius legendum *accurrit*, ut declarant ea quæ paullo ante ex Marco Tullio protulimus, ibi: 'Cum velimus, ipsa accurrunt,' &c. et ibi, 'Ejus *επιβαλε* mihi ad pectus advolet,' &c. nisi dicamus, *accurrit* positum esse pro *accurrit*, antique, quod alias notavimus. Lege Festum in præpositione 'Ob.' *Lamb.* *Occurrit imago.* Ita omnes libri; i. e. *accurrit*. Nam verbo accurrendi utitur sic Cic. 2. de Divin. et lib. 15. Epist. ad Cass. *Gifan.*

784 *Si terram cordi est*] Lege *si terra est cordi*. si capessere volumus iter terrenum an maritimum, nunc nobis illarum rerum occurrit imago: quæ nos ad id lacestat et provocet. *Pins.*

786 *Omnia sub verbis creat*] Omnia simulacra sub verbo gignit natura? Vel ex hoc loco perspicuum est, ubiqueque legitur in codicibus, sive manuscriptorum sive impressis, *simulacra geruntur*, legendum *gignuntur*, i. e. *gignuntur*. *Lamb.*

789 *Quid porro, in numerum*] Videtur reverti ad priorem quæstionem, quamobrem simulacra in numerum moveri videantur: eamque una opera dissolvere. *Lamb.*

791 *Mittunt*] Immittunt: brachio brachium insertantes: quod et hodie audio observari: multinodes choræarum ambages: de quibus Apuleius in decimo: quidam huc vergere contendunt: idque nec minus Ovidianum: 'Si mollia brachia, salta.' *Pins.*

792 *Et repetunt oculis, &c.*] Puto hunc esse verborum ordinem: Et repetunt gestum pede oculis convenienti, *τοῦ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρμόσπον* vel legendum, *Et repetunt manibus gestum pede convenienti*. *Lamb.* *Repetunt oculis.* Abeat vox oculis, et succedat *ollis*, brachia viz. meliori jure. *Crech.*

793 *Scilicet arte madent*] Sic habent libri manuscr. *Scilicet arte madent, &c.* inquam, quod ego olim quidem lectori indicaram: neque satis probaram, tantumque lectoris iudicio rem totam permiseram: nunc autem, rejecta vulgata lectione, *Scilicet arte valent, &c.* quæ est apposita, anti-quam amplector. *Lamb.* *Arte madent.* Sic lego ex vet. libris. Marulinus fecit: *valent*. contra libros vet. Et ita vulgati. Vide Indicem: 'Maddere arte.' *Gifan.* Arte instructa sunt; metaphora a re infectoria (quamquam et cibi percetti 'madera' dicantur Plauto et aliis): eadem ratione 'Lana bibere succum' dicitur Horat. et Virg. Ita et Tertullianus de fraternitate Christianorum; 'Qui unum' (i. e. eundem) 'spiritum biberunt sanctitatis;' et in lib. de pudicitia, 'Ebibere notitiam Apostoll.' Eadem metaphora a re infectoria Platoni placuit in politicis pag. 57. Edit. Læmariæ. Sed urgent operæ, et indicasse satis est. *Faber.* *Arte madent.* Ita Codd. et recte: alii tamen *valent*. *Crech.* *Arte madent.* In integris librorum monumentis conservatam reperimus, non ut in degene-

ribus editionibus: *arte valent*. Ut enim 'arte imbai' dicimus, sic et 'arte madero' honesta eademque translatione Romanos veteres dixisse defendimus. Turneb. Adv. 13. 20. *Preig.*

795 *An magis illud*] I. e. an potius illud erit verum, quia in uno tempore multa inclusa sunt tempora: quibus singulis temporibus singulæ nobis paratæ præsto sunt imagines? *Lamb.*

Tempore in uno] In vet. quibusdam: *illo*. *Gif.*

796 *Cum sentimus, &c.*] Hunc versum delendum puto, ut spurium. Nam et corrumpit sententiam hujus loci, et nullam ipse probabilẽ sententiam continet, nisi quis dicat hoc modo retineri et interpretari posse: An magis illud erit verum, tum cum id sentimus; i. e. cum videntur nobis imagines in numerum brachia jactare, et saltare, in uno tempore, multa inclusa latere tempora, ut cum vox una uno tempore missa, plura tempora metitur? Omnino in hoc loco, atque in hoc versu, mihi aqua hæret. Adde quod in quatuor lib. manusc. ita eam scriptum reperi, *Consentimus, id est, cum vox emittitur una: cuius scripturæ quæ sententia aut quæ ratio sit, non satis diaspicio*. Putavi aliquando sic legendum, *Cum sentimus item, ut, cum vox emittitur una: vel sic, Cum sentimus idem, ut cum vox emittitur una. sed quorundam hæc, cum mihi delendus esse videatur?* *Lamb.* *Consentimus, id est, ita fere vet. libri*. In aliis: *Cum sentimus, id est*. *Gifan.* Versus spurium, cuius sententia stare non potest. *Faber.* *Cum sentimus id, &c.* Alii *Consentimus, id est, cum vox emittitur una: ejiciunt interpretes meliores, nec ego revoco*. *Creech.*

799 *Loci in quibus parata*] Sic habent quatuor libri manuscripti, Vatic. Scipionis, Faërnii, Bertinianus: et ita legendum est. Cum his congruunt illa M. Tullii lib. 1. de N. D.

quem paulo ante protuli: 'Fluentium frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur.' *Lamb.*

800 *Tanta est mobilitas, et eorum*] Hoc loco duntaxat et scribi, et legi debet hic versus. Jam duos versus, qui deinceps in omnibus libris leguntur, sustuli, ut alieno loco inculcatos, et frustra repetitos, et minime ad hunc locum quadranteis: leguntur enim supra suo loco post versum, 'Nam fit ut in somnis facere hoc videatur imago,' apte enim sequitur, 'Quippe ubi prima perit,' &c. 'prima' autem imago scilicet. At hic non licet ita dicere, quia non antecedit nomen 'imago,' sed vox 'simulacra,' quæ est numeri multitudinis. *Lamb.* *Tanta est*. Dnos illos versus: 'Hoc, ubi prima perit,' ut alieno loco inculcatos, cum Lambino circumscriptissimus. *Gifan.*

Et quia tenuia sunt] Querere aliquis poterat: Sed si mens cogitare non potest, nisi per occursum seu accursum simulacrorum, et, si, quod cuique libuerit, id cuiusque mens facile cogitare potest, quia quovis tempore et quovis in loco parata sunt et præsto sunt simulacra: qui fit, ut, cum infinita et omnis generis simulacra ei præsto sint, non æque videat eodem tempore ea quæ non vult, atque ea quæ vult? Respondet Lucretius, ea simulacra, quibus mens movetur, et quæ videt, esse tenuissima, et longe tenuiora scilicet, quam quæ oculis cernimus. Quapropter animus non, nisi se contendit acute, ea cernere potest. ea igitur, quæ accurate et contente cernit, cernit acute, quæ vero leviter, et (ut ita dicam) aliud agens cernit, ea dilabuntur et pereunt. Idque ex similitudine oculorum intelligere licet, qui cum rem aliquam cernere cæperunt (quod sine simulacris facere non possunt) eam rem acute cernere non possunt, nisi simulacra illa contenta acie cernant. *Lamb.*

801 *Nisi se contendit, acute Cernere*] Sic restitui, reclamantibus omnibus codicibus, admonitus ab eo loco qui est inf. septimo abhinc versu: in quo ita loquitur, 'contendere se atque parare.' 'Contendere' autem his locis agendi vim habet, ut cum dicimus, 'contendere nervos,' 'contendere aciem oculorum,' 'contendere vires.' Idem Lucret. inf. eod. lib. 986. 'Et quasi de palma summas contendere vires.' Idem l. 67. 'Primum Graius homo mortaleis tendere contra Est oculos ansua.' ad quem locum plura. *Lamb.* *Nisi quæ contendit.* Ita lib. omnes. Lambinus tamen legit: *se*, *fectus* fortasse: ut mox: 'contendere se atque parare.' Et tamen vetas scriptura non est mala, ut mox: 'Præterquam queis est in rebus deditus.' *Gifan.*

802 *Omnia quæ sunt præterea*] I. e. omnia simulacra, quæ sunt præter illa, ad quæ cernenda animus sese contendit et parat, pereunt. *Lamb.*

803 *Nisi sic sese ipse paravit*] I. e. nisi sese contendit, ut ea cernere queat, nempe dum rerum consecutionem et seriem considerat. *Lamb.*

804 *Ipsæ parat sese porro*] Porro (inquit) ipse animus sese componit et parat ad cernendum, speratque fore, ut videat id quod quamque rem consequitur, I. e. quod cuique rei est consequens. *Lamb.*

806 *Nonne vides*] Hoc ostendit a simili. *Lamb.*

808 *Nec sine eo*] I. e. nisi se contendant et parent ad cernendum. Etiam mathematici docent, primum, ad spectus alios fieri per lineas a punctis rerum ad spectabilium ad perpendicularum in oculum, seu in visum incidentem; et hi ad spectus distincti appellantur: alios per lineas, quæ a rebus ad spectabilibus non cadunt in visum ad perpendicularum; et hi indistincti nominantur: deinde omnem ad spectum fieri vel inspectione simplici, et subita oculi adjectione ad

rem aliquam; vel contuitione accurata et intenta. Ut igitur rem aliquam acute cernam, et plane ac perfecte inspiciendo cognoscam, duo concurrere oportet: unum, ut res quæ cernitur, oculo sit ad perpendicularum opposita, lineæque a re quæ cernitur, in oculum ad perpendicularum incidentes, pyramidem efficiant, cujus vertex sit in puncto medio oculi, basis vero in extremitate seu summa cæsura rei quæ cernitur: alterum, ut rei contuities sit diligens et accurata, et tam diuturna, quantum satis sit. *Lamb.*

809 *Et tamen in rebus*] Licet (inquit) intelligere, etiam in rebus apertis ac manifestis, nisi animum attendas dum eas cernis, et si aliud agas, aut si peregrinetur animus, proinde esse, quasi eas ipsæ res omni tempore abs te fuerint remotissimæ, tibi que obscurissimæ. sic M. Tull. lib. 1. Tuscul. 'Itaque sæpe aut cogitatione aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris oculis et auribus, nec videmus nec audimus.' *Lamb.*

811 *Semotæ fuerint, longeque remotæ*] Sic legendum vel in vitis omnibus codicibus, in quibus legitur, *semotum fuerit, longeque remotum*: et, ut ita legatur, sententia ipsa flagitat. *Lamb.* *Semotum fuerit, longeque remotum.* Lambinus: *semotæ fuerint, longeque remotæ.* Ego non ausim contra omnes libros, imo nolim. *Gifan.*

813 *Præter quam quibus est in rebus*] Secutus sum cod. Parisiens. Venetos antiq. Flor. etiam Bertin. et Memm. Manuscriptos. hoc tamen interest inter Venetos et Florent. quod in Florent. legitur, *queis est in rebus*, et ita in Bertiniano: in Venetis, *quibus est in rebus*, et ita in Paris. Jam hoc loquendi genus, 'deditus in rebus,' 'deditus in studio,' usitatum fuit antiquis. Catull. in nuptias Julię et Manlii: 'Non tuus levis in mala Deditus vir adultera.' Iterum

Lucret. sup. 3. 648. 'Et simul in pugnae studio quod dedita mens est.' Cato: 'Poëticae arti honos non erat. si quis in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat, grassator vocabatur.' *Lamb.* *Præter, quam quibus est.* Ita in vet. nostris, et aliis. In quibusdam: *qucis.* Gifan.

815 *Ac nos in fraudem induimus*] Eleganter et venuste dictum 'induere se in fraudem.' Sic M. Tull. Verr. de jure dicendo: 'Hic videte in quot laqueos se induerit.' Idem in Lucullo: 'Philo autem dum nova quædam commovet, quod ea sustinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur: et aperte mentitur, ut est reprehensus a patre Catulo, et, ut docuit Antiochus, in idipsum se induit, quod timebat.' Idem de Divin. lib. 2. 'Cur vos induitis in nos captiones, quas nunquam explicetis?' Plaut. Casina 1. 25. 'Mea præda est illa: proin tu te in laqueum ne induas.' *Lamb.*

Frustramur et ipsi] Cum in codicibus quibusdam manuscriptis reperissem scriptum, *frustraminipis*, idque cum litura: in aliis, *frustramur id ipsi*, et ita in Parisiens. et Venetis antiq. ego *frustramur et ipsi* reposui: quæ scriptura perspicua vera est. Jam vero etiam Arist. lib. de insomniis scribit, nos facile decepti ac falli circa sensus, maxime cum perturbati aliquo animi motu sumus; ut amantes videntur ex parva similitudine eam, quam amant, cernere; timidi et ignavi hostiam conspectum sibi fingunt, &c. ejus rei exstat exemplum apud Cæs. lib. 1. de Bell. Gall. ubi narrat, 'Considium quandam, alioqui rei militaris peritissimum, cum exploratum, quid hostes agerent, missus esset, metu perterritus, quod non vidisset, pro visa sibi renuntiasset.' *Lamb.* *Frustramur id ipsi.* Sic fere omnes libri vet. In quibusdam vulg. *frustra nimis.* Lambinus conjicit: *frustramur et.* Gifan. Ver-

bam 'frustrari' similiter occurrit 4. 565. et 969. satis commoda tamen Mas. est lectio *frustra nimis ipsi.* Hav.

816 *Fis quoque ut interdum, &c.*] Tertia (si sit alia a præcedentibus) difficultas vs. 5. continetur: Eadem viz. imago modo mas, modo femina, modo puer, et subito senex per somnum apparet. Sed ista eo modo quo reliquæ explicari potest: saltem in explicandis seminis, quorum maximam partem oblitus sumus, frustra moramur. *Cresch.*

820 *Sopor atque oblivia curant*] Hoc significat: Non miramur, dum dormimus, quæ ante femina nobis visa sit, eam nunc virum esse factam, propterea quod tam 'meminisse jacet, languetque sopore,' ut sup. dixit vs. 769. 'Sopor atque oblivia curant.' I. e. efficiunt, ne hoc miremur. Tralatio est. sic loquitur 3. 128. 'calidique vaporis Semina curare, in membris ut vita moretur.' et 5. 1014. 'Igulis enim curavit, ut abia corpora frigus Non ita jam possent cæli sub tegmine ferre.' *Lamb.*

821 *Illud in his rebus vitium vehementer inesto; Effugere illorumque errorem præmeditemur*] Ita ex vet. libris scripsi. In quibusdam erat: *præmetitemur.* Hinc in aliis: *præmetentur.* Nostra verissima est scriptura; quam veteres interpretantur, imo totus locus postulat. *Gifan.* *Illud in his rebus vitium vehementer, et istum Effugere errorem, vitæque præmeditator.* Hos duos versus indignis modis corruptos, ego vestigia scripturæ veteris odoratus, et Lucretii sententiam ipsis cubilibus persecutus, non infeliciter, mea quidem sententia, restitui. Sed proponam primum scripturarum dissimilitudines: deinde ejus scripturæ, quam probavi, sententiam explicabo. Sic igitur scriptum est in cod. Vatic. *Illud in his rebus vitium vehementer inesto Effugere errors, multareque præmetuen-*

tor: in Tatt. et Faëra. *Effugere errorem, nullaque praevenitur*: in Bertia. *Effugere errorem, vitareque praevenitur*: in Memm. *Effugere errorem, vitareque praevenitur*. cod. typis impressi, Paris. et Venet. antiqui, *Effugere errorem, vitareque praevenitur*. ceteri vulgati ita corrupti sunt, ut pigeat me referre. Sic igitur repono, *Illud in his rebus vitium vehementer, et istum Effugere errorem, vitareque praevenitur, &c.* i. e. multo ante meditator in his rebus illud vitium, istumque errorem effugere ac vitare, ne scilicet facias, neve existimes, oculos ejus rei gratia esse creatos, ut cernamus; suras et pedes, ut ambulemus; brachia et manus ad ea facienda, quae ad vitam sint utilia, &c. Non enim membra aut quicquam omnino in corporibus nostris natum est, ut eo utamur: sed ex eo quod natum est, proficiscitur usus. Neque enim viderunt homines, ante quam oculos a natura haberent, neque ante orationes habuerunt, aut omnino locuti sunt, quam lingua creata est: sed contra et oculi prius creati sunt, quam quicquam cernerent, et lingua prius nata est, quam loqui posset. Quod si id verum esset, quod quidam arbitrantur, membra esse creata, ut eis cerneremus, audiremus, fabricaremur, ambularemus, &c. sequeretur ex eo, nos et prius, quam oculos haberemus, cernere, et sine manibus fingere aut pingere, et sine pedibus ambulare potuisse. Nam quicquid alicujus rei fit gratia, id ea re, cujus rei causa comparatur, posterius est tempore: ut lectus dormiendi et quiescendi causa factus est; poculum bibendi causa comparatum est; parma tegendi corporis et vitandae plagae gratia reperta est. at prius quam lecti, pocula, parmæ essent, et quiescebant, et bibebant, et plagam vitabant homines. Cum igitur neque ante quam oculi essent creati, cernere; neque

ante pedum originem, passus proferre; neque ante manus factas, quicquam contractare potuerint homines; falsum est et oculos cernendi, et pedes ambulandi, et manus contractandi causa esse factas. Aliter sentiebant Stoici, ut refert M. Tull. lib. 8. de Fin. 'Jam membrorum, i. e. partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, et ea quae sunt intus in corpore, quorum utilitas quanta sit, a medicis disputatur; alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ atque barba.' Hanc autem Epicuri opinionem refellit et Lutatius, sive Lactantius, lib. de Opifício Dei, his verbis: 'Dixit enim neque oculos ad videndum esse natos, neque aureis ad audiendum, neque pedes ad ambulandum: quoniam membra hæc prius nata sunt, quam esset usus videndi, et ambulandi: sed horum omnia officia ex natis exstitisse. Vereor ne hujusmodi portenta et ridicula refutare non minus ineptum esse videatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argutius patet. Quid ais, Epicure? Non sunt ad videndum oculi nati?' &c. Cum hæc scripsissem, Zoilus, hac mea emendatione improbata, sic emendandum censuit, *Illud in his rebus vitium vehementer incesto Effugere, illorumque errorem praevenitur, Lumina qui faciunt, &c.* non solum contra omnium librorum manuscr. auctoritatem, verum etiam præter rationem, et sine ulla sententia: Sed omnino malo mea ab istis Zoilis improbari, quam compilarari et harpagari. Simeo Bostus, homo acerrimi iudicii, cum hæc jam scripsissem, et ita excudi jussissem, dixit mihi, sibi videri ita posse legi, *Illud in his rebus vitium vehementer vis Effugere, errorem vitareque praevenitur, &c.* 'vise effugere' inquit,

i. e. vide ut effugias: 'præmetuenter' inquit, i. e. præcaute, *προεφυλαγμένως*. Lamb. *Istud in his rebus vitium vehementer, et istum Effugere errorem, vitareque præmeditator, Læmina ne facias, &c.* Tanta in Mss. Codd. varietas est, uti monuit Lambinus, vix ut certi quidquam constituere possis: alii enim habent, *Illud in his rebus vitium vehementer inesse, Effugere errorem, vitareque præmetuenter*. Alii autem: *Effugere errores multasque præmetuenter*. Quidam etiam: *Effugere errorem, vitareque præmetuenter*. Sed Gifanius rem *ἐς ἄπορ* prorexit: sic enim legit: *Illud in his rebus vitium vehementer inesto*. Admirabilem vero Latinitatem et dignam ejusmodi auribus. Ego autem, si quid in tanta verborum confusione tuto licebit tentasse, legam, *Illud in his rebus vitium vitare memento, Effugere illorumque errorem præmetuenter*, I. e. caute, sedulo, considerate. Sed hoc hariolari est; tamen advocato iudicio hariolamur. *Faber in Emend.*

Istud in his rebus] Vide Emendationes. Ceterum, si quod in physicis Epicuri maxime improbabile est, hoc ipsum, quod hic asserit Luctetius, tale est. Sed quamobrem ita iudicavit? Videlicet (hæc mea sententia est, alii fortasse aliam afferent) si Stoicorum opinionem secutus fuisset, videbat sibi necessario admittendam esse Providentiam; quæ ex consideratione et usu partium humani corporis elucescit maxime. Iude est quod dicere soleo, Galeni librum de usu partium ad comparandam Dei ejusque providentiæ cognitionem longe plus prodesse, quam omnes omnino aliorum libros, qui super his rebus conscripti a veteribus fuerint. *Faber in Notis.*

Illud in his rebus vitium, &c.] Gifanius, *Illud in his rebus vitium vehementer inesto, Effugere illorumque errorem præmeditemur*. Alii, *Illud in his rebus vitium vehementer vitare Effugere, erro-*

rem vitareque præmetuenter. Faber, *Illud in his rebus vitium vitare memento, Effugere illorumque errorem præmetuenter*. I. e. caute, sedulo, considerate. Nescio quis *Illud in his rebus vitium vehementer nosse Et fugere errorem vitareque præmetuenter*. Subanditur *χρῆ*, oportet: Nardius denique *Effugere errorem illorum, qui hæc præmeditentur*. Sed de his litigent Grammatici; Præcedenti disputationi subjicit vs. 35. aliam Epicuri opinionem, quam, nisi providentiam admitteret, explicare et defendere fuit necesse. Hæc autem est, nihil in procreandis animalibus providentiæ ratio molita est, nam neque oculi facti sunt ad videndam, neque aures ad audiendum, neque lingua ad loquendum, neque pedes ad ambulandum, quoniam prius hæc nata sunt quam esset loqui, videre, audire, ambulare; uno verbo, docuit Epicurus, non membra facta ex destinatione ad usum, sed membris casu genitis oblatum usum arreptum fuisse. Nam, ut quidpiam ob usum fiat aliquid, præcognosci debet usus, aut præexistere aliquid ex quo is usus necessarius commodusve significetur. Nempe nisi usus quidam præfuisset pugnandi, indormiendi, sitim restringendi, futurum non fuit ut arma, cubilia, pocula excogitentur. Oculus vero videndi causa non potuit fieri, cum nihil esset visum, et ignoraretur quidvisio foret. Neque auris auditus causa, cum et nihil foret auditum, et nesciretur quid esset auditio. Atque ita de aliis. *Creech*. Gifanii hæc nota est: 'Ita ex v. 1. scripsi, in quo erat *præmeditemur*. hinc in al. *præmetuenter*. nostra verissima est scriptura. quam v. interpretantur, immo totus locus postulat.' Non puto. Neque enim *τὸ ἰλλο*rum aut *qui faciunt* in ullo codice reperire est. Lambinus: *et istum Effugere errorem vitareque præmeditator*. Egregie vero habetur in Ms. Vossiano et Bertiniano Lambini, satisque evi-

denter alii alludunt: *Effugere, errorem vitæque præmetuenter, Lumina ne facias oculorum clara creata, Prospicere ut possimus.* Disputat contra eos, qui alunt membra usns causa et cum usu creata. Inesto, ait, effugere vehementer in his rebus illud vitium et vitare præmetuenter errorem, ne operis lumina clara creata, ut videremus. 'Præmetuenter' (quam elegantem particulam exturbarunt editores) idem est quod prudenter, circumspecte. Notum est præceptum morale, prudentem metuere magis quam sperare. Pro *inesto* quidem habebat et optimus codex, *inasse*. Sed hæc exerratio librarii est, *Vehementer inesto*, i. e. Hoc tibi inculcatum, hoc infixum sit. Gronov. Mss. *inasse Effugere, &c.* Fac *inesto* et conjunge cum sequenti verbo: in hunc modum: *Illud in his rebus vitium vehementer inesto Effugere, errorem vitæque, præmetuenti, ut Lumina ne facias, &c.* ita enim distinguendi erunt hi versus, ut sit sensus: *inesto* tibi effugere, et vitare errorem, præmetuenti, ut ne facias, &c. Aut si *inasse* se recte habeat, subintelligendum scito, cognosce, observa. Quales ellipses alibi multas congressimus. Sed potius lege: *Illud in his rebus vitium vehementer nosse Et fugere errorem vitæque præmetuenter, Lumina, &c.* Vossius. Ex hisce omnibus eam, quam vides in editione nostra, lectionem concinnavi, in qua non tantum scripsi *præmetuenter*, sed etiam *inasse*; illud ultimum nova ratione, non scilicet ut subintelligam puta vel scito, verum ex Græcismo adducta ratione, amant enim sæpe Græci, Attici præsertim, infinitivum pro imperativo usurpare, ut Phocylides: *Μέτρη μὲν φάγεις, πῶν, καὶ μεθολογέσθω.* i. e. 'Moderate edito, bibito, ac loquere,' pro *φάγε, πῖε, καὶ μεθολόγησε.* Neque dubito quin, ut alia multa, ita et hanc elegantiam politiores ex Latinis poetis sint imi-

tati, nosque in his videremus, si per editores licuisset. In Lucretio autem non modo hic optimi Mss. sed et pariter l. 650. infinitivum usurpant: 'si partes ignis eandem Naturam, quam totus habet super ignis, habere.' quamvis ibi pro imperativo adhiberi non potest, sed putes, vel statuas subintelligi debet. Hav.

826 *Plicari*] Torqueri, convolvi: unde vulgo tibias et crura 'campas' appellant; quoniam plicantur et flectuntur. *κἀμωγῆ* Græce flexura dicitur. Erucam, quæ in orbem convolvitur, Plautus 'campam' vocat, et Modestus Columella eo versicali: 'Volvitur ad terram distorto corpore campe.' Pius.

827 *Brachia cum porro*] Corrige ex codicibus eruderatis, *Brachia nec porro.* nec tu præterea dixeris, inquit poeta, brachia esse data ut nos juvent ministerio suo: sed nos juvant potius quoniam data sunt. Pius.

Esse ex opta] Esse conjuncta. 'Aptum' junctum dicimus: hinc illud Æn. 4. 482. 'stellis ardentibus aptum:' et 'aptare' conjungere: a Græco *ἀπτεω*. Pius.

829 *Ut facere possimus qua foret usus*] Istud 'foret' satis probare videtur, legendum, non *possimus*; sed *possemus*; neque ut aliter loquamur ratio ipsa sinat. Quis enim eum ferat qui sic scripserit, 'Membra ideo vobis data esse alunt ut illis utamur si opus esset;' dicendum enim fuit, 'ut illis uteremur.' Scribe itaque *possemus*. Faber. *Qua foret usus*, i. e. quæ foret opus. Quidam tamen legunt, *qua ferat usus*. Ego malim hic nihil mutare, et pro *possimus*, legere *possemus*. Lamb. *Qua foret*, rectius quam *qua ferat*. Creech.

830 *Inter quæcumque pretantur*] Quæcumque interpretantur: tmesis. Lamb.

832 *Nihil ideo*] Forte *adeo*. Gifan.

834 *Nec fuit ante videre*] Ordo est: Nec videre fuit ante oculorum lumina

nata: 'videre' autem interpretor, τὸ ὁρᾶν, ἢ ἰσπᾶν, ut sup. 'Præterea meminiſſe jacet.' niſi quis malit dicere, *nec fuiſt*, i. e. nec licuit, videre, &c. *Lamb.* *Videre*, Uſus videndi, ut recte Lactantius de Opif. Dei 2. 6. *Creech.*

836 *Præceſſit*] Sic legendum, et ita ſcriptum eſt in lib. manuſcr. quibuscum conſentiant Pariſienſis. et Veneti antiqui. alii enim vulgati habent *præcedit*, non recte. *Lamb.* *Præceſſit*, Ita vet. libri. Vulg. *præcedit*: male; nam mox: 'creata ſunt,' 'fuere,' &c. *Gifanius.*

845 *Objectum*] Πρόβλημα, 'objectum' autem 'parmæ daret' dixit pro eo quod eſt, parmam objiceret. Jam vero 'parmam' eſſe ὄρακτον ἴαλον, docet auctor vocabularii Latino-Græci; Feſtus autem, 'ſcutum breve.' *Lamb.*

Daret objectum parmæ lava per artem] Nihil fortasſe eſt quamobrem hic aliud quam quod prima fronte apparet quærat; ſed nec abs re tamen fuerit dicere, clypeatos olim, et præcipue peltastas, diſcurrare per hoſtilia caſtra ſolitos, eo tantum fine ut obvios protraderent, quo ceteræ copiæ diſturbatos jam et perniciter aggrederentur. *Faber.*

848 *Quam pocula*] Quare Diogenes, qui in victu naturam bene vivendi ducem ſequebatur, cum poculum ſibi ligneolum paraviſſet, viſo puero qui concavata manu ſorbillabat aquas, pocillum et cymbolum protinus abjecit, et pandata palma pro vaſe deinceps eſt uſus. 'Concavat ille manus, palmasque in pocula fingit,' Calpurnius inquit, cum paſtoriam vitam deſcriberet. *Pius.*

849 *Hæc igitur poſſunt*] Hæc, nempe tela, parma, lectus, pocula. *Lamb.*

850 *Vitæque*] Ita hoc loco uſurpat 'vitam' ut Græci τὴν βίαν, non ζωὴν, pro experientia ſcilicet et ἀπόδειξι τῆς ἐν τῇ βίᾳ. *Faber.*

856 *Illud item non eſt*] Nunc cur eſuriant et ſitiant animantes, rationem affert. *Lamb.* Circa famem et ſitim ſiquis difficultatem moveat, illam vs. 19. facile expediet Lucretius. E rebus omnibus multa corpora emittuntur, ex animalibus plurima, multa per poros corporis, multa per os effluunt; ſubductis autem hiſce partibus, cæteræ minus cohæreant, ideoque totum corpus languidius fiat neceſſe eſt; ut hæc intervallo repleantur, cibus ſumitur, pariterque potus, inde iterum corpus fit integrum, et vires reſciuntur; potus inſuper reprimit calorem iſtum qui ſtomachum et viſcera nimium torreret. *Creech.*

Corporis ipſa natura] *Ipsa*, i. e. per ſe ſe, ultro, δι' ἑαυτῆς. *Faber.*

858 *Quippe etenim*] Aiunt medici, cibum et potum ab animante propter magnitudinem caloris nativi deſiderari: qui, niſi cibo et potu reſtingueretur, membra depaſceretur atque abſumeret. nunc autem, alimento ſicce et humidum refractum, et vireis immixtus reſcit, et quæ depereant, reparat ac reſarcit. *Lamb.*

Atque recedere] Fortasſe legendum ac *decedere*, ut ſup. 2. 1127. 'Nam certe ſuere ac decedere corpora rebus Multa, manus dandum eſt.' Cum multa (inquit) corpora fluunt et rebus et corporibus noſtris, tum longe plurima ex iſtis animantibus quæ plurimum exercentur atque agitantur. *Lamb.* *Atque recedere*, Vide ſup. vs. 699. *Gifan.*

Quippe etenim ſuere, atque recedere corpora rebus Multa modis multis docui: ſed plurima debent Ex animalibus iſis, quæ ſunt exercita motu] Tollendum ex oratione vitium eſt, legendumque . . . ſed *pluria*. Siſ enim ſentit poëta, 'multa' ex rebus inanimatis corpora recedere, ſed longe 'pluria' ex animalibus quæ motu exercita ſunt. Res plana eſt. Ita etiam olim pec-

catum infra fuerat, 1082. 'Unaque res hæc est, enjus quam plura habemus,' &c. quem locum restituit diligentissimus interpres. *Faber.*

859 *Docui*] Sup. hoc libro, non longe a princip. *Lamb.*

Sed plurima] Legendum omnino pluris, i. e. plura. *Faber.* *Faber pluria:* Nihil muto. *Creech.*

860 *Exercita*] *Fatigata.* *Lamb.*

866 *Interdatus*] Interea datus: ut et alibi. *Lamb.*

Atque patentem, &c.] Hæc et quæ sequuntur venustissima, ubi enim fames patulis suis faucibus hians convalescens quam in exsiccatis pene venis hos pitetur? et quid accommodatius dici possit quam anhelam sitim de corpore nostro infuso humore ablati? *Creech.*

867 *Ut amorem obturet edendi*] Reperio alibi scriptum: *ut amore obduret edendi:* ut sit hic sensus: Cibis tum capitar ut membra roboret ac fulciat: tum et duret, hoc est perennem faciat ac promptum amorem edendi: qui fame languente stomacho vaneat et obtunditur. 'Amor edendi,' pro appetentia ponitur: ut illud est Maronianum 8. 184. 'et amor compressus edendi.' *Pius.* *Obturet.* Ita lego ex veteribus. *Vulg. obduret.* Ex vestigiis etiam vet. librorum forte: *obcludat,* quod congruit verbo: 'patentem.' *Gifan.*

Obturet] Sic legendum est, tamen si hoc loco mendosi sint codices manuscr. præter Bertinianum, qui perspicue habet *obturet;* vulg. autem *obduret.* Sic Homer. idque non semel: *ἄνθρωπος ἐστὶν πείστος καὶ ἐθιρτός ἐξ ἔργου ἔρω.* cui prope par est hic versus Virg. *Æn.* 1. 320. 'Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ.' Cum hæc scripserissem, et jam sic bis edidisset, homo *ἀναδύς,* meam emendationem sequens et probans, 'Ita lego,' inquit, 'ex veterib. libris.' Talis est usquequaque istius *ββαλυροῦ ἰσχυροῦ καὶ ἀδύκτα.* *Lamb.*

868 *Humor item discedit*] Atqui cibus et potus in ventriculo commiscuntur, atque una concoquantur. Quibus concoctis, succus ex illis expressus, atque ab alienis secretus, permanat ad jecur, ibique in sanguinem vertitur. *Lamb.*

869 *Vaporis*] *Caloris.* *Lamb.*

871 *Dissipat*] *Discutit.* *Lamb.*

873 *Sic igitur tibi anheles satis, &c.*] I. e. sic sedatur sitis, sic expletur fames. *Lamb.*

874 *Jejuna cupido*] I. e. esuries, seu fames. *Lamb.*

875 *Nunc qui fiat*] Causam motus ad locum vult esse simulacra quedam ad meandum apta, mentem seu animum pulsantia, et voluntatem movendi e loco ad locum corporis efficiantia. Idem lib. 2. simplicius et planius voluntatem vult esse principium motus, et a corde initium motus existere. Sic enim illo loco vs. 282. 'Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas Principium dat: et hinc motus per membra vagantur.' seu genuntur. *ibid.* 269. 'Ut videas initum motus a corde creari,' &c. Aristoteles duas hujus motus causas esse vult lib. 3. de Anim. *ἔρεξιν, καὶ τοῦν.* i. e. 'appetitum, et mentem.' *Lamb.* De motu voluntario animalium vs. 30. breviter inquirat, et hoc modo explicat: simulachra quedam quibus voluntas movendi in animo excitari potest pulsant animum: inde vult animus, et ut perficiat quod vult animam sibi conjunctam et per totum corpus diffusam (vid. 2. 260.) excitat; et inde protrahitur tota moles. Quoniam vero tanto oneri movendo anima tenuis illa et subtilis substantia impar videretur, aer externus venit in subsidium, qui corporis rarentis (nam corpora motu exercita rarent) poros et meatus subeuns onus pariter propellit, atque ita corpus ab anima intus laborante, et aere externo subeunte, ut navis velis et remis, promovetur. Tenuia

quidem hæc sunt instrumenta, sed et ventus tenuis qui magnam navim protrudit; manus debilis, at navim regit, et gubernaculum contorquet, et machinæ quædam vi non magna agitæ immensa pondera sustollunt. Creech.

876 *Varieque*] Melius quam *vareque*, quod quidam Codd. exhibent. Creech.

877 *Oneris*] Quidam lib. scripti habent *honeris*, ut fortasse legendum sit *honeris* cum aspirationis nota. 'honorcm' ñ. ab 'honere' dictum esse docet Varro lib. 4. de L. L. Lamb.

878 *Insuerit*] Insueverit, solita sit. Quidam tamen 'insuerit' positum esse volunt pro insuefecerit. Lamb.

880 *Accidere*] *Accidere animo nostro*, i. e. accidere ad animum nostrum, ut supra locutus est eod. lib. 236. 'in luci quæ poterit res Accidere ad speciem,' &c. et sup. eod. 216. 'ad terrarum accidat oras.' Lamb.

882 *Rem quisquam, quam mens*] Ordo est: neque enim quisquam ullam rem facere incipit ante quam mens providit, quid velit. Lamb.

883 *At quod providet*] At id quod mens 'providet,' seu prævidet, (inquit) illius rei quam quisque facere instituit, est imago. licet autem hunc versum dimetiri duobus modis, vel ut pronomini 'illius' secunda syllaba longa sit, 'rei' unius sit syllabæ: vel ut 'illius' secunda syllaba sit brevis, et *s* absumatur, 'reil' sit disyllabum. Lamb. *At quod providet, &c.* At id quod mens prævidet illius rei quam quis facere instituit est imago: Lambinus. Aliam sententiam, et quam veriore existimo, sequutus sum. Creech.

885 *Inde gredi*] Et ingredi: tmesis. Lamb.

Ferit extemplo] Animus ferit animam per totum corpus fusam, et permanantem. Lamb.

887 *Quoniam conjuncto*] Quoniam anima cum animo conjuncta est. Sic 5. 557. 'Nonne vides etiam quam magno pondere nobis Sustineat corpus tenuissima vis animai, Propterea quia tam conjuncta atque uniter apta est?' Lamb.

888 *Proporro*] Deinceps, *ἐξῆς δέ. Fab.*

890 *Præterea tum rarescit*] Altera causa motum adjuvans. Lamb. Animalium, quæ sunt motu exercita, rarescit corpus: vid. vs. 860. Creech.

894 *Hinc igitur rebus fit utrimque duabus, &c.*] Mihine operoso et magno molimine probandum sit, legi debere, *his igitur rebus fit utrimque duabus?* Quid enim loci habeant *hinc utrimque* cum 'rebus duabus?' *Faber. His igitur:* Faber: Et versus sequenti pro *velis ventoque* optime conjecit Gassendus legendum *remis ventoque*; alioqui *velis* et *vento* una eademque res significaretur. Gifanios vero, *Corporis ut hæc navis velis ventoque feratur:* inepte. Creech.

895 *Corpus uti, ut navis*] Sic reposui, paulum discedens a scriptura vulgata, quæ est, *Corpus ut ac navis, &c.* Inusitatum autem et insolens loquendi genus, 'ac navis,' pro proinde ac navis, vel ita ut navis. Adde quod lib. scripti a vulgatis dissentunt, et ipsi inter se dissident. In aliis enim scriptum est, *Corporis, ut de navis:* in aliis, *Corporis, ut ac navis.* ex qua scriptura Mureti snspicabatur legendum esse, *Corporis, ut navis, velis, &c.* ut per 'navim corporis' corpus ipsum intelligamus. Cum ita bis edidissem, Zoilus conjecturam Mureti arripuit, neque tamen eam integram servavit: sed corruptit. Sic enim vult legi, *Corporis, ut hæc navis, &c.* quam scripturam quis medicriter doctus non videt ferri non posse? Nam quod ait 'in voce 'corporis' *s* absumi,' hoc non solet fieri, nisi ante consonantem. ita jacet istius *Barandov* acumen. Omnino corpus nostrum, quod ad ejus motum attinet, cum na-

v comparat hoc modo: Quemadmodum navis velis ventoque agitur, ita corpus nostrum impellitur et movetur ab animæ potestate, et ab aëre multo, corpus rarefactum penetrante.

Lamb. Corporis ut hæc navis velis, sic ex vet. nostris scripsi. In quibusdam vet. ac. Quidam veteres: *de.* quidam veteres: *hæc.* S littera absunitur in *Corporis.* Marullus fecerat: *Corpus ut, ac. Gifan.*

Velis ventoque feratur] Ut hic versus cum superiori omnino consonet, 'his rebus utrinque duabus' optime conjecit vir maxim. legendum, *remis veloque.* alioqui velis et vento una eademque res significaretur. Illum adibus in *Physiologia* pag. 537. *Fab.*

899 *Quippe etenim ventus*] Aristoteles *μηχανικῶν* cap. 7. rationem affert, quam ob rem, quanto antemna sit altius elata, tanto citius navis feratur, eodem velo, eodemque vento. quæ ratio intelligi non potest, nisi ab eo, qui, quare vectis tantam vim habeat movendorum gravisimorum onerum, causam cognovit. (est autem 'vectis' palus ligneus, seu ferreus linguatus, seu rostratus: *μοχλῶν* Græci appellant.) 'Nam' (ut scribit Vitruv. 10. 8.) 'quod onus manuum multitudo movere non potest, supposita, veluti centro, et porrecta pressione (quod Græci *προπέχλιον* appellant,) et vectis lingua oneri subdita, ejusdem vectis caput, unius hominis viribus depressum, id onus extollit. Causa igitur hujus rei est' (ut docet ibidem Vitruv.) 'quia prior pars vectis brevior ab ea pressione, quæ est loco centri, subit onus: et quia caput ejus longius ab eo centro, i. e. a pressione, distans, cum per id ducitur, faciendo motus circinationem, cogit pressionem paucis manibus oneris maximi pondus examinare. Semper enim, quanto posterior pars, i. e. ea quæ est a centro, seu a pressione ad vectis caput, quod a motore premitur, fuerit longior priore, i. e. ea

parte quæ a centro ad linguam seu rostram pertinet; tanto facilius onus movebitur.' His igitur cognitis et præpositis, quamobrem velum vento inflatum, maxime si antemna non procul absit a cacumine mali, celerrime navem moveat, facile intelligere licet. Malus enim rationem vectis obtinet: mali sedes, seu mali calx, est loco hypomochlii, id est, pressio: ventus, qui velum implet, est veluti motor. Itaque si antemna longissime absit a sede mali, (*ἄλλων* nominat Aristoteles,) quæ vectis mali sedes centri rationem obtinet, navis citissime feretur. Linea autem, quo longius abest a centro, eo majorem circumulum describit. At, ut maximus quisque circumulus est, ita celerissime et concitatissime movetur. eodem enim temporis spatio, quo circumulus minor, nempe is qui propius abest a centro, certi loci spatium metitur et conficit, circumulus major ampliore locum percurrit. *Lamb.*

901 *Et manus una regit*] Vitruvius eodem quem commemoravi libro: 'Quemadmodum etiam' (inquit) 'navis onerariæ maximæ gubernator ansam gubernaculi tenens, quod *ἀναξ* a Græcis appellatur, una manu momento per centri rationem pressionibus artis agitata, versat eam amplissimis et immanibus mercis et penus ponderibus onerata,' &c. Aristoteles cap. 6. *μηχανικῶν* hujus rei causam hanc affert, 'quod gubernaculum vectis locum obtineat, navis oneris, gubernator motoris, cardines, in quibus vertitur gubernaculum, hypomochlii.' *Lamb.*

902 *Unum*] Nempe gubernaculum. Alii legunt *una*, ut subintelligatur manus: a quibus dissentio. non dissimulabo tamen, in nonnullis libris legi *unus*: quam scripturam nihilo magis probo. Omnino hæc mihi hujus loci sententia videtur esse. Atque unum gubernaculum, non plura, navem quolibet torquet. *Lamb. Quo-*

libet una. Ita vet. libri nostri melius, quam alii: *unam* vel *unus*. Gifan.

Quolibet unum] Rectius forsam quam *una*, viz. manus, vel *unus* navis rector. *Creech.*

908 *Multaque per trochleas*] 'Trochlea' machina est tractorii generis, cum æreo aut ligneo orbiculo, qui per axiculum versatur, trajecto fune ductario. ea utitur etiam in haurienda e puteis aqua. 'fit' autem 'trochlea,' auctore Isidoro Etymolog. 19. 2. 'ad similitudinem Θ litteræ Græcæ octavæ, dicta a trochis, i. e. rotis.' *Lamb.* Vulgo *Pulley*: 'Tympanum' autem est rota e solidis tabulis facta. *Creech.*

Tympana] 'Tympanum,' quod Græci *γέπανον* appellant, genus rotæ est, magno circuitu præditæ, cujus axis fune obvolvitur, interea dum eam circummagant homines, regnias pro gradibus affixas quasi ascendentes. *Lamb.* Machina notissima est ex Lexico Vitruviano Bernardini Baldi Urbinate. *Faber.*

904 *Sustollit*] *Sursam* tollit. Utitur eodem verbo *Plant.* *Cistell.* 1. 1. 117. 'amiculum hoc sustolle saltem.' et item alibi. et *Catull.* de nupt. *Pelei* et *Thet.* 'Dulcia nec mixto sustollens signa parenti.' et *Cicero Arato*: 'Istius in Boream quod se sustollit acumen.' utitur et *Arnob.* non semel: uno exemplo nunc contentus ero: sic ille lib. 1. 'Qui peondes vos esse, qui fugitivos, qui exules prædicant, et insanos; admirantes, plaudentes, ad cœli sustollitis sidera.' *Lamb.*

905 *Nunc quibus ille modis*] Nunc de somno disputare incipit. *Lamb.*

Per membra quietem Irriget] Sic *Virg. Æn.* 1. 695. 'placidam per membra quietem Irriget.' *Furius Bibac.* 'mitemque rigat per pectora somnum.' *Lamb.* Animal omnibus sensuum operationibus perfunctum in cubili collocat *Incretius*, non tamen deserit, sed dum dormit contemplatur, de somno usque ad vs. 958. et

de insemnile quibus agitatur usque ad vs. 1030. disputans: somnus autem fit, cum ita labefactatur anima, ut artus suffulcire non valeat, (anima enim est corporis fundamentum,) inde membrorum languor, et sensuum remissio: quod autem perturbatur anima, illud quidem manifestum est, nam corpus ab aëre externo et ab aëro inspirato perpetuo labefactatur; aër enim iste non tantum corporis superficiem radit, sed poros et meatus pervadens ad partes intimas admittitur, easque verberat. Inde prima corpora disjunguntur, eamque disjunctionem ipsius animæ dissolutio sequatur necesse est, ita ut pars ejiciatur, pars (ut *Plinii* verbis utar) in mediam sese recedat; reliqua vero pars distracta nimis per membra dispergatur. Hinc denique intelligi potest cur cibum aut lassitudinem gravissimus somnus sequatur: nam cibus obturat nimis atque infarcit istos meatus per quos anima debet libere ferri, inde major dispersio aut constipatio animæ; lassitudine vero debilis fit corpus, atque inde eadem sequuntur. *Τὸν δὲ τὴν γίνεται πορευόμενον τὸν τῆς ψυχῆς μερῶν τῶν καθ' ἑλπίαν τῆς σθῆκος παρεσπαρμένον, ἢ διασκορπισμένον, ἢ διασκορπισθέντων τῶν τοῖς ὀσφρακτικῶν, τὰ μὲν ἐκωλύονται, τὰ δὲ συνταραττόντων.* *Epicurus* ad *Herodot.* *Creech.*

Ille Somnus] Non temere ponitur 'ille;' *ἔρχην* enim significat, ut alibi; a quo viz. tot et tanta in humanum genus promanant bona. *Creech.*

906 *Irriget*] Numquam vox venustior: Latini enim proprie 'rigua' appellant id genus rigationis quæ rivo fit et sulco: hinc 'rigua Nilii' *Plinio* sunt rivi, et *δάρυγες* e Nilo ductæ, et 'rigua aquæ dulcis' apud eundem derivations ex aqua dulci. Qui autem intelligit quomodo quies artus omnes et venas permanat, hæc etiam intelliget. *Creech.*

Curas e pectore solvas] Utroque mo-

de loquimur, et 'animi curas solvere,' et 'animum curis solvere.' Sic Catull. ad Sirmionem penins. 'O, quid solutis est beatius curis?' *Lamb.*

907 *Suaevitiam potius*] Hi versus supra leguntur hoc eod. lib. non longe a princip. *Lamb.*

910 *Tenuis aures*] Alii teneras interpretantur, ego vero acutas: Lucret. 1. 45. 'Vacnas aures.' *Creech.*

911 *Ne fieri negites*] Ne fieri iterum atque iterum neges: hoc est, sæpius neges: quamquam verba frequentativa sæpe usurpantur pro primitivis. idque apud Plautum maxime cernere licet. *Lamb.*

Retroque Vera repulsanti discedas] Non putavi quinque librorum manuscr. in quibus legitur *discedas*, non, ut in plerisque vulgatis, *discedant*, auctoritatem mihi esse rejiciendam: quam adjuvant eod. typis impressi, Veneti antiq. et Parisiens. Si quis tamen pluris faciet vulgatam scripturam, *discedant*, non repugnabo. *Lamb.*

912 *Discedas*] Melius quam *discedant*. *Creech.*

913 *Ne cernere possis*] Aliquot lib. manuscr. habent, *neque cernere possis*. *Lamb.*

914 *Principio somnus fit*] Sic somni causam investigat: Somno sensus impediuntur, (quod est consentaneum cum iis quæ docet Aristot. somnium esse *ἀδυναμίαν*, i. e. impotentiam animi potestatis, quæ ut sentiamus efficit, ex alimenti halitu profectam,) at sensus qui est in nobis, fit opera animæ. Itaque necesse est, cum dormit animal, partim foras ejecta anima recesserit, partim in penetrales corporis sedes concesserit, partim sit per membra dissipata. *Lamb.*

915 *Partimque foras ejecta*] Sic inf. non longe, vs. 921. 'Ejectamque foras,' et item inferius, vs. 942. 'ut pars inde animæ Ejiciatur,' et inferius vs. 957. 'Fit ratiōe eadem conjectus porro animæ Altior, atque foras

ejectus largior ejus.' *Lamb.*

916 *Et partim contrusa*] Sic fere Aristot. lib. de somno et experrectione, ubi *ἔρρον* dicit esse *στροβὸν τῶν τοῦ θερμοῦ εἰσῶν, καὶ ἀντιπεπλοσῶν φυσικῆν διὰ τὸ ἀνωθεῖσθαι τὸ θερμὸν κέντρον ἐκ τῶν ὑποῦ τῆς ἀναθυμιάσεως πάλιν ἀνωτρέποντος*. i. e. 'somnium esse coitionem calidi in intimis partibus, et ejus naturalem ab adverso frigore circumfuso contractionem et compressionem, quia calidum ab humore exhalationis revertentis, ad inferiora repellatur ac detrudatur.' Sic Plin. lib. 11. cap. ult. ait, 'somnium esse animi in sese medium recessum.' *Lamb.*

918 *Nam dubium non est, animæ*] Nam dubium non est, inquit, quin hic sensus qui est in nobis, ab anima Ejiciatur vel gignatur. *Lamb.*

921 *Non omnem; namque*] Nam si tota anima ejecta foras esset, jaceret corpus examinum. *Lamb.*

924 *Cinere ut multa*] Sic habent quattuor libri manuscr. et tres typis excusi, Parisienses et utriusque Veneti. Nonius quidem testatur, apud Cæsarem, Catull. Calvum, cinis esse fœminini generis. Calvus: 'Cum jam fulva cinis fueris.' idem: 'Forisitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis,' quæ proferuntur etiam a Sosipatro. Catull. ad Manlium: 'Troja virum et virtutum omnium acerba cinis.' Optime autem conservatur ignis, si cinere tegatur. Nam ita fit, ut et cinis igni impositus, ejus calorem contineat, et ignis tamen per cinerem rarum quasi respiret ac vivat. Iguem enim dicimus 'vivere,' et 'mori': 'vivere,' dum calorem naturalem continet; 'mortuum' esse, ubi extinctus est. Lucret. lib. 1. extr. 'et vivant labentes ætheris ignes.' idem infra eod. lib. 1131. 'Quod cupido adfixum cordi vivescit, ut ignis.' Ad hunc autem locum pertinet illud Virg. *Æn.* 8. 410. 'Impositum cinerem et sopitos susciat igneis.' et illud Hor. *Od.* 2. 1. 7.

'et incedis per igneis Suppositos cineri doloso.' *Lamb.*

925 *Reconflari sensus*] Hic locus id confirmabit quod antea contra Gifanii sententiam dictum est de accensis sensibus. Nam 'reconflari' eadem metaphora est ac rō 'accendi.' *Faber.*

926 *Ut ex igni caeco*] Sic reposui secutus auctoritatem librorum manuscr. nam vulgati habent *tecto*, quæ erat interpretatio nominis *caeco*. *Lamb.* Ita *Codd.* et recte. vulgati *tecto*. *Creech.*

927 *Sed quibus hæc*] Nunc docere incipit, qui fiat, ut anima partim foras ejici, partim in altum conjici et contradi, partim per membra dispergi ac dissipari possit. *Lamb.*

929 *Ne ventis verba profundam*] I. e. Tu fac, ut verba mea ad aureis tuas perveniant, et in animo tuo penitus insideant, non abs te negligantur, aut etiam respnantur. Sic *Catull.* *Carm.* de *Pelei* et *Thet.* nupt. 'Quæ cuncta aërii discernunt irrita venti,' *ibid.* 'Irrita ventosæ iluquens promissa procellæ.' Plura exempla si desideras, lege quæ annotavimus ad illum locum *Horat.* 'Tradam protervis in mare *Creticum* Portare ventis.' *Od.* 1. 26. 2. *Lamb.*

930 *Principio externa*] Primum (inquit) corpus extrinsecus ab aëre externo verberatur: deinde hic idem aër cum ducitur et cum reflatur, corpus pulsat. quæ plagæ ubi per foramina et meatus corporis pervenerunt ad primordia corporis: quodammodo sensuum in nobis fit ruina, &c. *Lamb.*

932 *Trudier*] Recte, ut vs. 955. 'Contusa.' *Alii Trudier.* *Creech.*

933 *Proptereaque fere res omnes*] Et propterea, i. e. ut res sint ab injuria aëris externi tutiores ac munitiones, aut corio, aut seta, &c. tectæ sunt. *Uberius* hanc rem persequitur *M. Tull.* *lib.* 2. de *N. D.* 'Animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ,

aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squamma videmus obductas, alias cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.' sic *Plin.* *lib.* 7. *Proœm.* 'Ante omnia unum animantium cunctorum alienis velat opibus; ceteris varia tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pennas, squammas, vellera.' *Lamb.* I. e. ut res sint ab injuria aëris externi tutiores et munitiones. *Creech.*

934 *Aut seta, aut conchis*] Sic restitui partim conjectura ductus, partim auctoritate codicem calamo exaratorum fretus: in quibus ita reperi scriptum, *Aut etiam, aut conchis, &c.* Nam vulgati mendosissimi sunt, in quibus legitur, *Aut cute conclusa.* *Lamb.* *Aut etiam conchis.* Sic vet. libri. In quibusdam vet. *Aut etiam aut,* ut forte legendum sit: *Aut seta, aut.* quod et *Lambinus* voluit. *Marallus* hunc locum etiam depravavit. *Gifan.* *Aut seta, aut.* Mera conjectura, quæ nihil facit ad mentem poetæ, qui de corporum incrustatione 'externa de parte' adhucdum loquitur. *Aut crusta, aut conchis, &c.* vel simile quid potius cogitandum fuerat. *Preig.*

935 *Interiorem etiam partem*] Sic *M. Tull.* eodem lib. 'Cum aspera arteria ad pulmones usque pertineat, excipiatque animam eam quæ ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret et reddat,' &c. *Lamb.*

936 *Cum ducitur, atque reflatur*] I. e. cum attrahitur, et cum respiratur, seu redditur, *eloxyrodesmos, vel decrodesmos.* *Lamb.*

943 *Eficiatur*] Sic reposui. Sup-enim ita locutus est: 921. 'Ejectamque foras,' &c. *Lamb.*

945 *Mutua*] *Mutuo*, ut sup. 2. 626. 'et inter se mortales mutua vivunt.' *Lamb.*

946 *Inter enim cepit aditus*] Sic restitui, et ita legendum, non, ut in nonnullis vulgatis, *cepit ceptus*; neque, ut in quibusdam manuscr. *cepit*

caetus: neque, ut in aliis, *cepit coitus*. Errati causam puto præbuisse librariis, aut librarium operis, posteriorem syllabam verbi 'cepit' brevem, exceptam a vocali, cum existimarent necessario dactylum hoc loco esse debere. Ita factum est, ut hunc locum corruerint, et modo supposuerint *cepit caetus*, modo *cepit septus*. Sed sciunt docti, tribrachium pro dactylo interdum poni solere, non solum in tertia sede, verum etiam in secunda. Virg. Æn. 4. 64. 'Pectoribus inhians.' sic sup. Lucret. eod. lib. 340. 'Ater inquit oculos,' quamquam 'inquit' illo loco præteriti temporis esse potest, ut sit 'inquit' pro inquit. et Hor. Od. 1. 3. 'Perrupit Acherunta Hercules labor.' Idem Sat. 2. 3. 'Exclusus qui distat, agit ubi secum, eat, an non? Cum hæc edidissem, Zoilus censuit legendum, *cepit coitus*: quod ferri non potest, neque *coitus* aditum significat: quæ vox hic desideratur. neque *coitus* porro neque *coetus* hic locum habere possunt, quæ voces congressum et conventum significant. Et tamen audet ille *κωλύει* ita pronuntiare de me: 'Male ergo Lambinus.' Ain' tu omnium mortalium profligatissime et flagitiosissime? Immo vero tu plane fœdissime. Lamb. Gifanias *coitus*: sed illius Codicibus Lambini conjecturam libenter præfero. Creech.

947 *Abit alte*] Scribo *adit alte*: h. e. discedit in intima penetralia corporis comitatus animam: quæ cedens sopori migravit. Si legis *abit alte*, interpretare discedit in summum corporis cedens somno. Excluditur enim adveniente somno pars animæ per Lucretium. Pius. Penitus: qui alter sentit, idem cum Fayo *alte* iutus seu intrinsecus inepte interpretetur. Creech.

Mutatis motibus] Corrige *mutatus motibus*. Discedit alte sensus mutatus a motu soporis advenientis. Et quoniam non est corpus, cum spolia-

tum sit sensibus et anima, fit debile et languens. Pius.

948 *Suffulciat artus*] Hor. Sat. 2. 3. 154. 'Stomacho fultura ruenti.' Faber.

950 *Brachia palpebræque*] Sic Arist. de somno: καὶ διὰ ψόρον καταστρέφει τὰ βράχεια, i. e. 'et propter refrigerationem decidunt palpebræ.' ibid. sup. καὶ ἀδυνατοῦσαν ἀφρον τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ βράχεια, i. e. 'et non possunt atollere caput et palpebras.' profert hunc versum Nonius, mendose, ut et mendose legitur in libris omnibus etiam manuscr. in quorum dnobus cum scriptum reperissem, *poplitesque procubanti*, re cum Turnebo communitata, *procumbant* reposni: quamvis ille legendum censeat *cubant pro*, quod probare non potui: neque est quod quemquam moveat prima syllaba, quæ apud Virg. semper producitur. Nam præpositionem pro in compositione, et in talibus verbis, propello, protrudo, procudo, et simil. nunc corripiebant nunc producebant veteres. Quod si cui tamen placebit legi *cubant pro*, quod mavult vir ille doctiss., pro eo quod est *procubant*, seu *procumbant*, non pugnabo. Jam versum, qui deinceps sequitur, *Sæpe etiam summitantur, vireisque resolvunt*, delendum censeo, ut spurium. fuit enim additus hoc versu corrupto. Hæc cum edidissem, Zoilus scripsit, se hunc versum delevisse, ut ineptum ac nothum: nihil ab ingenio aut more suo discedens: in versu superiore autem, 'Brachia, palpebræque,' &c. nescio quibus furis agitatus, *procubant* legendum censet, non *procumbant*, ut nos; neque *cubant pro*, ut Turnebus: ut sit (inquit) versus luxatus, optime congruens luxatis poplitibus. Atqui non sunt ei continuo luxata genua, cui genua summa procumbunt: neque al essent, tali versu luxatio genuum esset exprimenda. servet igitur sibi tam inellegantem et invenustum versum, neque Lucretio tam polito poëtæ suas sordidis allinat.

971 *Et, quicumque dies*] Et quicumque (inquit) dies aliquot, tragœdos, aut comœdos spectaverunt, eosque recitantes audierunt, ubi desierunt spectare et audire, sibi tamen eodem spectare, et cantores, fidicines, ac tibicines audire videntur: *dederunt* autem, et *desiterunt* habet codex Memmianus et Bertinianus. *Lamb.*

Et quicumque dies multos] In hanc rem lepidissima historia est apud Lucianum. *Faber.*

972 *Dederunt*] Ita in vet. libris; rectissime. Hæc in re peccatum sæpissime est. *Vulg. dederint, desiterint.* *Gifan.*

973 *Sensibus usurpare*] Oculis et auribus percipere. Sic Plaut. *Trinum.* 4. 2. 4. 'Quas ego neque oculis, neque pedibus umquam usurpavi.' *Lucret.* 1. 302. 'nec frigora quimus Usurpare oculis.' *Lamb.*

974 *Reliquas*] *Cod. Bertin.* et *Memm.* habent, *Reliquas tamen esse vias*: *Vatican.* *Reliquas tamen esse vias in mente patentis.* ego prioram scripturam hac editione secutus sum, ceteris omnibus rejectis. ex quibus olim vulgatam, *At reliquas tamen esse vias, &c.* secutus eram: et tamen hanc antiquam meo more lectori indicaram in prima et secunda editione. *Lamb.* *At reliquas tamen esse vias,* ita omnino legendum ex vet. libris, vel ut in quibusdam: *visi,* pro *vias*. 'At,' licet initio sit positum (ut alias sæpe) jungi tamen debet in metiendo cum verbo 'usurpare.' Hæc ignorata pepererunt mendum, et in versu et in sententia. Legi etiam posset: *At reliquas,* ut in quibusdam libris. *Gifan.* His verbis voculam *At* præponit *Gifan.* cui nullus placet versus nisi vitiosus. *Creech.*

975 *Saltantis*] *Chorum,* vel eos ex quibus constabat chorus. Saltabat enim chorus, et cantabat. *Lamb.*

979 *Chordasque loquentis*] *Tralatio* est. *Catullus* ad arborem vento

agitata transtulit carm. ad Faselum: 'Loquente sæpe sibilum edidit coma.' *Lamb.*

980 *Consensum*] *Symmetriam* et *synodiam.* quidam codices servant *concentum,* i. e. suavem harmoniam quæ succentore constat et incentore et hujusmodi consensu. *Pius.* Utraque lectio sese tueri potest, imo et *consensum,* quod vulgatum est, haud displicet. *Hav.*

981 *Decores*] *Pulchritudines,* species decoras et venustas. *Lamb.*

982 *Usque adeo magni refert*] *Usque adeo* magnum momentum affert cuiusque studium ac voluntas: vel usque adeo interest, quo quisque studio teneatur, quaque voluntate sit. *Lamb.*

983 *Operati*] *Occupati,* in opere versati. *Lamb.*

986 *Spirareque sæpe*] *Libri* manuscr. tres habent, *Spirareque semper.* ego nihil muto. *Lamb.* *Semper,* veteres quidam. *Gifan.*

987 *Et quasi de palma*] I. e. de victoria. sic restitui, cum in tribus lib. manuscr. reperissem scriptum *palmas.* *Lamb.*

988 *Tum quasi carceribus*] *Versus* hic jam olim mihi visus est tollendus, ut *sphrius.* Atque ut magis intelligas, eum esse inculcatum, is qui deinceps sequitur, qui est germanus *Lucretianus,* aberat a *Bertiniano.* Licet tamen eum retinere, et ita legere: *Tum quasi carceribus patefactis tempore puncto.* ut 2. 263. 'Nonne vides etiam patefactis tempore puncto Carceribus,' &c. ex quo loco fortasse in hunc locum alienum delatus est. Sed *Simeo Bosius,* homo perquam eruditus et perquam ingeniosus, putabat retineri posse, et sic esse emendandum: *Tum quasi carceribus patefactis exequitet quis.* *Lamb.* Hic fortasse nothus est. Id quod etiam *Lambinus* existimat. *Gifan.* *Versus* *sphrius.* *Faber.* Hunc versum rejiciunt interpretes, retineri tamen pos-

se judicat Lambinus, si legatur e 2. 263. 'Tunc quasi carceribus patefactis tempore puncto.' e quo loco forsam in locam alienum delatus est. *Creock.* Ego hunc versus ita puto esse emendandos et in ordinem redigendos: *In somnis sudare tamen, spirareque saepe; Haud, quasi carceribus patefactis, stare quiete, Et quasi de palma summas contendere vires.* Illud 'haud stare quiete' optime exponit Lucanus l. 293. 'Accenditque ducem, quantum clamore juvatur Eleus sonipes, quamvis jam, carcere clauso, Immineat foribus, pronusque repagula laxet.' in Mss. enim hic omnia luxata et perturbata sunt. *Hav.*

989 *Venantumque canes*] Proverb. *κυνος κτηνος δὲ σὺν ἰσθμῶν*, i. e. 'canis praedam somnians.' *Lamb. Venantum.* Venatorum, ut 'medentes' pro medicis. *Faber.*

990 *Et crebras redducunt naribus auras*] Et crebro respirant, crebro attrahunt aërem quasi odorantes ferarum vestigia. *Cod. Bertinianus* habet, *Et crebro redducunt naribus auras.* *Lamb.*

994 *Erroribus*] Sic restituit Adrianus Turnebus, cum in libris omnibus legatur, *terroribus*, cui assentior. Nam canes feras insequentes non terrentur, neque vigilantes neque in somnis: sed si in somnis insequantur, seu videantur sibi insequi, tum errant. Non probat hæc Zoilus. Quid mirum? Potestne quicquam homini barbaro placere et probari, quod Adrianus Turnebo (non enim dicam mihi) placuerit? *Lamb. Terroribus.* Lambinus, *erroribus*, ex conjectura Turnebi. Ego nihil muto. Nam et sup. lib. 1. et infr. lib. 6. 'animi terrorem discutere,' dixit poeta. *Gifan. Erroribus.* Ita Turnebus, et recte quidem. Valeant autem Codd. *Gifanii* cum suis *terroribus*, quid enim terreat canes vestigia feræ, leporis forsam, persequentes? *Creock.*

995 *At consueta domi catulorum*]

Locatus est de canibus venaticis, nunc de iis qui domi custodiendæ præponantur, et de domesticis. *Lamb.*

Degere, saepe levem ex oculis, volucrumque soporem] Hunc versum restitui, qui hoc loco desiderabatur, ut videbunt, qui superiora cum iis quas sequuntur, conferent, et sensum Lucretii considerabunt. Jam verbum 'discutere' perspicue non habebat nomen, cum quo cohæreret, ut 'somnia,' aut simile: nam neque 'corpus discutere,' neque 'discutere' sine nomine aliquo accusandi casus, constare potest. Præterea vox 'consueta,' sola, et sine infinitivo, illepidè et inusitate jacebat, cum tamen numquam, ne ab ipso quidem Lucretio, sine verbo infinitivo usurpetur: quod ostendam exemplis aliquot collectis (neque plura tamen reperiri possunt) ubi hoc participio usus sit: sic igitur hoc eodem lib. sup. 715. 'Auroram clara consuetum voce vocare.' et 5. 209. 'ni vis humana resistat, Vitali causa valido consueta bidentis Ingemere.' et 6. 787. 'Floris odore hominem tætro consueta necare.' *ibid.* 1041. 'Interdum fugere atque sequi consueta vicissim.' *Accedat Arnob.* *cujus hæc sunt lib. 1.* 'Tyndaridæ Castorea, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus,' &c. *Idem eodem lib.* 'Neque alla sectantur aucupia verberum, quibus capi consueti sunt audientes.' *Lamb.* Hunc versum Lambinus interseruit: in nostris libris non erat. Et haud scio, an rectius abesse possit. *Gifan.* Hunc versum postulante sententia inseruit Lambinus. *Creock.* Eo tamen opus esse non judico; dixit enim poeta 'discutere' et 'conripere de terra corpus,' quorum prius differt a posteriori, et ille catulorum actus est, quo, oborto terrore aliquo, quantiunt villos atque erigunt pilos. *Hav.*

996 *Conripere*] Ut hic Lucret. 'corpus corripere e terra' dixit: sic

Virg. Æn. 3. 176. 'Corripio e stratis corpus.' Iterum Lucret. 3. 164. 'Conripere ex somno corpus, mutareque voltum.' ibidem: 'Quin conceptus homo ex somno,' &c. Lamb.

997 *Proinde quasi ignotas*] Recte dixit, 'ignotas facies,' nam canibus ignoti omnes, etiam ii qui nunquam læserunt, hostium sunt loco, ut scribit Plato lib. 2. de Repub. Lamb.

999 *Et quam quæque magis*] Sic reposui etiam repugnantibus libris omnibus: sic enim legi debet, ut docui in Schollis ad lib. 1. Lamb. *Et quo quæque magis.* Lambinus, *quam.* Ego a libris non discedo. Nam et *quo*, et *quanto*, et *quam magis*, recte dicitur. Gifan.

Semina eorum] Libri quinque manasci. habent *seminiorum*, ut fortasse legendum sit *semnia horum. eorum* autem, sive *horum*, nempe 'canum.' Lamb. *Seminiorum.* Ita omnes fere vet. libri; optime. *Quæque seminiorum*, pro quæque seminia. Marullus et vulg. *semnia eorum.* Gif. *Semina eorum*, viz. canum, Lambinus: sed fallitur interpres, nam tota de canibus disputatio absoluta est, et jam igitur de insomniis terrificis, quæ excitantur a simulachris fluentibus e rebus quæ ex asperis seminibus componuntur: rectius igitur legendum *seminiorum*: seu potius *semnia rerum.* Creech.

1001 *Pennisque repente*] Libri scripti habent *pinnisque.* Lamb. *Pinnisque*, ita vet. libri. In aliis: *pennis.* Gifan.

1002 *Sollicitant divum nocturno*] Timore et pavore lucos complent, somniantes sibi a tergo instare accipitres insectantibus. Lamb. Agnosce scoma Lucretio dignum; Divi viz. hospites suas aves ab imagine accipitris tuæ non valent. Creech.

1003 *Accipitres somno in leni*] Profert hunc verum Nonius, ut probet, nomen 'accipitres' usurpari interdum in gen. famin. Lamb. *Accipi-*

tres visæ, dicebant enim 'hæc accipitris.' Faber.

1005 *Porro hominum mentes*] Redit ad hominum somnia. Lamb. Hæc cum interrogationis nota ita hactenus fuerunt edita, *Porro hominum mentes magnis quæ motibus edunt? Magna etenim,* &c. Judicet lector quid præstet. Ego in Mss. nullam interrogationis notam inveni. Hav.

1008 *Tollunt clamores*] Sic loquuntur boni scriptores. M. Tull. lib. 4. Accus. 'Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur.' Virg. Æn. 2. 222. 'Clamores simul horrendos ad sidera tollit.' Idem 9. 566. 'Undique clamor Tollitur.' Lamb.

1009 *Doloribus*] Ob dolores, seu præ doloribus. Lamb.

1012 *Multi de magnis, &c.*] H. vs. a vet. quibusdam abest. Gifan.

1013 *Indicioque sui facti*] I. e. et sæpe sum factum indicaverunt. M. Tull. Topic. 'Et per somnum, vinum, insaniam, multa sæpe patefacta sunt.' Lucret. 5. 1157. 'Quippe nbi se multi per somnia sæpe loquentes, Aut morbo delirantes procræ ferantur.' Lamb.

1014 *Obeunt*] Obire videntur. Faber.

1020 *Pusi sæpe lacum propter*] Cum in libris scriptis reperissem scriptum *Puri*, sciremque veteribus 'pueros' 'pusos,' et 'pusiones,' et 'pupos' esse dictos, ut etiam Isidorus docet, in voce 'pupus': sic a Lucretio esse scriptum putavi, ut excudendum curavi. 'Pusum' autem et 'pusam,' puerum et puellam significare, intelligere licet etiam ex illo Epigrammatico Pomponii in Cascam adolescentem: quod exstat apud Varr. lib. 6. de L. L. 'Ridiculum est quod te Cascum tua dicit amica Filia Petroni sesquisenex puerum.' 'vel, ut vulgo legitur, 'Casca Philethonis ipsa senex puerum. Dic tu illam pusam: sic fiet, mutua muli: Nam vere pusus tu, tua amica senex est.' licet

etiam hoc loco legere *pupi*. fuit enim facilis lapsus a *P* littera in *R*. licet et legere *pueri*, ut ait tribrachus pro spondeo, aut dactylo. Ne Turnebi quidem sententia mihi displicet, existimantis, nihil esse mutandum, et *Puri* legendum. dixerunt enim (ut ait ille) veteres 'puri' pro pueri: unde 'pulli.' Pueri igitur (inquit) sæpe putant se in somnis prope lacum ac dolia vestem attollere, ut meant, cum interea vesteis stragulas et lectum lotio madefaciunt et commejunt. Fuisse Romæ, cum aliis in urbis locis, tum in angiportis dolia quædam brevis, et amphoras, et similia vasa mejendi causa comparata, ac disposita, declarant illa verba ex oratione C. Titii apud Macrob. 3. 16. 'Dum ennt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant: quippe qui vesicam plenam vini habeant.' *Lamb.* *Pueri sæpe*. in vet. quibusdam, *Puri*; non male. *Lambinus Pusi*. Alii, *Multi*; pessime. *Giffen.* *Puri, Pusi, Pueri*, legi potest; eadem enim omnium significatio. *Faber.* Ego *Puri* reposui ex *Mss.* optimis, ex quibus et hunc et similes Nonii locos quoque emendavit *Andr. Schottus Observ.* *Hum.* lib. 1. cap. 4. Præterea a 'puri' deducit vocem 'pueri' *Isidorus* p. 1102. lin. 40. *Hav.*

1020 *Dolia curta*] In urbe populosissima, si qua unquam fuit, (Romam dico,) dolia in angulis platearum erant, in quæ peregrini homines vel cives, qui de faciendo domi lotio, (sic enim loqui solent Latini,) antequam in publicum prodirent, non cogitant, vesicam exonerare soliti fuerunt. Unice ad hunc Lucretii locum facit quod apud *Macrob.* legere est 3. 17. 'Curta' autem semifracta, &c. satis ad eos usus apta. Cæterum illa dolia lateritia erant, vel figlini operis, non lignea. *Faber.* Adde notas *Casaub.* ad *Suet. Vesp.* cap. 23. *Hav.*

1021 *Somno devincti*] In vet. nostris: *devicti*. *Giffen.*

1022 *Totius humorem saccatum, &c.*] Sic esse legendum indicavit mihi *Adr. Turneb.* (*Adv.* 13. 14. 17. 18. et 27. 35.) conjectura facta ex cod. *Berlin.* scriptura *saccatum*. lotium autem significat *Lucret.* per humorem totius corporis saccatum. Lotium enim nihil aliud est, quam 'humor corporis saccatus,' i. e. per totum corpus quasi per saccum percolatus. Atque hoc eodem nomine lotium appellat *Arnob.* lib. 2. *adv. Gent. de Animab.* loquens: 'Corporibus involutæ inter pituitas et sanguinem degerent: inter stercoris hos utres, et saccati obscæntissimas serias.' 'Saccatum' autem participium est pass. a verbo *saccor*, aris, quo utitur *Martial.* *Epig.* 2. 40. ad *Tongillium*: 'Cæcuba saccetur, quæque annus coxit *Opimi*: Condantur parco fusca *Falerna cado.*' *Lamb.* Præclare *Turnebus saccatum*, cum in quibusdam libris esset: *saccatum, sacratum, siccatum*. *Giffen.* *Honeste positum pro lotio.* Notum quid sic 'saccus' et 'saccare,' ubi de vino et laticibus percolandis agitur. *Gall. une chausse.* *Faber.* 'Cæcuba saccetur, quæque annus coxit *Opimi.*' *Creech.*

1023 *Babylonica*] *Petronius Arbitr.*: 'Clausus aureo plumato *Babylonico.*' *Josephus* lib. 6. de *Bell. Jud.* 'Anleum longitudine pari, hoc est velum *Babylonium* hiacynto et bysso et cocco et purpura variatum. mirabili opere factum: neque rationis inopia colorum permistione: sed velut rerum omnium imaginem perferens. Cocco enim videbatur ignem imitari: et bysso terram, et hiacynto aërem: ac mare purpura: quoniam byssum quidem terra, mare autem purpuram gignit: eratque in eo perscripta omnis cœli ratio præter signa.' *Pius.* 'Babylonica,' vestes stragulæ avectæ ex *Babylonia,*

diversis colorib. intextis pictæ. In vocabul. Latino-Græco Manusc. sic explicatur: 'Babylonicum, *καλύματος*, i. e. vestis filis versicoloribus contexta. Plaut. Stich. 2. 2. 54. 'Tum Babylonica peristromata, consuataque tapetia.' Plin. 8. 48. 'Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, et nomen imposuit.' Martialis 8. 28. 'Babylonia picta superbe Texta, Semiramia quæ variantur acu.' Lamb. Babylonica tapetia magnifica et splendida, ut apud Virg. 'Equos splendore nivali,' in *Æn.* 3. 538. Faber.

1023 *Rigantur*] Lottio consperguntur a pueris somnoiantibus. Lamb.

1024 *Tum, quibus ætatis freta*] Tum adolescentes (inquit) quibus 'freta,' i. e. æstus, et fervores ætatis primum insinuantur, &c. i. e. qui incipiunt rebus Veneris idonei esse. 'Fretum' (inquit Varro) 'a similitudine ferventis aquæ, quod in fretum sæpe concurrat æstus, atque effervescat.' Lamb. Ætatis æstus et fervor, adolescentia scilicet. Faber. Ubi quidam Lucretii immodestiam, ibi ego illius artem agnosco et suspicio: neque profecto ille unquam aliquid de hujusmodi insomniis, nisi ad connectendam sequentem de libidine et amore disputationem necessaria fuisset istorum explicatio. Creech.

1025 *Ipsa dies*] Matura rebus Veneris ætas. Faber.

1026 *E corpore quoque*] Ita ex vet. libris restitui. In aliis quibusdam, *quoque*. In aliis, *quæque*. Gifan. Corpus persona est, 'Salvete optima corpora.' Ennius. Faber.

1027 *Nuntia præclari voltus*] I. e. quæ nuntium formæ alicujus eximie ad eorum animos in somnis perferrunt. *Nuntia*, i. e. nuntiantia: adjectivum est, nuntius, a, um. Lamb.

1028 *Qui ciet*] Qui vultus eximius, quique color pulcher commovet iritando loca, in quibus inest semen virile. Nam per 'loca' hoc loco sedeis

eas virileis, in quas semen virile jam concoctum, et ad gignendum aptum confluit, significat. Aliis per 'loca' magis proprie membra muliebria significantur. infra eod. lib. 1260. 'quia sic loca sumere possunt Pectoribus positis.' eod. lib. 1268. 'atque locis avertit seminis ictum.' Lamb.

Turgida] Seminis et spiritus plena. Hor. Sat. 2. 7. 49. 'Turgentis verbera caudæ.' Lamb. Sæpius de muliere, quam de viro occurrit. Faber.

1029 *Ut quasi transactis*] Adeo ut, quasi re Venera transacta, et ad extremum perducta, profundant semen. Perfica autem dicta est ea Dea, quæ rem Venerem perficit: ut supra diximus. *ἔφοισργυλον* porro, i. e. seminis profusionem nocturnam, et in somnis factam, significat tectis verbis: quam describit Horat. simplicius Sat. 1. 5. 82. 'somnia tamen aufert Intentum Veneri: tum immundo somnia visu Nocturnam vestem maculant, ventremque supinum.' Lamb. Quasi τῆν Ἀφροδίτην τελέσαστες, uti optimum scriptorem, et harum rerum peritum, loqui scimus. Faber. Theocritus Idyll. 2. 143. Ἐπρόχθη τὰ μέγιστα. Creech.

1030 *Fluminis ingentis fluctus*] I. e. magnam copiam seminis fluentis. Quidam tamen legendum censent, *Seminis ingentis fluctus*. Atque hoc quidem modo in sec. ed. edendum curavi. Nunc vero veterem scripturam, et receptam retineo, *Fluminis*, existimans dictum a Lucr. 'fluctus fluminis' ὑπερβολικῶς, pro multo semine flumen. Sic fers 2. 354. 'Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.' Lamb. Legendum putarem, *Seminis*, aut *Fleminis*. Sed a libris non ausim recedere. Inf. etiam variatum est, 6. 1061. *Gif*.

1030 *Crumentent*] I. e. polluant, inquinent, et maculent: semen enim virile, sanguis est: sanguis autem 'crumentat,' i. e. contaminat, et inquinat: ex quo 'crumentum' pro impuro

usurpatur etiam a Lucretio lib. 6. *Lamb.*

1031 *Sollicitatur*] Commovetur, concitatur, *boasteras*. Sic enim interpretatur auctor vocabularii manuscr. Latino-Græci. Festus autem, 'Sollicitare,' inquit, solo citare, i. e. ex suo loco movere: quod et alibi retulimus. *Lamb.* Tota libido, tam quæ ad animum, tam quæ ad corpus spectat, vs. 18. explicatur: formosa viz. simulachra animum commovent. Ille vero semen ex omnibus membris in partes genitales deducit, quæ partes tament, deinde res ipsa peragitur. Præter hæc nec Venerem nec Cupidinem expectes. *Creech.*

1032 *Adulta atas cum primum roborat*] Statim ineunte juvenia, seu initio ætatis adultæ et corroboratæ. *Lamb.*

1034 *Una Hominis vis*] Sive imago formosi corporis commovens animum, sive animus ipse semen e toto corpore deducens. *Creech.*

1036 *Decedit corpore toto*] *Toto*, inquit, quod non temere. Hinc itaque suspissime fit, ut mutilati parte aliqua corporis mutilatos etiam gignant; quod certissimis exemplis probari posset; nisi id alii fecissent. Semen itaque ex omnibus membris; neque aliter sensisse Tertullianum constat, ut ostendit locus quidam, qui a me superius allatus est, cum tamen alia res ageretur. *Fab.* Hoc quidem verum, sed aliud agebat Lucretius, quod alii conjiciant melius quam ego exprimam. *Creech.*

1039 *Inritata tument*] Hic versus, et is qui proxime sequitur, mihi suspecti sunt. Nam de tertio, cujus initium est, 'Incitat inritans,' &c. non dubito quin sit adulterinus, et spurius. 'tument' autem, i. e. *δρῶσι*. *Lamb.*

Fitque voluntas] Sic habent quinque lib. manuscr. quibuscum consentiant omnes typis excusi, præter Florent. qui habent *fitque voluptas*. *Lamb.*

1040 *Ejicere id, quo se*] Fit voluntas ejicere semen in illud vas quo elaborat ejicere voluntas hominis: quæ causa est ut inter coëundum cum gaudia quis adiret, mens memor 'admonuit dominæ: deseruitque Venus.' *Pius.* Versum sequentem, 'Incitat inritans,' &c. ut spurium (nam et a veteribus nostris aberat, et alieno loco inculcatus erat) ablegavi. *Gif.* *Incitat inritans, &c.* Hunc versum ex illo qui paulo ante positus est, 'Quæ ciet inritans,' &c. inepte a nescio quo, alieno loco repetitum, delendum censeo. *Lamb.* Delendus versus. *Faber.* Huic quidam subjiciunt *Incitat inritans loca turgida semine multo. frustra. Creech.* *Ejicere.* Quidam Codd. *Eticere*, sed perperam, confer vs. 1035. et 1267. *Hav.*

1042 *Namque omnes plerumque*] Hunc versum et duos deinceps sequentes, ut spurios, delendos censeo. Fuerunt enim adjecti ab aliquo inepto, qui putaret aliquid deesse ante versum illum, 'Sicigitur,' &c. quasi Lucretius uti voluisset similitudine hominis ab altero vulnerati, cujus sanguis continuo in percussorem propinquum redundaret. sed neque Lucretius uti voluit illa similitudine, nisi quod dixit, mentem id corpus petere, unde est saucia amore; neque hi versus satis significant, quod voluit eorum auctor. Præterea illud, *omnes plerumque cadunt*, inepte dictum est: sic potius dictum oportuit, *omnes plerique*. Ter. Andr. 1. 1. 28. 'Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.' Cæs. lib. 2. de Bell. Gall. 'Nam plerisque omnibus Gallis præ magnitudine corporum suorum brevis nostra contemtu est.' præterea illud *icitur icetu*, improprie et inusitate dictum est. Tum hoc totum, *Etsi comminus est, hostem*, sive, ut habent alii lib. *es tum ruber, &c.* neque satis Latine dictum est, et obscurum est. Denique tota elocutio, et sententia horum ver-

suum, frigida et inconcinna est. Cum hæc scripserim atque edidissim, Thraso scripsit, me hos versus treis *ἄβελῆς* pessime. immo vero tu sycophanta eos pessime et indoctissime retines: et, si aliquid sciperes, ista non scripsisses: si os haberes, aut nisi esses *κωλύτης*, isto modo non scripsisses. *Lamb.* Tres hos versus eradit Lambinus; pessime. *Gifan.* *Cadunt in vulnus*, i. e. in eam corporis partem, quæ vulneratur, 'cui adactum est vulnus;' ut *Virg. Æn. 10.* loquitur. Imo 'vulnus' pro hasta aut telo poetis familiare est. *Virg. Æn. 2. 529.* 'Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur.' *Stat. 9. Theb.* 'vulnus tamen illa retentum Pertulit.' Item *lib. 11.* 'Cum subitum obliquo descendit ab aëre vulnus.' 'Cedit in vulnus' igitur Latine eleganter dicitur, ut 'cadit in ense.' 'Vulnus' a vellendo. *Preig. Namque.* Hunc versum cum duobus sequentibus expunge. *Fab.* Hunc et duos sequentes versus rejiciunt interpretes, qui tamen ad rem facere, et non indigni Lucretio videntur. *Creech.*

1044 *Hostem ruber occupat humor*
Ita vet. nostri, et alii. *Vulg. os tum;*
male. *Gifan.*

1045 *Veneris qui telis accipit ictum*
Qui amat, qui amore saucius est. *Virg. Æn. 4. 1.* 'At regina gravi jandudum saucia cura Vulnus alit venis.' *Lamb.*

1046 *Sive puer membris muliebribus*
Sive hic pueri amore captus est, ut ejus flore ætatis abutatur ad rem Veneream, &c. *Lamb.*

Membris muliebribus Membris molli-
bus, qualia sunt muliebra: vel parte
postica, τῶ πρῶτῳ. *Lamb.* Mollicellis,
delicatis, quæ meram spirant Cyprina. *Faber.* Quænam vero sint
'Membra pueri muliebra' inquirent
qui nesciunt; certe puer mollicellus
et delicatus neque ac 'mulier toto corpore'
amorem jactaret. Sed recte

Faber. Creech.

Jaculatur] Tamquam jaculo ferit.
translatio. proprie Hor. posuit *Od. 1. 2. 3.* 'sacras jaculatus arceis.'
Lamb.

1050 *Namque voluptatem præagit*
Duo libri manuscr. habent, *Namque voluptatem præagit muta Cupido.* Sententia autem hæc est: nam vehemens et acris 'Cupido,' sive libido, voluptatem quasi auguratur, et sibi ante promittit. Sic inf. non longe: 1099. 'Cum jam præagit gaudia corpora.' *Lamb.*

1051 *Hæc Venus est nobis*] Hæc Cupido Veneris nomine dicitur. *Faber.*

1052 *Hinc autem est nomen*] *Codd. Vatic. et Faërn.* habent, *hinc mite est nomen Amoris.* *Lamb.* Levis mutatio, tamen necessaria: leg. *numen.* *Creech.*

1052 *Hinc illa primum Veneris*] Secutus sum libros quattuor manuscr. qui partim sic habent, *Hinc illa primum Veneris, &c.* partim sic, *Hinc illam et primum, &c.* Illa enim, et illam et, depravata sunt ex illa. 'illæ' autem pro illius positum, ut paullo post: 'rabies unde illæ germ. surgunt.' Hujus autem loci hæc sententia est: Hinc, nempe ex cupiditate, seu ex amore, primum gutta dulcedinis, quæ inest in Venere, stillavit in animum: deinde consecuta est cura, animum graviter angens, et sollicitans. vel dic, hinc primum, id est, ex simulacris et imaginibus: quod magis probabo. Longum sit autem ad singula lectorem admonere, has omnes emendationes sic sequi et probare Thrasonem, ut suus. *Lamb. Illæ, i. e. illius.* *Faber.* *Hinc illa primum,* sic omnino lego ex veteribus. A longum ob *PR.* vulg. *illata.* Lambinus *illæ,* contra vet. libros. Quidam veteres, *illam;* male. *Gifan.*

1053 *Frigida cura*] Liber Memmian. habet *fervida cura.* Ego nihil muto: sic enim Hor. *Epist. ad Jul. Flor. 1. 3. 26.* 'Frigida curarum momenta re-

linquere posses.' *Lamb. Fervida* quidam libri, et Marull. *Givan*. Necessario revocandam arbitror lectionem *Ms. fervida*; eam certe quilibet probabit, qui nunquam ex animi sententia dixit, 'Nunc scio quid sit amor.' Cura illa, de amore dico, *fervida* est; coquit, urit ille nitor, *μαλερόν βέλος, πυρόντα βέλωμα, πυρί πάντα βέβαπτα*. Post illam 'dulcedinem' tum 'anxi-feræ curæ' succedunt, uti Cicero vocavit. Locus Horatii, 'Frigida curarum fomenta relinquere posses,' qui ab interprete allatus est, haud-udum etiam odorari potui quo pertineat; nihil enim ad Lucretium, &c. *Faber*. Probabit etiam ille, qui observat Lucretium ortum Cupidinis, atque incrementum explicare, primum Veneris gutta in cor stillat, deinde vehemens cupido, quæ per simulachra jugiter advenientia, imo per fabulas nutritur. *Crech.*

1064 *Nam si abest*] In particula 'si,' si non eliditur, et corripitur, sequente vocali. sic 5. 7. 'Nam si, ut ipsa petit majestas cognita rerum.' et 2. 617. 'Vivam progeniem qui in oras luminis edant.' Quod autem ad sententiam attinet, expressit amoris affectum, et amantium consuetudinem: quæ talis est, ut absentium desiderio tabescant, et præsentiam concupiscant, atque expetant. Quod et Arist. significavit libro nono de morib. ad Nicomachum, his verbis: *Μή γάρ προσθεῖς τῇ ἰδέῃ, οὐδέεις ἑρῆ: ὁ δὲ χαίρων τῇ εἶπει, οὐδὲν μᾶλλον ἑρῆ, ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπὸστα ποθῆ, καὶ τῆς παρουσίας ἐπιθυμῆ.* l. e. 'Nemo enim amore capitur, qui non fuerit ante forma specieque delectatus: nec tamen is qui specie delectatur, continuo amat, sed tum, cum et absentem desiderat, et præsentiam concupiscit.' Consentanea his sunt illa Terentiana in Eunuchō, quæ Thaidi dicuntur a Phædria: l. 2. 112. 'egone quid velim? Cum milite isto præsens, absens ut esies? Dies, nocteisque me ames, me desideres,

Me somnies, me exspectes, de me cogites, Me speres, me te oblectes, mecum tota sis,' &c. *Lamb.*

1066 *Sed fugitare decet*] Quam pulchris versibus, quam gravibus sententiis deterret nos ab amore Lucretius? Quam aperte et luculente amantium furorem insaniamque ob oculos proponit? Quam docte et perite amoris incommoda et molestias enumerat? Quam merito et vere ejusdem voluptates extenuat, elevat, ac deprimit? Quam perspicue amantium in re ipsa Venerea transigenda, atque in ipso corporum complexu rabiem describit? Digni versus, qui accurate legantur atque ediscantur: digna præcepta, quæ et juvenes et viri his levitatibus amatoris dediti penitus in animo recondant. proderit etiam legere quæ scripta sunt in amorem a M. Tull. lib. 4. Tusc. *Lamb.* In toto Latio, quantum quantum est, nihil, ut opinor, quidquam legas, quod eque legi oporteat, atque eos versus qui hunc sequuntur. Sed tamen reperiuntur olim fuere nonnulli, hodieque reperiuntur ejus generis bene multi, qui illos ab oculis hominum, si fieri queat, removendos esse contendunt, quasi si insigni quadam turpitudine scateant. Miserum itaque Poëtam nostrum, cujus tam frugiferum, tamque salutare consilium, adeo improperos eventus habeat, quamvis enim totis exclamet faucibus, 'Sirenas hilarem navigantium pœnam, Blandasque mortes, gaudiumque crudele, Effugite, o miseri, tortumque ab littore funem Rumpite;' quamvis tot argumentis probarit, certissimam homini pestem ab re Venerea esse, atque adeo cane pejus et angue vitari oportere nugivendulas istas mulierculas, quæ suos amatores offrenatos ductitant; quamvis rem, famam, sanam mentis corporisque valetudinem, ea via defuere ostenderit; tamen id ubi præstitit, ibi tum viri boni, Heus, (inquiunt, et quam longe quidem)

fuge turpia, obscena dicta, 'spurciculos, immemorabiles versus, amationes,' &c. Sed, o boni, si boni estis, nihil hic spurciticum, nihil immemorabile. Si quid tale videbitur, id vitio legentis, non poetæ adscribendum erit. Hoc certe videor affirmare posse: Si, quæ a Lucretio hic ascribuntur, ea pro fœdis et flagitiosis dictis habebuntur; longe illis turpiora, longèquæ fœdiora reperiri in eo libro posse, quem nemo sine præsentis famæ periculo reprehendat. At enim, sentio, virum illum sanctissimum (quem appellare, nunc quidem, haud sane magnopere attinet) dicent ea gratia rem ipsam, quamvis turpissimam, tam aperte tamque perspicue tractasse, ut ex tanta tamque flagitiosa descriptionis fœditate vitium illud magis aversabile fieret. Fateor, neque unquam aliter sensi. Sed Lucretius quo fine scriperat? an ut lenonias operas præberet, et ex pessimo omnium mercimonio rem faceret anctiorem? Hoc quidem multis temporibus alii poetæ fecere, quibus profuit, et nunc fortasse nonnullis prodedit; sed vitæ integritas, gravitasque morum, ac tot saluberrima præcepta hic illic per totum opus sparsa, huiusmodi suspicionem longe a Lucretio amoliuntur. Paucis dicendum; vin' scire quod ipsi consilium fuerit? En tibi: 'Sed fugitare decet simulacra et pabula amoris Absterrere sibi, atque alio convertere mentem; Nam certa et pura est sanis magis inde voluptas Quam miseris: Etenim potiundi tempore in ipso Fluctnat incertis erroribus ardor amantum; Nec reperire malum id possunt quæ machina vincat. Usque adeo incerti tabescunt vulnere cæco. Adde quod absunt vires, pereuntque labore, Adde quod alterius sub nutu degitur ætas. Labitur interea res, et vadi-monia fiunt; Languent officia, atque ægrotat fama vacillans. Si nescis, etiam medio de fonte leporum Surgit

amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. Ant quod conscius ipse animus se forte remordet, Desidiose agere ætatem, lustrisque perire; Ant quod in ambiguo verbum jaculata reliquit; Quod cupide affixum cordi vivescit ut ignis; Unde fit ut melius multo vigilare sit ante, Qua docui ratione, cavereque ne inlaqueeris.' Ain' tu, Lector, qui ita loquantur, eos hortatores scelerum vocemus, an dehortatores simul facundiasimos, simul acerrimos? *Faber.* Hæc de consilio poetæ Faber, nec falso: nihil de dictione, quæ tamen est purissima, nec Lucretium in ulla parte totius operis quam in hac magis diligentem invenies, ita vero simplex et significans, ut interpretationem non admittat. Quippe in iis vocibus quæ parum verecundæ sunt, Latium, saltem quod ego scio, non est copiosum, Latina quidem habet et Romana verba (vid. Martialis lib. 11. Ep. 20.) sed ea tamen parce invenit, et parcus utitur. *Creech.* Senec. Ep. 69. 'Ei, qui amorem exuere conatur, evitanda est omnis admonitio dilecti corporis: nihil enim facilius, quam amor, recrudescit.' *Preig.*

1057 *Absterrere sibi*] Sic quidem habent libri omnes, et manus. et vulg. sed videtur mihi legendum esse, *Abstergere sibi*, &c. hoc enim loquendi genus est insolens et prope absolum, *Absterrere sibi pabula amoris*, pro eo quod est a se depellere: alteram autem *Abstergere sibi amorem*, et *Abstergere amoris pabula*, ita consonum atque usitatum, ut 'Abstergere molestiam,' 'dolorem,' 'metum,' 'luctum.' Dixit tamen inf. eod. lib. in extr. 'Nec divina satum genitale numina cuiquam Absterrant,' &c. si cui forte illud huic simile videatur. Cum hæc scripissim olim, Zoilus meam conjecturam arripuit, et se ita in suis lib. vet. scriptum reperisse testatus est: cui non credo. Sed tamen cum me laudavit imprudens,

atque adeo invjtus, in eo, quod meam conjecturam auctoritate lib. manuscr. comprobata significarit; tum suo ingenio indulsit in eo, quod hanc emendationem, sive vera sit, sive seens, sibi adscripsit. *Lamb. Abstergere sibi*, hoc ex vet. libris reposui. ut et inf. hoc lib. 1228. et 5. 844. recitissime. *Vulg. Abstergere*. Gifan.

1057 *Alia*] Ad virtutem quæ est homini ūrma possessio: de qua Cicero ad Atticum. 'Nihil est (mibi crede) virtute formosius: nihil pulchrius.' de qua Chrysostomus in Mattheum sic: 'Invicta res virtus est: et talis res est ut nequam etiam homines et admirent ipsam et iudent.' Aristotelis sententia est lib. 2. Politicorum: 'Ubi autem non maxime honoratur virtus, ibi non est possibile firmum optimorum esse in Republica statum.' De virtute sic Plato in Phædro: 'Disciplina nihil apud Deos et homines revera aut est aut erit unquam venerabilius. hac tanquam Ulyxis moly Sirenes hujus mundi h. e. voluptates evitabimus.' Præcipue ab amore declinandum cum cani capilli prudentiæ nuntii decidunt: quod lepide poëta Græcus ita cecinit: Ἡράκλειος. τίς δ' ὀδύξει; κενόμακα. τίς δ' ἀμύπητος Κόρυμνος; ἀλλ' ἐμάσθη. ἔκ τίνος; ὀδύξει θεοῦ; Ἐβρίφθω. πολλή γὰρ ἐπέτρεται ἀπὸ μελαίνης Θυρίξ ἦθη, συνειρῆς ἑγγυλοῦ ἡλικίης. Καὶ παλῶν δεκακάρδης ἐπαύλασεν ἠρίκα καὶ νῦν Ὀδύξει, λατρίης φροντίδος ἀφύμεθα. Nos pro tempore Latina sic fecimus: 'Lusimus, o veneres, satis anxia pectora amori Jam dedimus. Procul o sit procul iste furor. Tempora canis obit mea, quæ jam nigra fuerunt, Canis prudentis nuntius ingenii. Donec erat tempus sat lusimus: arripere at nunc Est operæ lusio utilis iter.' *Piss.* At vero ea mens Lucretii non est, verum ut unius puellæ amorem dissolvat usu promissio. *Hæc.*

1058 *Et facere humorem conlectum*]

Secutus sum duos cod. manuscr. mihi tamen non displicet amici cujusdam mei conjectura, qui putat legendum *congestum*: quam adjuvat codex Memm. ceteri libri manuscr. et item vulg. habent *conjectum*. quæ scriptura tamen non est repudianda. *Lamb.* Ita veteres quidam. In aliis vet. ut in vulg. *conjectum*. Gifan.

1059 *Nec retinere semel conversum*] Olim edideram *conceptum unius amore*, quod sic haberet cod. manuscr. Memm. et typis excusi Florent. nunc *conversum*, ut habent ceteri, mihi magis probatur. Ne hoc quidem dissimulabo, ad oram libri Memmian. annotatas esse has varias lectiones, *congestum, conceptum, concertum*. ex quo postremo licet facere *consertum*. *Lamb.* Revocandam esse arbitror quorundam codicum lectionem, quæ talis est: *Nec retinere semel conceptum unius amorem*. Id verius quam si tripode ex Phæbi, &c. *Faber. Conversum*. Sic vet. libri fere omnes, et vulg. Sed Marullus et Lambinus, ex quibusdam codd. *conceptum*. Gifan.

1059 *Unius amore*] Sic habent tres lib. manuscr. et nonnulli vulg. alii, *amorem*. *Lamb.*

1061 *Ulcus*] Vid. Mart. Ep. 60. lib. 11. *Creech.*

Inveterascit] Ita Ter. 'fecit ut inveteraserent,' i. e. viverent, diu considerarentur atque expeterentur. Ita etiam Tullius. *Faber.* Ter. Prol. Hecyr. vs. 12. 'Novas qui exactas feci ut inveteraserent.' Donatus, 'Inveteraserent, in consuetudinem venirent:' Et Cicero 4. Tusc. 'Inveteratio autem, ut in corporibus, ægrius depellitur quam perturbatio.' *Creech.*

1062 *Atque ærumna gravescit*] Verbum aptissimum nomini 'ærumnæ' adjunxit. *Lamb.*

1063 *Si non prima novis*] I. e. si non veterem amorem novo amore deleas ex animo. Sic M. Tull. lib. 4. Tusc.

'Etiam novo quodam amore veterem amorem, tanquam clavo clavum, ejiendum putant.' *Lamb.*

Conturbent] Quo modo Catullus ad Lesbian: 'Dein cum millia multa fecerimus, Conturbabimus illa.' &c. *Creech.*

1064 *Volgiavaque*] Expressit Græcam vocem, *πρόδημον*. *Lamb.*

1068 *Nam certa, et pura est*] Nihil muto, tametsi tres libri manuscr. habeant, *Nam certe pura est*. nam etiam hæc scriptura, *Nam certa et pura est*, reperitur in libris manuscr. in Bertiniano, et Memmiano. ne quis dicat eam a Marullo excogitatam et confictam, quod scripsit *κινδύνης*: cum certum sit, hos libros a Marullo numquam esse visos. Præterea ipsum loquendi genus, 'Nam certe pura est,' &c. non est satis nitidum. Postremo certam voluptatem eorum qui hoc amoris cruciatu vacant, opponit incertæ alterorum voluptati: sequitur enim, 'etenim potiundi tempore in ipso Fluctuat incertis erroribus,' &c. *Lamb.* *Certe pura est*: hæc est vet. librorum scriptura. Marullus: *certa et pura est*. *Gifan.*

1069 *Miseria*] Amatoribus. Simile est illud Plautinum: Miser est homo qui amat. Festivissime poëta græcanicus miseris vel in hoc amantes appellat, qui cum ad incitas et paupertatem venerint spoliati patrimonio, quod muneribus assiduis ad puellam illiciendam dilapidarunt, nemo, nec quidem amica sua, dignatur amare. Versus ipsos meros Græcæ facundiæ flosculos inserere operæ pretium visum est. Alloquitur Socratem ex amore mendicum, quem amica fingeat non agnoscere: 'Ἡρόσθης πλουτῶν Σωκράτης: ἀλλὰ πένης ἐν Οὐκέρ' ἐρῆς' λιμὸς φάρμακον οἶον ἔχει. 'H δὲ πάρος σε καλοῦσα μίτρον καὶ τέρονον' Ἄδων, Μὴν φίλα, νῦν δὲ τε τοῖνομα κινδύνεται. Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πῶθι τοι πτόλις; ἢ μάλισ' ἔργως τοῦτ' ἔπος, ὡς οὐδέλις οὐδέτις ἔχορτι φίλος. Illexit lin-

gnæ transmarinæ venustas ut Latina facere hæc carmina tēntarem. experimentum habes. æqui bonique facies, si transmarinam venerem non ad unguem referre potui: 'Dives amas: Veneris solita non lampade ferves Pauper: habet tenuis pharmaca quanta fames! Te vocat ante rosam, calidum te dicit Adonim Panthea: nunc nomen vix tenet illa tuum. Unde? Quis es hominum? quænam tibi patria? nostin Verba miser? tenues nullus amicus amat.' *Pius*. Amore perditis. *Faber.*

1069 *Etenim potiundi tempore*] Quam sit miserum amare, vel hoc unum satis arguit ac declarat, quod eo ipso tempore, quo voluptate tantopere exoptata atque exoptata potiuntur amantes, ac fruuntur, eo (inquam) ipso tempore se mutuo mordent, velliant, et cruentant. *Lamb.*

1073 *Et denteis inlidunt sæpe labellis*] Hor. Od. 1. 13. 11. 'sive puer furens Impressit memorem dente labris notam.' Plaut. Curcul. 1. 3. 31. 'Pariter hos perire amando video. uterque insaniunt. Viden' ut misere moriuntur? neque queunt complecti satis?' Idem Mil. Glor. 4. 8. 25. 'labra labellis ferruminavit.' Idem Pseudolo, 5. 1. 14. 'Nam ubi amans complexus est amantem: ubi ad labra labella adjungit,' &c. interdum etiam linguam linguæ admovent, 'duplices ut linguas habeant,' quemadmodum idem Plaut. loquitur Asin. 3. 2. 105. *Lamb.*

1076 *Quodcumque est, rabies unde illa germina surgunt*] Sic restitui ex auctoritate quinque librorum manuscr. a quibus non admodum dissentiant codices vulgati Paris. et Veneti antiq. nam ceteri habent partim *Rabies unde illa hæc germinat urgens*: partim, *Rabies unde illa hæc germina surgunt*. 'Rabies' autem positum accipio pro rabiei, præterea *illa* generandi causus est, feminini generis, antiquus, de quo supra lib. 2. ibi, 'anæ-

que figuræ: ut sit hæc totius hujus loci sententia: Et stimuli subsunt (inquit) qui amanteis incitant atque impellant, ut id ipsum lædant, unde rabiei illius germina oriuntur, atque augescunt; quodcumque illud tandem sit, sive color, sive facies, sive pars alia alicujus corporis. nomina autem quintæ sic inflectebant antiqui, ut alibi diximus: 'rabies' in casu recto: 'rabies,' et 'rabie,' et 'rabiei,' et 'rabii,' in patrio. Cum hæc edidisset, Thraso, ut aliquid sapere videretur, hæc omnia approbavit, et secutus est, præter-quam quod edi voluit, *Illæ hæc germina surgunt*: inepete. Nam hæc natum est ex diphthongo; quæ erat in provocabulo 'illæ.' Quod autem quidam doctus, idemque amicus meus, legi posse putat, *Rabies unde illæc germina surgunt*, non multo magis placet. Nam pronomen demonstrativum, quod cohercat cum voce 'rabies,' necessario debet interesse, meo quidem iudicio. quod non esset, si *illæc*, seu *illæc* legeretur. Verumtamen judicent eruditi. Omnino non negaverim, multo tolerabilius ferri posse hanc lectionem, *Rabies unde illæc germina surgunt*, quam illam, *Rabies unde illæ hæc germ. surg.* Lamb. Ita vet. nostri. In quodam meo: *ille*. male. et ita fere Lambinus. *Gifan. Rabies illa*, Rabiei illius. Sic enim nomina quintæ olim inflectebantur. 'Dies,' gen. 'Dies,' vel 'Die,' vel 'Dii'; Veteres passim. *Faber. Illius rabiei*. Ita enim veteres. vs. 1053. 'Illæ dulcedinis.' *Creech. et Voss. de Anal.* 2. 19. p. 338.

1077 *Sed leviter pœnas*] I. e. sed Vœnis, seu res Venerea, pœnarum et doloris sensum aufert, aut certe minuit. *Lamb.* Doloris, et morsuuncularum stimulus minuit. *Faber.*

1081 *Totum*] Nescio qua ratione impulsu omnes Lucretii editores pro hac voce *coram* substituerint atque approbaverint, contra omnes Mss.

Delph. et Var. Clas.

Natura, inquit, 'repugnat,' i. e. negat, et ostendit totum illud contra fieri. Ita l. 694. de Heraclito: 'Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat.' i. e. negat operationes sensuum per sensus ipsos, ab iis sumens argumentum. *Hav.*

1082 *Quotius quam pluria habemus, Tam magis*] Sic restitui, tres libros manuscr. secutus. ex vulgatis enim alii habent, *cujus quo pluria*: alii, *cujus quam plurima*: alii, iique deterrimi, *cujus quo plurima*. Lamb. *Cujus quam pluria habemus, Tam, &c.* Ita in vet. libris. *Vulg. quo. dira* etiam est in vet. libris. Sic sup. vs. 1040. *dira lubido. Vnlq. illa. Gifan.*

1084 *Nam cibus atque humor*] Ostendit dissimilitudinem ejus voluptatis quæ percipitur ex cibo et potu, ab ea quæ proficiscitur e re Venerea, hoc modo: cibus et potus (inquit) in corpus ejus qui est et bibit assumuntur; et in ventrem intromissi certas corporis sedes occupant: quo fit ut fames et sitis expleantur cibo et potu, et ita desinat animans esurire et sitire. At qui amat, nihil ex ore et grato colore ejus quam amat detrahere ac demere potest, præter inania quædam simulacra: quæ nulum locum occupant. quare amantem satiare atque explere non possunt. *Lamb.*

Adsumitur intus] Fortasse legendum *intro*. Lamb.

1088 *Præter simulacra fruendum*] Secutus sum codices quattuor manuscr. et omneis vulgatos. Nam Vaticanus habet *feruendum*, ex qua scriptura suspicatur doctus quidam legendum *ferendum*. 'ferendum' autem interpretatur auferendum, ut ibi apud Hor. Epist. ad Jul. Florum l. 1. 3. 25. 'Prima feres ederæ victricis præmia.' et Epist. 2. l. 120. 'non temere a me Quivis ferret idem.' et Virg. 5. 248. 'magnum dat ferre talentum.' quæ lectio mihi non displicet.

Lucreti.

4 Y

cet, videturque non invenusta. sed receptam damnare non possum. *Lamb.*

1089 *Tenuia*] Proceleusmaticus pro dactylo, aut spondeo, ut sæpe alias: vel dicendum x hic esse consonantem. *Lamb.*

Quæ vento spes raptat sæpe] Si hæc scriptura emendata est, aut vero si hic versus Lucretianus est, sic videtur explicandus: Quæ simulacra tenuia spes misella sæpe raptat 'vento;' i. e. in ventum, seu cum vento. Quæ tamen sententia absurda est: videtur enim ita potius dicere debuisse Lucretius: Quæ simulacra una cum spe ventus sæpe rapit et dissipat: quidam amicus meus putabat tolerabiliorem fore scripturam, si ita legatur, *quæ in ventos spes raptat sæpe misella.* sed etiam in hac lectione hoc inest vitii, quod spes amantium non raptat simulacra in ventos; sed ipsa spes sæpe una cum simulacris videtur quasi a ventis raptari. Ego malim hoc modo legi, *quæ ventus spes raptat sæpe misella.* 'ventus spes' autem, i. e. ventus spei, ut per ventum spei, spem levem, et incertam, et fallacem intelligamus. Omnino locus hic mihi valde suspectus est, neque puto hunc versum esse Lucretianum; eoque sublato planissima sententia est. *Lamb. Tenuia, quæ vento spes captat.* In libris quidem: *raptat.* Sed *captat* ego scripsi. *Vento,* forte pro frustra, i. e. quæ non tam sibi quam vento, ut ea ille differat, captat. Ita mox: 'frustra que laborat.' *Gifun.* Misera vero, si qua alia, res amor est, nugæ, somnia, nihil, aut pæne nihil, si ex pulchellis corporibus tenuia tantum simulacra decerpere licet. Quid igitur illud attinet, color verus, corpus solidum et succi plenum? quid, 'Flos ipse,' &c. quid? quando omnia prætervolant, 'Quando in amore Venus simulacris ludit amantes, Et frustra comprehensa manus effugit ima-

go, Par levibus ventis volærique simillima somno.' Hæc ipsum est quod apud Lucretium legis, hominem illius mercimonii haud imperitum: 'Ex hominis vero facie pulcroque colore,' inquit, 'Nil datur in corpus præter simulacra fruendum Tenuia, quæ vento spes raptat sæpe misella.' Sed tertius ille versus, Lector, placetne? *Lambino* certe displicebat: neque id injuria; illum itaque ut Lucretio patre indignum verso stylo confixit. At *Gifanius* ita scribendum existimat: *Tenuia, quæ vento spes captat sæpe misella.* Ibi que ad oram editionis suæ hæc adscribit: 'In libris quidem, *raptat*; sed *captat* ego scripsi. *vento,* fortasse pro frustra, i. e. quæ non tam sibi quam vento, ut ea ille differat, captat. ita mox 'frustra que laborat.'" Dii boni! Car hæc non legerat *Lambinus*? quam belle, quam festivo hominem adhibuisset! Quid enim, quæso, obcurius vel Sphinx ipsa diceret? Quis, nisi plane Latinitatis expertus, scribat, *spes misella captat vento simulacra*? Deinde homo ingeniosus non vidit illud *sæpe* vitiosum esse; quod enim hoc loco asserit Lucretius, nos in amore simulacris tantum frui, 'Nec manibus quidquam teneris abraderè membris,' id perpetuo verum est; si 'sæpe' fieret, aliquando quoque non fieret. Itaque ubi primum per ætatem Lucretium legere paulo attentius coepi, ea uua vox mendi suspicionem commovit: ibique dubitabundus, hærens, defixus, steti aliquandiu, (nam sex septem dies locum hunc animo versavi, *ὀδὴν ὑπερβολικῶς* dico :) tum denique, sic Dii voluistis, ad veram lectionem pervenimus, *Simulacra fruendum Tenuia, quæ venti suevit raptare procella.* De hac emendatione eorum erit iudicium, qui poëtæ sunt, aut qui poëtæ legerant. Eam enim exemplis hinc illinc collatis firmare nihil necesse; quippe cui-

libet obvia sunt. *Faber*. Rejicit Lambinus. Gifanius, *Qua vento captat spes saepe misella*. *Vento* pro frustra, i. e. quae non tam sibi quam vento, ut ea ille differat, captat: ita mox, 'frustraque laborat.' Hunc vero locum sex septemve dies in animo versans *Faber* tandem ad veram lectionem pervenit: *Tenuia, quae venti suavit replare procella*. At versum, lector, vel ita emendatum rejice. *Creech*. Forte rectius distinguas: *Tenuia, quae vento spes raptat saepe, misella*. *Hav*.

1091 *Stinguere*] Restinguere. Eodem verbo alibi iterum atque iterum utitur, ut §. 827. 'Evanescere paulatim, stinguique colorem.' *Lamb*.

1093 *Torrenti fumine*] Codex *Bertinianus* habet *torrentis*, mendose. *Lamb*. et *Vossius de Analogia* §. 27. p. 162.

1096 *Abradere*] Auferre, detrahere. *Lamb*.

1098 *Flore fruuntur Aetatis*] 'Florem aetatis' appellat, quem *Græci* *ἔπος* et *δράμα* dicunt. *Horat. Od.* 2. 5. 10. 'jam tibi lividos Distinguet auctumnus racemos Purpureo varius colore.' Sed non dissimulabo, in cod. *Bertiniano* legi *fruuntur*: in *Memmiiano* *luuntur*: quarum lectionum rationem nondum cogitando explicare potui. *Thraso*, cum hæc edidisset, scribendum curavit *flore utuntur*. Quid isto homine facias, qui videtur ea gratia esse natus, ut aliis risus præbeat, aliis stomachum faciat? Ita mera versuum portenta ex immani et barbaro pectore deprimta elegantissimo scriptori assuit. At suo capiti malum suat potius. Sed redeo ad hunc locum, et has scripturas vet. quas jam olim proposui, *tuuntur*, *luuntur*. ex his igitur ego nunc conjectura ductus facio *juvantur*: nam sive ex *t*, sive ex *l*, faciarus *i*, mutatio facilis est, ut ærunt hujus artis periti. Cetera jam æque facilia sunt. *juvantur* autem interpretor delectantur, quod statim agnoscat lector ingeniosus et

Latine doctus. Dicat mihi nunc *κωλύω*, utra probabilior sit conjectura, mea, an sua. Utrumcumque faciet, sive suam retinens, stuporis simul et impudentiæ se alligabit; sive meam magis probans, dirampetur; æquo animo feram. *Lamb. Flore utuntur Aetatis*. Ita ex vet. libris scripsi. In quibusdam vet. *tuuntur*: in aliis, *luuntur*; quæ ex *utuntur* depravata sunt. In vulg. et vet. quibusdam: *fruuntur*. Etiam non male; sed glossam sapit. *Gifan.* Amicus quidam meus monuit, hunc locum ita a *Palmerio* legi: *Denique conlatis membris cum flore luuntur Aetatis*. 'Luuntur' autem erit *λόωται*. 'flos aetatis' significabit *ἔπος γούρη*, seu, ut lepide vocabat *Lucilius*, 'Mutonis lacrymas.' Rem bellam scilicet, et ter bellam! Vides, præclara ingenia non amant quod in medio positum est: quid enim facilius *Latinusque*, quam 'frui aetata', 'flore aetatis frui' Quare *Palmerio* comes alius querendus est; solus eo. *Faber*. *Gifanius, Flore utuntur*. *Palmerius, Flore luuntur*, i. e. *λόωται*. Flos autem est 'Id quod sponte sua solet remitti, Cum mens est pathicæ memor puellæ.' *Luuntur* quam hic proprie, nemo ignorat, qui hoc sciat modo, cum perficiunt, solvi: vid. vs. 1107. De qua conjectura ita *Faber*: 'Vides, præclara ingenia...Ego solus eo.' *Lambinus Flore juvantur*. *Creech*.

1099 *Jam cum præsgit*] Cum in quibusdam codicib. manuscr. reperissem partim *dum jam*, partim *jam dum*, reposui, *jam cum*: quæ scriptura perspicue vera est: nam sententia adhuc pendet. *jam dum* autem non quadrat. *dum* enim significat perpetuitatem et continuationem quandam et spatium temporis: *cum* autem punctum et articulum temporis, quo aliquid fit, aut agitur. Cum *jam* (inquit) corpus præsgit, i. e. præsentit, et præcognoscit voluptatem rei Venerem propinquam. *Lamb. Dum*

jam. Ita omnes libri, sic fere sup. vs. 1049. Vulg. *jam tum*. quidam vet. *jam dum*. Gifan.

1100 *Atque in eo est Venus, ut muliebria conserat*] Verecunde rem obscenam circumlocutus est: significat enim tempus, quo vir inibi est, ut semen in loca muliebria profundat. *Lamb.*

Arvo] Sic Virg. Georg. 3. 135. 'obtusior usus Sit genitali arvo.' Sic inf. eod. lib. 1265. 'Eicit enim sulci recta regione viaque Vomerem,' &c. *Lamb.*

1105 *Nam facere interdum*] Nam videntur (inquit) interdum hoc facere velle, nempe alter in corpns alterius corpore toto penetrare et introire. *Lamb.*

1106 *Veneris compagibus hærent*] Mss. Lugd. Bat. in *compagibus*. Videtur tamen alteram esse Lucretianum ex vs. inf. 1198. 'Cum interea validis Veneris compagibus hærent.' *Hav.*

1107 *Liquescunt*] Sic habent aliquot libri manuacr. et typis excusi, quam scripturam si quis probabit, versus *Usque adeo cupido* legetur *ἐπιφανημυριανός*, hoc sensu: Tam cupido inter se cohærent Veneris vinculis adstricti: idque tamdiu, dum membra vi voluptatis labefacta liquescunt, et quasi in humorem resolvuntur. in aliis libris scriptum est *liquescant*, quam lectionem sic explico, ut jungam hoc totum *usque adeo dum*, cum verbo *liquescant*, hoc modo: usque adeo dum, i. e. usque eo, seu usque ad id tempus, dum (i. e. donec) membra liquescant, &c. *Lamb.*

1108 *Tandem*] Sed cum ad finem clivi noster anhelat equus, hoc est, cum expleverimus venerem, paulisper rabies illa residet. Sed paulo post rediviva recrudescit et recentatur. Mox 'nervis conjuncta,' &c. i. e. cum incipiunt agitata tumescere virilia tormento citharæque tentiora, opus est ad hanc rigidissimis nervis ut

stent membra quæ jacebant ante. Nam auctore Arbitro Petronio 'sine nervis aiunt stare nil potesse.' Quidam *venis* legunt: ut sit sensus: Quæ voluptas in venarum interiori fomite bacchabatur. *Pius. Tandem ubi se erupit nervis*. Sic libri quidem fere omnes habent: sed tamen amicus quidam meus legendum putat, *se eripit*. atque hæc lectio a Petro Candido in codicibus Florent. in calce libri annotata est. quale est illud 'se duxit foras,' apud Terent. et illud, 'quo nunc se proripit ille' apud Virg. Ecl. 3. 19. et illa nasitatisima, 'contulit se domum,' 'in urbem,' 'rus,' &c. ego tamen nihil mutandum censeo. *Lamb. Ubi se erupit*. ita recte. Vide Indicem. *Gifan.* Recte interpretes retinuerant hanc lectionem, quam et optimi Mss. conservant, perperam vero Creechius et Angli mutarunt; præter enim locos in Indice Gifanii adductos, locutus ita est Petronius c. 24. p. 594. 'Atque has erumpit furibuundo peccatore voces.' *Hav.*

Conlecta cupido] Alii libri habent *conlecta cupido*, quod idem valet: *conlecta* tamen malo. *Lamb. Vulg. conlecta*. Vide Indicem: 'Conlectus.' *Gifan.*

1109 *Pausa*] Intermissio, requies, *ἀνάπαυσις*, ut supra 2. 118. 'nec dare pausam Conciliis.' *Lamb.*

1112 *Quæ machina*] Quæ ratio, quod inventum, quæ ars, *τις μηχανή*. sup. 3. 957. 'Nam tibi præterea quod machiner, inveniamque,' &c. *Lamb. Machina*: Græcum est: *τις μηχανή*, *τί μηχανος*; Res nota. *Fab.*

1114 *Adde quod absumunt*] Sic 5. 1016. 'Et Venus immittit vireis,' sic Epicurus: 'Ἡ συνουσία ἕσθησε μὲν οὐδένιστον ἀγαπήτων δ', εἰ καὶ μὴ ἔβλαψε. i. e. 'Concubitus et usus rei Veneræ profuit nunquam: bene agatur cum homine, si non etiam nocuerit.' *Lamb. Vss. 28.* recenset incommoda amoris, quæ res damnosa est, et misera ser-

vitus; suspicionibus obnoxia, et cunctis, nisi prorsus insanias, pœniteat necesse est. *Creec.*

1114 *Adde quod...Adde quod*] Geminatio, quæ Caro nostro mire placuisse videtur. vide et 3. 840. et 1050. sic infra eodem hoc lib. vs. 1167. bis ac tertio conjunctionem illam 'nempe' repetit. *Preig.*

Nervos] Vires quæ domicillum et sedem habent in nervis. Nunc amoris incommoda refert. In primis corpus viribus exhaurit, pallidum rediens et exangue. 'Fecit amor maciem: longa internodia erurum,' inquit Ovid. Idem: 'Longus amor tales corpus tenuavit in usus: Aptaque subducto corpore membra dedit.' *Pius.*

1115 *Sub nutu*] Sub imperio, sub servitio alterius: cum nulla servitus deterior sit quam voluntaria. Consimiliter Tibullus libertate se spoliatum conqueritur, 2. 4. 2. 'Jam mihi servitium video: dominamque paratam. Jam mihi libertas illa paterna vale.' Suffragatur huic sententiam Propertianus ille versiculus 2. 18. 80. 'Nullus liber erit si quis amare volet.' *Pius.* Sub alterius arbitratu, sub alterius imperio et dominatu, nam servant amantes. *Lamb.*

1116 *Labitur interea res*] Res familiaris dilabitur, dissipatur, perit. Sic Plant. Trin. 2. 1. 16. 'Quam exemplo sævis sagittis percussus est, illico res foras Labitur, liquitur. da mihi hoc mel meum, si me amas, si audis. Ibi ille cucullus, ocellæ mi, fiat, et si amplius vis dari, Dabitur.' *Lamb.*

Res] Patrimonium. Ausonius in monosyllabis: 'Imperium, litem, venere, car una notet res.' *Pius.*

Et vadimonia sunt] Amantes contracto ære alieno vocantur in jus, et datis vadibus promittunt se iudicii diem obituros, atque in iudicio sturos: vel vades dati promittunt se prodigum illum amatorem, ad extremam jam egestatem redactum, et a

creditoribus in jus vocatum, in iudicio stituros. Hor. Sat. 1. 1. 1. 'Ille, datis vadibus qui rure extractus in urbem est,' &c. Auctor vocabularii Latino-Græci manuscr. 'Vadimonium,' inquit, 'ἐγγύη, ἰκωδοσία.' *Lamb.*

1117 *Officia*] Ov. Rem. Amor. vs. 627. 'Nec quæ ferre solet spatiantem porticus illam Te ferat, officium neve colatur idem.' *Creec.*

Ægrotat fama vacillans] 'Ægrotat, vocæi.' tralatio est a corpore: quo verbo sæpe utitur Demosthenes pro dissidiis et seditionibus laborare. Sic Varro lib. 1. de vita populi Rom. apud Non. in verbo 'distrahere:' 'Distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis, atque ægrotare incipit, et consenescere.' Sic Plautus in Trinummo, loquens de bonis moribus, 1. 1. 8. 'Sed dum illi ægrotant, interim mores mali, Quasi herba irrigua, succreverunt uberime.' Idem ibidem paucis post, 1. 2. 34. 'Nam si in te ægrotant artes antiquæ tuæ, Sive immutare vis ingenium moribus,' &c. Sed non celabo lectorem, in uno libro manuscr. versum, *Labitur interea res, &c.* ordine converso legi post hunc, *Languent officia, &c.* Ostendit autem Lucretius, amantibus neque rei, neque famæ parcere, sed utriusque jacturam facere: quod item pluribus versibus docet Hor. Sat. 1. 2. 55. 'Ut quondam Marsæus amator Originis, ille, Qui patrium mimæ donat fundumque, laremque; Nil fuerit mi (inquit) cum uxoris umquam alienis: Verum est cum mimis, est cum meretricibus; unde Fama malum gravius, quam res trahit,' &c. *Lamb.* Græcorum imitatio. Eurip. Med. vocæi τὰ φάρτα. Aristoph. vocæi τὸ θέατρον. Latini imitati sunt; sed loci ab aliis notati fuere. *Fab.* Addi meretur Æliani locus V. H. 2. 13. ubi de Socrate ab Aristophane traducto in Scena dicit verum esse illud Cratini dictum τῷ θεάτρῳ νοσήσαι τὰς φρένας. i. e. 'Theatrum insa-

nire; sen 'mente ægrotare.' Ad seq. versum nota Beroualdi addi potest Ann. App. cap. 18. *Hav.*

1118 *Unguenta et pulchra in pedibus Sicyonia rident*] Neminem ne adhuc animadvertisse, falsam esse, atque adeo ridiculam, in hoc loco scripturam? et tamen ita res constat, ut ne dubitare quidem vel tantillum possis. Quomodo enim rident unguenta in pedibus? Deinde ea vox, si sensum rationi consentaneum haberet, hinc tamen ejicienda esset; legitur enim paulo inferius, et quidem loco apto et suo: 'Pocula crebra, unguenta, coronæ, sarta parantur.' Eadem corrumpendi loci hujus causa fuit quæ ceterorum qui jam tales esse animadversus sunt; vicinia scilicet vocis alicujus quæ ad hanc ('unguenta') proxime accedat: ea vero est τὸ ('languent') in versu proxime superiori. Sed quid 'unguentorum' loco subatitendum sit, id vero est quod affirmare nequaquam ausim, cum hic error neque contra Latinitatem sit, neque contra materiam physicam, quæ certa haberi queant: est enim ἀρρωστὸς rerum, in quas impensæ et sumptus fiunt. Fortasse scriptum fuerit, *unioque, et pulchra in pedibus, &c.* Nam et calceis additos uniones et margaritas fuisse notum est; fortasse etiam, *stibulaque*; nam et fibulis gemmeis nonnumquam utebantur luxuriosi nepotes. Sed et multa alia possent substitui. Ad summam, Deo aliquo opus sit, ut de veritate lectionis constet. Locum indicavi; si quid opis in Mas. codicibus, alii jam admoniti eam rem curabunt. *Faber in Emend.*

1118 *Unguenta*] Vide Emendationes. Cum autem τὸ *unguenta* locum hic habere nequeat, fortasse legi possit *Tyrrhena*. Noti sunt Tyrrheni sen Tusci calcei, ut et Sicyonii. Utrique enim et splendorum hominum erant et deliciorum. *Faber in Notis.* 'Unguenta locum hic habere ne-

queunt,...Sed et multa alia possunt substitui.' *Faber*: et ipse alibi substituit *Tyrrhena*. nam noti sunt Tyrrheni calcei, ut et Sicyonii. Utrique enim et splendorum hominum erant, et deliciorum. Tull. de Orat. lib. 1. 'Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer quamvis essent habiles, et apti ad pedem, quia non essent viriles:' vid. denique Jul. Pollucem. *Creecch.*

1118 *Sicyonia*] Calcei Sicyonii. M. Tull. de Orat. libr. 1. 'Sed ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles, et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri; fortem et virilem non videri.' Lucil. 'et pedibus Sicyonia demit honesta.' *Lamb.*

1118 *Rident*] Rident, pulchra sunt. Tralatio est. sup. lib. 1. princip. 'tibi rident æquora ponti.' *Lamb.*

1119 *Smaragdi*] Codices duo manuscr. habent *Zmaragdi*. *Lamb.*

1120 *Thalassina vestis*] Vestis cærulei coloris. *Lamb.* Cærulei quidem coloris, sed qui viridantis aliquid habeat. *Faber.*

1122 *Et bene parta patrum*] Et patrimonium, seu bona a patribus relicta, bene parta, dantur scortis, ut anademata, et mitras, et stinili. comparent. Plaut. Epid. 2. 2. 41. 'quid istuc mirabile est? Quasi non fundis exornatæ multæ incedant per vias.' Hor. Sat. 1. 2. 56. 'Qui patrum mimæ donat fundumque, laremque.' quem versum paullo ante protulimus. *Lamb.* Ter. 'Bene parta mei patris.' Locum Plauti in quo meretrices 'fundis exornatæ incedunt' protulit Interpres; ei hunc Ovidii addas licet, quo de puella conqueritur amator: 'Illud et illud habet: nec ea contenta rapina Sub titulum nostrorum misit avara Laræ.' I. e. ita effecit, ut ædes meæ proscriptæ fuerint venales. *Faber.* Legi debere *bene par-*

ts patrum, contendit Andr. Schottus Obs. Hum. 2. 58. pag. 114. sicuti 'bene-parta lacerare' dixit Sallustius. Verum et contra Mss. hæc est lectio, et hand necessaria, imo contra sensum poëta; sicut enim mox dicit 'verti in Melitensia Cæque,' ita nunc fieri Anademata et Mitras ista patrum 'bene-parta,' i. e. quæ illi multo sudore collegerunt, ut apud Persiam 6. 69. 'mibi festa luce coquat Urtica, et fissa fumosum sinciput anre, Ut tuus iste nepos olim satar anseris extis, Cum morosa vago singuliet inguine vena, Patriciæ imbeciat vulvæ? mihi trama figuræ Sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter.' et plura apud Horatium aliosque similia. de vestibus autem Melitensibus summa cura scripsit Commendator Abela in Melita sua illustrata, a nobis ad finem Theauri Siculi relata. Hæc.

Anademata] Ridimicula, corollæ, et ornamenta capitis: ab hæc verbo ἀνάδημα, quod significat coronare et circumligare, hæc faciunt verba Suidæ: ἀνάδημα ἀναλάττει, στέφει, καὶ ἀναδέσσει στεφανώσθαι, καὶ ἀναδέσσει στεφανώσθαι. Paulus digestis de auro et argento legato: 'Sicut mitræ,' inquit, 'et Anademata.' quidam Græcos secuti Anademata scribunt. Vide ne anadema sit fascia candida, quæ circumligatur regio capiti. Pius. Fasciæ, corollæ, redimicula. Sic enim sæctor vocabularii Latino-Græci manuscr. 'Redimicula,' inquit, ἀναδέσσει, quamquam Festus docet, 'redimicula a mulieribus vocari corollas, quibus utuntur ornatus causa.' Quidam legi volunt, anademata mitræ, continenter, et sine distinctione, et interpretantur vincula, quibus mitra vincitur, capitique religatur, ut mitræ sit numeri singular. patrii casus: quibus propemodum assentior. adjuvat enim eorum opinioem Virg. Æn. 9. 616. 'Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ.' verum tamen

licet etiam legere disjunctim, ut 'anademata' et 'mitras' esse ornamenta intelligamus. Lamb. Redimicula, fasciolæ, catenulæ, &c. Faber.

Mitræ] Mitra ornamentum capitis muliebribus et effœminatis conveniens: cujus diminutivum est mitella: quod patet eo Maroniano testimonio: 'Copa Syrisea caput Graia redimita mitella.' Pius.

1123 Interdum in pallam atque allidens jachiaque vertent] Corrige meo quidem periculo: Interdum in pallas acides et jatria vertunt: ut sit hic sensus: Tanta est hominum cæcitas amoris uredine raptorum, ut vertant, hæc est commutent, arma muliebribus vestibus: et medica atque salubria mundo femineo: cum malint amori indulgere quam bello salutique propriæ. 'Pallam' enim scinus esse muliebrem vestimentum vel ex fabula Plautina Menæchmis. 'Acides' sunt brevia jacula: de quibus Maro lib. 7. 724. 'Teretes sunt acides illi Tela, sed hæc lento mos est aptare lacerto.' Iarpeios significat 'medeor,' Iarpeios 'medicina,' h. e. officina ubi medelæ sunt: 'jatria' medicinalia: quæ sunt preciosissima: utpote cum gemmatis contineantur vasis, quæ magni censentur. Reperio in nonnullis exemplaribus, Interdum in pallam in stilitam et jantina vertunt: ut significare velit illum permutare 'stilitam' vestem, h. e. lata purpura intextam. Vertant igitur mutando: distrahendo: vendendo: emendo: resarciendo: interpolando pallam in stilitam vel stilatam, h. e. lata purpura textam: et repudiata palla et stilita optant violaceos colores. 'Jantina' vestis est coloris violæ quæ subinde tyrio jungebatur: et 'tyriantina' vocabatur: cui suffragatur epigrammatici vatis auctoritas. 'Lingonicus tyriantina bardocuculus.' Iov Græci 'violam' vocitant. huc nonnulli trahunt id Persianum, 1. 46. 'Cui circa humeros et jantina

lena est.' hoc carmen a sequenti separandum est. Alii recognoscunt, *Interdum in pallam et qualos et jachia vertunt.* lectio superior accommodatior est. *Pius. Interdum in pallam, ac Melitensia, Ceaque vertunt.* Sic restituit Adr. Turneb. seu potius Gulielm. Pelliaserius, Episcopus Mompessulanus, secutus vestigia veterum codicum. Sic enim habent Vatican. Tettian. Faërn. *Interdum in pallam, atque allidens jacchiaque vertunt:* quibuscum congruunt Veneti antiq. Bertin. sic, *Interdum in pallam alidens chiaque vertunt.* Memmianus, *Interdum in pallam, atque alidens chiaque vertunt.* Vulgati autem varie depravati sunt. alii enim habent, *Interdum in pallam et qualos, et janthina vertunt,* ut Lagdanenses: alii, *Interdum in pallam, et qualos, et jacchia vertunt,* ut Florent. et Venet. recentiores: alii, *Interdum in pallas et acrides, et jatria vertunt,* ut Parisienses: quæ scriptura a Baptista Pio, homine nullius iudicii, excogitata est. Exstat et hæc, *Interdum in pallam, et stilitas, et jantina vertunt.* cuius neque rationem, neque sententiam video. Sic igitur, ut excudendum curavi, cum Gul. Pellisserio et Adr. Turnebo legendum puto. Et tamen vet. codd. scripturas proposui, ut, si quis ingeniosior veriore lectionem excogitare poterit, habeat paratum, unde adjuvari possit. Jam vesteis Melitenseis et Ceas in pretio fuisse sciunt vel mediocriter docti. M. Tull. Verr. 4. de iure dicendo: 'Jam non quæro unde cccc. amphoras mellis habueris, unde tantum Melitensium,' &c. ibid. 'Sed tantumne Melitensium? quasi etiam amicorum uxores ornaturus esses,' &c. ita enim utrobique legendum est, ut 'Melitensium' sit a recto casu 'Melitensia,' numero multitud. quamquam scio in editione Ciceronis Parisiensi anni 1565. impressum esse, *tantam Melitensem vestem,* culpa operarum: qui quod erat sumendum, reliquerunt:

quod relinquendum, secuti sunt. Plin. lib. 4. de Ceo insula, 'Ex hac,' inquit, 'profectam delicatorem feminis vestem auctor eat Varro.' *Lamb. Melitensia, Ceaque vertunt,* hanc veram puto scripturam. Vide et Indicem. Vet. libri tamen: *alidens chiaque,* habent, et quidam vett. *atque alidensia.* Gifan. Vestium genera, ab insulis unde advehebantur. Diod. alicubi. Locus Ciceronis notissimus, ut et ille alter Plinii. Ceteram hæc lectio a Turnebo constituta fuit. *Faber. Melitensia Ceaque,* Hesychius *Μελίτρα, ἰδίον τῶν διδύπων ἐκ Μελίτης τῆς ῥήου:* Cicero Verrina secunda meminit multoties 'Melitensium vestium,' et Verrina quarta Melitam oppidum Verri ait 'textrinum per triennium ad muliebrem vestem faciendam fuisse,' et inter Melitenses artifices commendat inprimis Diodorus, *τοὺς ἰδίον ποιῶντας τῇ τε λεπτότητι καὶ τῇ μαλακότητι διακρινεῖ:* Bochartus. *Creech.*

1124 *Eximia veste, et victu]* Si hic versus mendo caret, videtur esse hæc totius loci sententia: rem vestiariam et facultates ad victum necessarias insumunt in convivia et opsonia, in Indos, in pocula, unguenta, coronas, sarta. *Lamb.* Convivia, quorum vestes stragulae, calcitræ, pulvinaria, &c. exquisiti operis sunt. *Faber.*

1126 *Nequiquam]* Ita vett. quidam. *Gifan.*

Medio de fonte lep. surg. am.] Ex quo *γλυκύτροπον* illud amoris a Græcis dictum, i. e. 'dulce cum amaro conjunctum.' sic Plaut. Cist. 1. I. 71. 'Namque ecaster amor et melle et felle est sæcundissimus. Gustu dat dulce: amarum ad satietatem usque aggerit.' *Lamb.*

1127 *In ipsis floribus]* *Ἐν ταῖς τῶν ἡδονῶν ἀμυαῖς,* i. e. tum maxime, cum amor suas delicias, snumque nectar amantibus propinat. *Lamb.*

1128 *Aut quod conscius]* Sic jam edendum curavi in sec. editione. In

prima autem tantum timide et pudenter posneram videri posse legi *Aut quod*, cum libri vet. haberent partim *Aut cum*, ut vulgati, partim *Aut quom*. Melius autem quadrat *Aut quod*, quam *Aut cum*, &c. sequitur enim, 'Aut quod in ambiguo,' &c. *Lamb.* At ego revocavi meliorum Mss. lectionem, idque ob has rationes; primo non dicit ideo amari illud in ipsa lætitia hominem contristare, quod animus sibi hoc vel illud suggerat, sed quum illud forte accidat, ut inter voluptates sani quid cogitet; dein illud 'quod' duobus post versibus sequens sumi debet ac si dixisset 'aliquid,' non vero separatim; si, inquit, aliquid verbum in ambiguo amica dixerit, simile videlicet factis illis, 'quæ ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt,' ut inquit Tacit. Ann. 15. 68. de amoris incommotis vide Plaut. Mercat. Prol. vs. 24. et Ter. Enn. 1. 13. *Hav.*

1129 *Lustris que perire*] In lustris et ganeis vitam contere, et corporis vireis absumere, et rem familiarem perdere. Festus; 'Lustra significant lamas lutas, quæ sunt in sylvis, aprorum cubilia.' a qua similitudine ii qui in locis abditis et sordidis ventri et desidie operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. Plaut. Asin. 5. 2. 84. 'Cano capite te cacullum axor ex lustris rapit.' *Lamb.*

1130 *Aut quod in ambiguo*] I. e. aut quod ea quæ amatur, aliquid ambigue locuta est. *Lamb.*

1131 *Vivescit, ut ignis*] Sup. 1. 33. 'et vivant labentes ætheris ignes,' &c. Inf. 5. 478. 'Et tamen inter utrosque ita sunt, ut corpora viva versent,' &c. *Lamb.*

1132 *Aut nimium jactare, &c.*] Ordo est: Aut quod amator putat illam oculos nimium jactare, atque huc et illuc torquere, aliamque virum intueri. *Lamb.*

1134 *Atque in amore mala hæc pro-*

prio] Argumentum est a minori. Atqui (inquit) in amore secundo, et in quo omnia ex animi sententia procedunt, hæc mala inveniuntur: quanto igitur plura et graviora inesse credibile est in adverso? 'Atque' positum videtur pro atqui: ut sæpe alibi, et apud alios probatos scriptores. *Lamb.* Terentianum. *Gifan.* Amor proprius est, cum quis a muliercula ita amatur, ut omnes alios illa abs se segreget; cui opponit Lucretius 'amorem adversum et inopem'; i. e. in quo multa tibi adversa sint, quique ἀμνηστῶν afferat, et in quo amicam non habes satis morigeram. *Faber* et *Creech.*

1135 *Inopi*] Ἀμνηστῶν, seu in eo, in quo amator amica non potitur: quæ summa miseria est. *Lamb.*

1136 *Prendere quæ possis oculorum lumine*] I. e. quæ oculis cernere queas: quæ sunt in promptu posita et manifesta. *Lamb.* Hæc mala in amore felici sunt; quid in adverso? tot tantæque ibi sunt calamitates, ut nemo non illas facile pervideat. *Faber.* In adverso amore tot tantæque sunt calamitates, ut nemo non illas facile pervideat. Alii tamen legunt *aperto*, i. e. cæco, Quilibet viz. vel cæcus videat. *Creech.*

1138 *Cætereque, ne inlaqueeris*] Sic nunc edendum curavi, pro *inliciaris*, quod olim probaram secutus codices vulgatos. Ad hanc autem conjecturam me duxit codex Bertinianus, et Memmianns, qui habent partim *inlicuaris*, partim *inliquieris*. Atque hoc modo sine dubio legendum. et ne Zoilum quidem hanc lectionem improbatum puto: nisi forte ea gratia non probabit, ne desinat esse κωλύων, aut hebes, aut ἀκολούθητος, aut Zoilus. Usurpavit hoc verbum Arnob. lib. 2. 'Illaqueare, decipere dolis atque insidiis nescios:' et M. Tull. ejus participium oratione de Harnsp. resp. 'Illaqueatus jam omnium legum periculis.' *Lamb.*

1139 *Ne laciatur*] Sic reposui, ratione et veritate fretus. 'Lacio' enim verbum est antiquum, teste Festo. Sic enim ille, 'Lacit,' inquit, 'in fraudem inducit: inde est alligere, lactat, delectat, oblectat.' Idem: 'Lacit, decipiendo inducit. lax enim fraus est.' Iterum Lucret. inf. eod. lib. 'Quæ lacere in fraudem possent, vinctosque tenere.' *Lamb.* Ita Lambinus. In veteribus: *laciatur.* *Gifan.*

1140 *Non ita difficile est: quam*] 'Ita, quam;' 'non ita, quam;' genus loquendi rarum quidem, sed tamen non inusitatum veteribus. sic sup. 2. 36. 'Nulli, ut opinor, ita hæc species miranda fuisset, Quam tibi.' quamquam nonnulli legendum censent, *Non tam difficile est.* sed errant. Alii autem sic: Nil, ut opinor, ita hæc species miranda fuisset, Quam tibi jam nemo, &c. quibus assentior. *Lamb.*

1142 *Et tamen implicitus*] I. e. et tamen etiam amore captus, et illaqueatus, et irretitus, explicare et exsolvere te possis, nisi tute tibi obis. *Lamb.* Sed miser jam capitur et adstringitur, quis expediet? Id agit poëta vsa. 43. melius Chrysippo et Crantore. *Cræsch.*

1143 *In festum*] Amorem, viris, qui curant caelestia, infensum et inimicum. Apposite itaque dixit Ovidius super his disserens qui ad caelestes nituntur speculationes, 'Non Vennis aut vinum caelestia pectora fregit.' Festivissime igitur Palladas inquit se uxorem et grammaticam ferre non posse. Cujus Græca carmina saltem prorsus et urbana subtexere visum operæ pretium: *Ὁ δὲ δάμαϊ γαμετῆς καὶ Γραμματικῆς ἀνέχεσθαι. Γραμματικῆς ἀπόρου καὶ γαμετῆς μαχίμου. Ἀμφοτέρων τὰ πάθη, θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται. Τῆν οὖν Γραμματικῆν καὶ μῦθον ἐξέφυγον. Ὁ δὲ δάμαϊ δ' ἀλόχου τῆς Ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν. Σίργει χάριτος γὰρ καὶ νόμος Ἀδώνιος.* Latine sonant: 'Non pos-

sum uxorem et Grammaticen sustinere. Grammaticen indigam et uxorem pugnacem. ex utrisque passionibus, mors et fata parantur. Ipsam Grammaticen vix datar evadere. Non possum autem ab uxore Andromache secedere: prohibent charta et lex Ausonia.' *Pius.*

1144 *Et prætermittas*] Est ἐνεχθήσῃς, hoc modo: Et nisi prætermittas ejus quam amas, et animi et corporis vitia, id est, nisi velis omnia illius et animi et corporis vitia dissimulare. Reperitur autem hæc scriptura in quinque libris manuscriptis. Nam vulgati habent, *Ut prætermitt.* *Lamb.*

1145 *Quam percipis ac vis*] Cum in libris manser. reperissem partim *præpetis*, partim *præcipis*, partim *præceptis*, partim *percis*; ego *percipis* reposui: quod si quis malet *perpetis*, ut habent nonnulli vulgati; aut *præpetis*, ut quidam scripti: non pugna-bo. *Lamb.* *Quam præpetis, ac vis.* Ita vet. libri. Sic *prædulcis*. libri quidam: *perpetis.* *Gifan.* Et recte, ut mihi videtur, nisi forte melius scribas *præcipis*, quod inuenere videtur optimus ex Lugd. Bat. 'perpetere' est valde petere, 'præcipere' vero ante animo et imaginatione rapere. *Haver.*

1146 *Nam hoc facias*] Prætermittant amicam suarum corporis atque animi vitia. Sic hunc versum explicio referens ad superiora. alioqui lege, *Ut tribuant ea, &c.* proximo versa. *Lamb.* *Nam hoc faciant homines plerumque ... commoda vere.* Hanc adjuvanti parentheos notam, ut Lucretius rectius intelligatur. *Gifan.* Hæc particula 'Nam' refertur ad τὸ, 'Nisi tute tibi obvius obstat,' &c. I. e. nisi tute ipse tibi facum facias, et amicalæ ea tribuas animi corporisque bona quæ non habeat. In eam rem locus insignis est apud Platonem in V. Politicorum, unde ea hausta sunt quæ a Plutarcho in lib. περὶ τοῦ δεσποῦν, ut et in lib. de discrimine amici ab adulatore, et quæ ab Aristæneto in Epist.

18. scripta fuere; sed quæ propter temporis angustias et morem mentis tolli transcribere; ut nec Ovidiana ex 2. Artis, ab illo versu, 'Parcite præcipue vitia exprobrare puellis,' &c. Faber.

1147 *Et tribuant ea quæ*] Sic habent quinque libri Manuscripti. Sed si superiorem versum ad hunc referamus, videbitur legendum, *Ut tribuant ea quæ non sunt*, &c. Lamb.

1148 *Multimodis igitur pravus, &c.*] Hic vide, Lector, ingenium et elegantiam poetæ. Ovidius etiam hæc, sed nihil ad hunc. *Giffan.*

1149 *Summoque in honore vigere*] Legendam fortassis est, *summoque vel honore vigere*. Lamb.

1150 *Alios alii irrident*] Vide hominum vecordiam: qui invicem se irrident alter alterum dicentes amare turpiculum, scortillum illepidum atque infæctum: cum ipsi habitudinis deterioris et deformioris puellam colant et adorent. Quod facit ut credamus illi Catulliano: 'Suus cuique attributus est error. Sed non videmus manticæ quod in tergo est.' Pius. Si hunc versum cum duobus proxime sequentibus deleamus, tamquam spurios, non solum nihil de sententia decedat, verum etiam magis erunt media cum primis, et extrema cum mediis contexta et consentanea. Nunc autem hi tres versus antecedentia ab his quæ sequuntur disjungunt, et insignem faciunt hujus loci interruptiorem. Nam postquam dixit, nos videre, pravos et deformes multis modis in deliciis atque in pretio esse, debet continuo subsequi, 'Nigra melichrosus est,' &c. nihilque interponi: quare videntur delendi. Quod autem Zoilus eos retinet, manum non veritatis. ille iudicio suo utitur, ego meo. Lamb. Hos tres versus non recte delet Lambinus: sunt in omnibus libris. Giffan. Hos tres versus deleri velit Lambinus; at ego nolim; sunt enim Lucretiani et optimi sensus. Ama-

tores quidam suadent amico suo, qui deformem puellam amet, ut propitiam sibi Venerem faciat, a qua huiusmodi amor immissus sit, cum interim ipsi minus amabilem, minus venustam, ament, &c. Faber. At ego vel nihil video, vel Lucretiani sunt, et positi olim ab ipso Poëta post vs. 1147. *Hæv.*

1151 *Ut placeant*] Lego ut placeant. hoc sensu: Sunt quidam ex amatoribus irrisores qui cum ipsi scorta colant scortea, alios tamen irrident et suadent ut Venerem placeant, et irato Cupidini sacrificent, sedentque Idaliæ matris iram, quom ea irata turpiculi scorti amanti objicit turpem faciem et personatum monstrum. Simile illud est quod accepimus de Platone, qui tristem nimisque matutine et caperate frontis Xenocratem hortari solebat ut Gratiis sacrificaret, quo esset hilarior. Pius.

1153 *Nigra*] Tale perceptum est Ovidii in lib. de A. A. 'Dic agilem quæcumque brevis: quæ turgida plena: Et lateat vitium proximitate boni.' Idem in libris Amorum vitia sibi puellarum excusat et ad formæ præconium trahit. 'Sive procax ulla est: capior quod rustica non est: Spemque dat in molli mollius esse thoro. Sive est docta, placet, raras imitata Sabinas: Sive rudis: placita est simplicitate sua.' Pius. *Nigra melichrosus*. Sic habent nonnulli libri manuscr. alii, ut Bertinianus, *melichrus*: quod depravatam est ex *melichrosus*. Aldinus antiquior, *melichrosus*, i. e. nigro colore prædita. Quidam autem typis excusi, *melichrosus*, deleto est, i. e. pallore subviridi, qualis est mellis color: quo nomine utitur Theocritus *εργατικός* vs. 26. Βομβίκα χερύσσα, χέρον κάλοντι τὸ πάντες, ἰσχυρὰν, ἐλευκαστοῦ ἐγὼ δὲ μόνος μελιχρῶρον. Nonnulli autem *melichrosus* legi voluunt, i. e. nigro et viridi colore, quo nomine utitur Plato lib. 5. de Repub. ubi hanc amantiam errorem pluribus ver-

bis persequitur. Ego *μελίχρους* probo magis, quam *μελάγχρους*. *μελίχρους* enim valet 'mellei coloris': *μελάγχρους*, 'nigri.' itaque si *μελάγχρους* legeretur, idem dicetur: nisi quis dicat, idem vitium ab homine Romano, Græco nomine appellatum, levius quodammodo videri, atque extenuari: quemadmodum apparet ex toto hoc loco, ubi nomina et verba fere omnia extenuantia Græca sunt. Denique Plutarch. libro *περὶ τοῦ ἀκούειν*, locum illum Platonis, quem paullo ante commemoravi, proferens, legit *μελίχρουν*. Cum his autem Lucretianis confer illa Horatiana, in quibus optat Horatius, ut amicorum nostrorum vitia ita dissimulemus atque elevemus, ut et amantes amicarum suarum corporum vitiiis propemodum delectantur, et parentes filiorum vitia levioribus nominibus extenuant, Sat. 6. lib. 1. et præterea locum illum Platonis lib. 6. de Repub. Non celabo autem lectorem, omnia vocabula Græca in libris antiquis scripta esse litteris Latinis. Ego tamen de quorundam doctorum virorum sententia Græcis excudenda curavi, non reclamaturus, si quis ea litteris Latinis scribat: immo vero probaturus. *Lamb.* Hæc Græca nomina, *Nigra Melichrus*, &c. scripsi, prout in vet. libris exstant, et ipse scribenda judicavi. *Gifan.* Quæ plane nigra est eam *μελίχρουν* vocant, i. e. colore mellis, seu fuscam. Ovid. 'fusca vocetur Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit.' *Faber.*

Immunda et fatida, *ἄκοσμος*] Quæ prorsus immunda est, ejus vitium nobis ipsis occultamus, nam *ἄκοσμον* vocare solemus, quæ cultum et nimiam ornamentorum cnram respuat. *Faber.* Aristanetus lib. 1. Ep. 18. Καὶ ὁ μὲν τις τῶν νέων ὄτι σίμος, ἐπίχαρις παρὰ σοι κληθεὶς ἐπαινεῖται. τοῦ δὲ τὸ γυναικὸν βασιλικὸν ἔφη. τὸ δὲ διὰ μέσον τούτων ἐραῖς ἐμμετρούτητα ἔχειν. μέλανος δὲ ἀνδρικοῦς ἀνομάζει· λευκοῦς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας· μελιχρότους δὲ οἷα τοῦνο-

μά τινος, ἀλλ' οὐ ποίημα εἶναι. ἢ τοῦ ἐνότος σοι πόθου ὑποκοριζομένου τε καὶ φέροντος ἐνχερῶς τὴν ἀχρότητα, εἰ μόνον ἐπὶ ἔρα προσῆ. Καὶ ἐπὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφασίζῃ, καὶ πάσας φωνὰς ἀποφθέγγῃ. ὅς τε διαφιλερασταῖς μηδὲν ἀποβαλεῖν τῶν ἀνομιῶν ἐν ἔρα. i. e. 'Itaque juvenum si quis simus, laudas tanquam concinnum; aduncum nasum regium vocas; medium inter hos modicum dicis. Nigri sunt, viriles appellas: albi, Deorum filios indigittas; melleorum vero nomen aliunde credis effictum quam ab amore tuo imminente pallorem, bonique consulente, dummodo tempestivum. In summa quosvis prætextus prætexis, quamvis vocem efferas, ut nullam tempestiva ætate amatorem amittas.' *Hav.*

Et Fatida] Fortasse legendum *serdida*. *Lamb.*

'*ἄκοσμος*] I. e. 'inornata.' *Lamb.*

1164 *Παλλάδιον*] I. e. 'parva Pallas,' quæ ab Homero describitur et appellatur *γλαυκῶπις*, i. e. 'cæsiis et glaucis oculis:' quamquam scio etiam aliter Grammaticos Græcos hoc nomen interpretari. *Lamb.* *Καῖα Παλλάδιον*. Oculi cæsi, seu noctuini (locus Plauti notus est) non probabantur. Ut tale vitium levarent, amicam suam 'parvulam Pallada' vocabant. *γλαυκῶπις* Pallas Homero milles. *Faber.*

Nervosa] Sic habent libri quinque manuscr. et aliquot typis excusi; non, ut vulgati, *navosa*. *Lamb.* *Nervosa*, Vulg. ex Marullo; male, contra omnes libros. *Gifan.*

Et lignea] 'Ἀπέξυλος. Theoc. ἄκαλημῆτις, i. e. arida et exsucca. *Lamb.*

Δορκὰς] I. e. 'capra fera,' 'caprea.' *Lamb.* Capream vocabant, quæ nervosior esset et quodammodo lignea. *Faber.*

1165 *Parvola*, *rumilio*, *χαρῖτων*, &c.] Sic nunc restituo, auctoritate veterum codicum fretus, a quibus non discrepant vulgati. Sed in utrisque

corruptam vocem *χαριτωνια*, et unam ex duabus factam, divido, et rursum ex una duas facio, *χαριτων* *ια*. *ια* autem valet *μια*. Homerus *Ἰουδ.* v. vs. 354. *Ἡμῶν ἀμφοτέρωσιν ὄμνεν γένος, ἧδ' ἴα πάτερη.* et i. 319. *Ἐν δ' ἵη τιμῆ ἡμῶν κἀκός, ἧδ' ἐκάλ' ἐσθλός.* qui posterior versus profertur ab Arist. *Πολ. β.* et *Ἰουδ.* σ. 25. *Ἴη δ' ἐν νυκτὶ γένουσσι.* Parvula (inquit) his nominibus appellatur ab amante, 'pumilio,' i. e. nana, et humilis staturæ, *χαριτων* *ια*, i. e. 'uua Gratiarum,' &c. atque hic locus multo jam ante a Gulielmo Peilisserio (Adde Turn. Adv. 13. 20. et 27. 35.) fuerat ita restitutus, *χαριτων* *μια*. Sed tutius est legere ita ut dixi, *χαριτων* *ια*. Nam sic minus, immo nihil fere, receditur ab antiqua scriptura et recepta, *χαριτωνια*, cum præsertim *ια* idem plane valeat quod *μια*. Itaque hoc modo potius arbitror esse legendum, et in omnibus libris reponendum, per unam *Gratiarum* autem significat lepidam, politulam. *Lamb.* *Chariton* *mia*, *totam merum sal*. Ita vet. libri omnes. Forte: *mia*: *torta*, vel *torva*. Sed ego libros sequor; et parvam cum magna conjungit Poëta. *Gifan*. Quæ parvula et pumila sit, dicunt eam esse *ἴαν χαριτων*, totam ex sale, et facetiis, et elegantia constare. Ceterum *χαριτων* *μια*, vel *ια* legas nil interest. *Faber* et *Creech*.

Tota merum sal] Sic est distinguendum. illa (inquit) quæ parvula est, vocatur etiam *tota merum sal*, i. e. tota salsa, et faceta, et elegans. *Lamb.*
 1156 *Κατάπληξις*] 'Stupefactio,' 'terror,' i. e. ipso aspectu terrorem et stuporem incitiens. *Κατάπληξις* definiunt Philosophi, *φόβον ἐκ μεγάλης φαντασίας*: i. e. 'metum ex magna aliqua specie, seu visione animo objecta.' *Lamb.* Quæ talis est, eam *κατάπληξις*, quasi 'terribilem,' &c. locus ex Cantico Canticorum hic proferri posset. Plenam autem honoris intelligo venerandam, vel quæ solo aspectu reverentiam in animis viro-

rum ingeneret. *Faber*. Intelligit Cant. 6. 4.

1157 *Balba*, loqui non quit, *τραυλιζέει*] Balbutit. *Lamb.* Si qua ita balba est ut vix loqui possit, dicunt eam *τραυλιζέει*. Est autem levissimum oris vitium *τραυλισμός*, quale in Alcibiade fuisse docent Aristoph. et Plutarch. at *φαλλισμός* dicitur, cum præceps balbuties facta est. *τραυλλός* circa literam *R* labitur, ut *ὄλῆς* pro *ὄρῆς*, *ψελλός* autem totas aliquando syllabas obterit, et misere perdit. *Faber*.

Muta, pudens est] Si qua puella sit muta, elinguis, aut infans, ait amans, eam ingenue pudore, quo minus loquatur, impediri. nam pudor obest locuturo. Hor. Sat. 1. 6. 57. 'Infans namque pudor prohibebat plura profari.' ad quem locum annotata sunt a nobis nonnulla. *Lambin*. Si qua est pene muta, pudentem esse dicimus. Præ pudore non libenter loquitur, aiunt. *Faber*.

1158 *Λαμπάδιον*] 'Parva lampas,' seu, 'parva fax.' *Lamb.* Unde nomen meretriculæ procacioris apud Varr. in Agathone: 'Quid tristiorum video te esse? num angit hæc *Lampadion*?' *Hav*.

At flagrans] Ardentior paulo, et necio quomodo inquieta. *Faber*.

Odiosa] Importuna, &c. eam *λαμπάδιον* vocamus; quia faces et picea &c. crepitant: nam apud veteres fax e ligno fissilli et 'inspicato,' ut Virgilius vocat, fiebat, sine cera, resina, &c. *Faber*.

1159 *Ἰσχνὸν ἐρωμένιον*. *tum fit*] I. e. cum ita macilentum est, ut vivere nequeat, appellatur *ἰσχνὸν ἐρωμένιον*, i. e. 'amicula gracilis.' *ἐρωμένη*, 'amica,' 'puella quæ amat': ex quo *ἰσχοροστοκίδον* nomen *ἐρωμένιον*, ut a *γλυκέρη* *γλυκέρηον*, *φουκική* *φουκικόν*, &c. *Lamb.* *Ἰσχνον ἐρωμένιον*, omnes vet. libri. Etiam: *Ἰσχοροστοκίδον*. Reliqua omnia se bene habere videntur, ex omnibus vet. libris. Nihil ergo mutandum. *Gifantius*. Amasia Græce *ἰρω-*

μύθη dicitur, sed ἑρωμένιον amasiola, seu amricula. ἰσχυρὸς vero inter macrum et habitiosem est; quod plerique non observant. Gracilem vocavit Ovid. 'Sit gracilis macie quæ male viva sua est.' Locum autem Lucretii in oculis habebat Ovidius. Tale aliquid est in illo Lucilli 'Vix vivo homini ac monogrammo.' *Faber*. Cujus quasi ἤμων δῆται, ut loquitur Callimachus in Epigr. 53. Τῆς Ἀγοράνακτος με λέγε, ξένη, κωμικὸν ὄντως Ἀγκισθαί νίκης μάρτυρα τοῦ Ῥοδίου Πάμφιλον, οὐκ ἐν ἔρωτι δεδαυμένων ἡμῶν δ' ἄτται ἰσχυρὸς καὶ λήχρως ἴσιδος εἰδόμενον. i. e. 'Dic me, o hospes, positum esse victoris Agoranactis Rhodii testem vere comicum Pamphilum, non quidem in amore ambustum: dimidium vero conspicitur Caricæ et lucernis Iaidis simile.' Confert vero ibi statuum istam ligneam (ut videtur) atque ideo tempore contractam et corrugatam, ficui, quæ arida dimidio minor est recenti, atque lucernis Iaidis, distissime servatis. *Hæser*.

1160 Ῥοδῶν] Tenuis: exsueca: inanis: minuta. Cæterum in codicibus antiquis legitur Ῥοδῶν, qua voce significatur 'trama.' Est n. 'trama' filum quod in tela subtexitur minutum et tenuissimum: ut decenter maererrima puella 'trama' vocetetur, subtilis scilicet et tennicula. Simile est illud Persianum 6. 73. 'Mibi trama figuræ sit reliqua.' dein pro vero est jam mortua tussit, scribe meo quidem periculo ἔβητο est jam mortua tussi. Si forte, Lucretius inquit, quis hæret puellæ tussi quassæ et vexatæ, appellabit illam 'betto,' nomine a tussi detorto. ἔβητο enim apud Græcos significat 'tussio.' Si proletarium et popularem codicem sequi malueris hic erit sensus: appellant tennem puellam, cum vero (hoc est re vera) sit mortua tussi, non emaciata. Sed tussi perinde legendum erit nomen: non tussit verbum. *Pius*. Puella (inquit) jam tus-

si mortua et tabida, amanti Ῥοδῶν est, i. e. 'gracilis.' Theocr. εἰδ. ἐργατοῦ. 10. 24. Μοῦσαι Πιερίδες συναίσλατε τὰν Ῥοδῶν μου Παιδα. *Lamb.* Quia tussis, postquam in ξέω abiit, aut certe dinturnior est, corpora tenuat; ideo, ut hoc vitium verbis minuere, puellas ejusmodi Ῥοδῶν vocabant. Unde a Theocr. 9. 45. Κυπριαῖσι Ῥοδῶν δicitur; ubi ἐπιπέφκει καὶ λεπτὰς ait significari Scholiastes. *Faber*.

1161 At gemina et mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho] Sic restitui, scripturæ veteris vestigia secutus. Nam cum ita scriptam reperissem in libris vet. At jumina et mammo saecr est ipsa ab Iaccho, primum non dubitavi ponere, mammosa Ceres est, &c. deinde cum hærerem in illo jumina, in cujus locum nonnulli codices habebant jumina, Adr. Turnebus (Conf. Adv. 27. 35.) me expeditit: quia statim mihi dixit, sibi videri gemina, pro jumina, parva immutatione facta, esse legendum: 'geminam' autem, interpretabatur ille opimam, amplam, et obesam. Idem mihi indicavit Arnobii locum plurimum ad hujus loci intelligentiam conferentem lib. tertio: sic autem ille: 'Avet animas, atque ardet in palatiis cæli, Deos Deasque conspiciere intectis corporibus atque nudis: ab Iaccho Cererem (Musa ut prædicat Lucretii) mammosam, Hellepontiacum Priapum inter Deas virgines atque matres circumferentem res illas, præliorum semper in expeditione paratas.' Idem lib. 5. 'Ceres mammis cum grandibus.' eodem lib. paucis post: 'Mammæ prontæ.' Jam 'Ceres ab Iaccho,' i. e. Ceres illa, quam Iacchus amat, vel Ceres amica Iacchi. 'ipsa' autem positum est ad significandam similitudinem hujus puellæ mammosæ et Cereris. Postremo 'geminum' idem interdum valere quod amplum, vel illud satis probat, quod Hor. Od. 2. 14. Geryonem 'ter amplum' dicit, quem 'ter-

geminum' Lucretius, Virgil. et alii appellant. Itaque 'tergeminos honores' in Od. 1. 1. posuit Horatius pro amplissimis honoribus, ut ego in secunda editione Horatiana indicavi, et Turnebus probat: quamquam alii ad numerum honorum et magistratum referunt, fortasse minus recte. Et quoniam illius odæ primæ mentio facta est, libet hic mihi horum versuum explicationem retractare, 'Hunc si mobilium turba Quiritium Certat tergeminis,' &c. usque ad illum, 'Numquam demoveas, ut trabe Cypria,' &c. Nam hunc locum vulgo sic explicant, et me cum vulgo sic memini eum explicare: Numquam demoveas, seu dimoveas, etiam amplissimis conditionibus de suo vitæ degendæ genere, hunc, nempe ambitionem aliquem, si populus Romanus eum studeat amplissimis honoribus ornare. Illum numquam demoveas, si sit dives arator, et magnam vim frumenti ex agris suis percipit et collecti in horreis suis condiderit: illum (inquam) gaudentem agros patrios surculo findere, &c. numquam igitur his persuadeas, ut navigare inducat animum. Sed hæc explicatio quadrare non potest, neque hanc probant docti viri, in his Joan. Auratus, Petr. Angelius Bergæus, quibus assentior. Quamobrem autem non sit probanda, hæc causa est. Quid enim mirum sit, hominem, cui sit conditio et spes explorata obtinendorum summorum magistratum, et eum qui habeant in horreis suis conditum maximum frumenti numerum, navigandi periculum adire nolle? Sic igitur potius hic locus explicandus ac distinguendus est: Sunt quos victoria certaminum Olympicorum evehit ad Deos, hoc est, Diis proximos et beatissimos efficit. adscribe ad vocem 'Deos' comma, hoc modo: Hunc, nempe ambitionem aliquem, evehit ad Deos, si eum populus Romanus certat afficere summis

honoribus. Ut hoc totum, 'Si mobilium turba Quiritium Certat hunc tergeminis tollere honoribus,' sit loco suppositi, ut Grammatici loquuntur: proinde quasi ita dicat Horatius, alium facit sibi beatissimum videri studium et voluntas populi Romani in eum conferendorum amplissimorum honorum, aura popularis denique: sequitur deinde, 'Illum si proprio,' &c. quæ similiter explicanda sunt, repetito ἀπὸ κοινῶν verbo 'evehit,' hoc modo: illum evehit ad Deos horreum frumenti plenum, quantum est in Africa, et intelligit, hunc non esse aratorem, sed hominem aliquem locupletem et copiosum, qui habet horrea sua maxima frumenti copia referta. Jam post vocem 'areis' scribe punctum, seu interpunctionis notam. Nam quæ sequuntur, dividenda ac separanda sunt a superioribus hoc modo, 'Gaudentem patrios,' &c. i. e. alium autem, qui delectatur agris suis, sibi que a patre relictis, eosque sua manu libenter arat, numquam vel amplissimis conditionibus a suo instituto demoveas, et adducas, ut naviget. *Lamb.* Ita Lambinus. *Vet. libri: Lania.* Vide Indicem. *Gifan.* Hunc locum laudat Arnobius lib. 3. Ceres autem mammosa pingebatur: unde et illi solenne epithetum, *τροφοδὸς*, et causa in promptu est. Ceres ab Iaccho, i. e. Ceres ἡ τοῦ Ἰάκχου, quam scilicet Iacchus, seu Bacchus amavit. 'Ipsa' autem comparisonem *ἐπιβουδῆν* innuit, ita ut ejusmodi puellam dicas esse pæne ipsammet Cererem. Per geminam autem intellige corpulentiores et pleniorem, ut 'duplex ficus' Horat. et 'duplex spina' Virg. in Georg. de boni equi signis; quod ille a Varrone habuit lib. 2. R. R. c. 7. quamquam hoc posterius aliter intelligi possit. *Faber.* At vero cum Iacchus ab aliis tradatur filius fulsæ Cereris et frater Proserpinæ, ut cerai potest apud Salmasium ad Dedi-

cat. statuas Regillæ pag. 92. hic æque Iacchi mater, quam Bacchi amica intelligi potest, quod et epitheton 'mammosa,' ut enixis proprium, suadere videtur. *Hav.*

1162 *Simula, σιληψή, ac Satyra est*] Si qua puella simis est naribus, silena, et satyra ab amante nominatur. sileni enim simi et pinguntur et finguntur. *Lamb.* Quia fere simi pingebantur Sileni, Bacchi comites, ut et Satyri. Sileni seniores et Satyrorum magistri. Vide Casaubonum in aureolo libello de Satyrica, &c. *Faber.*

Labiosa, φιλημα] Quæ est labris prominentibus, ea (inquit) φιλημα dicitur, i. e. 'osculum.' seu 'os ad oscula factum et compositum.' Nam et suavius viros osculantur puellæ labiosæ, quam quæ sunt brevibus labris: et labiosas osculari viris dulcissimum est. *labiosa* autem, seu *labiosa*, legendum, ut habent libri manuscr. Et vero interest inter 'labia' et 'labra,' ut vult Verrius Flaccus, teste Sosipatro Carisio. sic enim ille lib. 1. 'labra' et 'labia' indistincte dicuntur, &c. Verrius autem Flaccus sic distinguit, 'modica esse labra, labia immodica, et inde Labiones dici.' Nam et Ter. Eunuch. 2. 3. 42. 'labiis demissis gemens.' et Plaut. Mil. 2. 1. 15. 'Labii dum ductant eum.' Nonius Marcellus docet etiam 'labias' dici genere feminino, et profert locum illum Plant. Stich. 5. 4. 41. 'Age, tibicen, quando bibisti refer ad labias tibias.' Cum hæc jam bis edidissem, Zoilus κωμῶντος meam totius hujus loci restitutionem usquequaque probavit, præterquam in *gemina*, pro quo *Lamia* posuit: neque professus est, quem reutus sit, aut unde sumserit, sed omnia sibi more suo, i. e. impudentissime atque injustissime, arrogavit. Nam totus hic locus (nt ceteros taceam) ante meam editionem, miserabilem in modum corruptus ac depravatus

erat. *Lamb.* Inter blanditias erat, 'meum osculum,' 'meum suavius,' φιλημα, φιλημάτιον, et labiosas habent qui osculentur. *Faber.*

1163 *Cetera de genere hoc*] Hoc hemistichium aliquoties ab eodem usurpatur, ut supra admonuimus: idque mutatus est Hor. Sat. 1. 13. 14. 'Cetera de genere hoc, adeo sunt multa, loquacem Delassare valent Fabium.' *Lamb.* Cetera de genere hoc pæne infinita sunt, neque illa attingere coner; sed optimi scriptoris locum emendabo, qui bodie a nemine intelligitur. Apud Aristophanem in Pluto anns quædam est facetis sane et lepidis morata moribus. Ei olim adolescens quidam fuerat, formosus sane, et strenuus, quique res ipsius ex sententia procurabat. Id quamdiu factum est, tamdiu nulla inter eos simultas, jurgium nullam, querela fuit nulla. Sed 'mala ætas, mala merx,' inquit Comicus; neque libenter vetulam amet qui potiore conditionem habeat. Itaque amasius ille bonæ mulierculæ, ubi primum habere cepit unde res constabliret suas et sibi meliuscule faceret, deserta misella animam suam alio contulit; quæ res aniculam ita perculit, ut eo dolore amens et plane perdita cælo terræque ærumnas narraret suas, ut in Medea Eunius et Eurip. dixerunt. Ibi autem cum chorum adisset, inter ceteras verborum delicias, quibus ad se usum esse olim adolescentem commemorat, se ab illo vocari solitam esse ait 'Nitarium' et 'Batium' vs. 1011. Καὶ γὰρ Δὲ, εἰ λυπομένην ἢ ἀσθενοῦ με, Νιτάριον ἢ καὶ Βάτιον ἐπεκορίζετο. 'Et per Jovem, sicubi me tristem cerneret, Nitarium appellabat, aut Batium anum.' Quæritur itaque quid sit Nitarium, quid sit Batium. Alii alia fortasse conferent, nos ea, Lector, quæ jam jam legeas. Scripsit olim Symmachus, Aristophanis interpret, ideo 'Nitarium' vocatam fuisse aniculam, quod Nitarus qui-

dam ob molliem famosus fuerit. Sed contra iudicium faciet qui amiculæ blandiens, eam aut Bathylli nomine, aut Ganymedis, vocaverit; quare ridicule Terentianus ille Thraso fecit, qui coram Thaide anus sit dicere, 'Ego illum Eanuchum, si sit opus, vel sobrius.' Alii autem qui eam sententiam Symmachi probare non possent, Nitarium plantæ genus esse dixerunt, unde nullus esse sensus possit, nisi, Me quasi pro floribus habebat, rem plane fatnam et imperito magistello dignam: θέλει οὐδ' αἰεὶν, ὅτι, ὡς ἄρθη εἶχε με, inquit. Didymus autem scribit 'Nitarium' et 'Batium' esse blanda dicta, quibus mulierculas delinibant, NITAPION ΔΕ ΝΕΟΤΤΙΟΝ, οἰωνὲ κοράσιον. Alii vere σκοποφόγοι homines aiunt βαταλὸν significare ἔθραν, podicem acilicet, atque inde βάτιον vocatam illam mulierem fuisse; quod ita ridiculum est et ineptum, nihil ut ineptius quidquam fingi queat, ut ne de turpissima imagine dicam. Quin et vocem illam significare fatuum aiunt, vel mollem et delicatam, ut 'batus' pisciculus est; quem tamen eundem esse arbitror, qui apud nos *Raya* dicitur, non inter pisciculos habenda. Denique pumilas mulieres βατίλους dictas fuisse aiunt; quod tamen Græci sermonis ratio non patitur; dicendum enim fuit βατίλας, forma diminutiva a βαῦς exiguus. Et hæc quidem ab illis scripta fuere; videamus equid aliquanto meliora sint, quæ mihi in mentem. Legendum puto, non Νιτάριον, quod nihili est, sed Νησσάριον, i. e. 'anaticulam,' a ἡσσα; unde ex Dorico ἄ νᾶσσα Latiniqum 'anus' prodiit. Inter ceteras autem amatorculorum blanditias aves locum habebant; idque non apud Græcos et Italos tantum, sed apud Hebræos ipsos, qui interdum belli homines erant, et columbulas et turtureas in eam rem adhibebant. Sed de anaticula locus Plauti in Asin.

Delph. et Var. Clas.

suffecerit 3. 3. 103. 'Dic igitur me anaticulam, columbam et catellum, Hirundinem, monedulam, passerculum.' Βάτιον autem avicula etiam est, ea ipsa, opinor, quam 'rubellinam' vocamus, aut alia quævis ex earum genere quæ βάτος seu rubetis aut spinetis delectantur. Hoc itaque mihi debet Aristophanes, quod, qui locus antea a nemine intelligebatur, nunc planus erit et perspicuus. Ceteram æquitatis meæ esse arbitror agnoscere Didymum, doctissimum illum et laboriosissimum Grammaticorum, non aliter olim sensisse, atque nunc sentio; sed ab imperitis compilatoribus locus illius ita corruptus est, id ut hodie apparere nequeat. Nam in illis verbis νεόττιον οἰωνὲ κοράσιον, mendum est. Pro νεόττιον autem legendum νήττιον, quod idem est ac νησσάριον seu 'anaticula.' Locus Scholiastæ κατὰ πλάτος sic habet: Σόμμαχος φησι, Νήταρος πολλὸς ἐπὶ μαλακίᾳ ὀνειδίζόμενος ἐν τοῖς ἐξῆς δράμασι καὶ βάτος. καὶ τὰς μικρὰς δὲ θηλείας, Βατίλους ἔλεγον. καὶ Θεοπόμπου δράμα ἔστι Βατίλη. τινὲς δὲ νετάριον καὶ βάτον εἶθι φυτῶν, θέλει οὐδ' εἰπεῖν ὅτι ὡς ἄρθη με εἶχε. Δίδυμος δὲ φησιν ὀποκορίσματα πρὸς γυναῖκας. νετάριον δὲ, νεόττιον, οἰωνὲ κοράσιον, ἕλλως. φιλοφρονητικὴ ἢ προσφάνησις. Βάταλον δὲ τὴν ἔθραν παρὰ καὶ τὸ βάτιον. τὸ δὲ συνεσταλμένους ἀναγνώσκων, ἀνόητων, ἢ δόναται βάτον ἀπὸ τοῦ τρυφερὸν καὶ μαλακὸν, οἷος ὁ βάτος τὸ ἰχθύδιον. Faber.

1164 *Sed tamen esto jam*] I. e. sed tamen demus, eam esse eximia forma, demus esse venustissimam, atque adeo ipsi Veneri parem: at aliæ sunt item formosæ: at sine hac antea viximus. Libri vet. tres habent *estolam*; quod lectori indicandum esso duxi, ut meminerit, in libris manuscr. sæpe l pro i, et i pro l scriptum reperiri. Lamb.

1165 *Quoi Veneris, &c.*] Cujus membra Venerem ipsam et omnes ejus suavitates adæquent. Faber.

Lucret.

4 Z

1166 *Nempe alicæ quoque sunt, nempe, &c.*] Elegantissime sermonis objuratori naturam expressit poeta. Sic apud Plant. in Rad. 11. 7. 'La. Nempe, meæ. Sc. nempe nescio istuc.' Et mox. 'La. Nempe, puellæ? Sc. nempe, molestus es.' Item in Catalectis veterum poet. pag. m. 216. 'Nempe parum casta es: nempe es deprensa: negabis? Res venit ad lites: rursus et illa mega. Dic potius: sed nempe semel, sed nempe puella,' &c. *Preig.*

1168 *Nempe eadem facit, et acinus facere omnia turpi*] *Eadem turpi* Græcorum more dixit, *καὶ τῆ ἀλοχῆς*, i. e. 'eadem facit atque ea quæ turpis est.' sic lib. 3. 1051. 'eadem aliis sopitus quiete est.' *Lamb.* Eadem ac turpis facit. *Faber.* Eadem facit Turpi, i. e. 'Eadem ac turpis.' Hæc ante oculos Ovidius, cum scripserit Rem. Amor. vs. 437. 'Quid, cui clam latuit reddente,' &c. *Croock.* Hor. A. P. 467. 'Invitum qui servat idem facit occidenti.' *Hav.*

1169 *Suffl*] Imbuit. sed magis proprio verbo usus est. quo et supra. *Lamb.*

1170 *At lacrymans exclusus*] Sic Tibull. 2. 6. 13. 'Juravi quoties rediturum ad limina nunquam? Cum bene juravi, pes tamen ipse venit.' sic ille apud Ter. Eunuch. 1. 2. 2. 'Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem, Cum accessor nitro?' &c. vide quæ annotavimus ad illum locum Epod. Od. 2. 23. 'Ad non amicos (heæ) mihi posteis,' &c. *Lamb.*

1171 *Operit*] Tibullus 1. 2. 14. 'Cum posti florea sarta darem.' non minus ineptit Phedromus Plantinus amator: qui pessulos irrigat ne inter aperiendum verbum faciant. Adolescentulos hoscine exclusos videre poterit posti supplices oscula figere: cantilenam illam Plantinam meditari ex Curc. 1. 2. 64. 'Sussilite, heus pessulli, sussilite.' *Pius.*

Postisque superbas] I. e. et foris superbas. 'superbas' autem, h. e. superbas puellæ, ut apud Hor. Od. 2. 14. 26. 'et mero Tinguet pavimentum superbam.' i. e. domini superbi. *Lamb.*

1172 *Unguit amaracino*] Unguit oleo; seu potius unguento ex amaraco. *unguit* autem legendum est, et ita habent lib. vet. *Lamb.*

1173 *Quem si jam admissum*] Ostendit inconstantiam et mobilitatem amantium, ubi cum exclusi fuerant, desiderio puellæ contabescunt: ubi vero intronmissi sunt, levissima re offensi discedere volunt: et tum respiciunt, tumque se stultitiæ condemnant, quod mulierculam tanti fecerint. Fortasse autem significat, utile, atque adeo salutare esse amantibus, amicarum suarum ingenia, et mores, et victus consuetudinem, et vitia nosse: quoniam his cognitis, quantopere desipuerint, qui talem amarint, intelligunt, cujus rei exemplum est notissimum apud Ter. Eun. 5. 4. 8. sic enim Parmeno: 'Id vero est, quod ego mihi puto palmarium, Me repperisse, quomodo adolescentulus Meretricum ingenia et mores posset noscere: Matre ut cum cognorit, perpetuo oderit: Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, Nec magis compositum quidquam, nec magis elegans: Quæ, cum amatore suo cum cenant, ligurriunt. Harum videre ingluviem (ai. *inluviem*), sordeis, inopiam, &c. Nosse omnia hæc, salus est adolescentulis.' *Lamb.*

Venientem] Omnes quidem libri vulg. habent *veniens*: itaque olim in prima editione scripseram, secutus libros illos vulg. Nunc autem, ut jam in editione sec. scripsi, *venientem* malo, quomodo habent cod. Bertin. et Memm. et Tett. Hæc enim lectio vera et recta est, ut sit hæc sententia: amantem jam admissum et modo venientem, si eum una duntaxat aura offenderit, causas abeundi querere

speciosas: tanta inconstantia est. 'admissum, venientem' autem *δωρῶδ' ἄφρα* posita sunt, ut infra statim, 'subat, ardet.' *Lamb.* Ita lib. nostri, et alii vet. Vulg. fere: *veniens. Gifan.* De inconstantia amatoris. Modo exclusus lacrymis limen et postes durioris amiculæ rigabat, modo unguentis illinebat, aut aspersis floribus nungebat; Deos atque astra lacusabat; nihil denique se miserius quidquam deplorabat; tandem tandem reserata janna est, ibi tum homo noster consilium suum damnat; vix satis ingressus est, cum jam egreditur, &c. *Quem si jam admissum venientem offenderit aura Una modo, causas abeundi quarat honestas.* Ita vulgo legitur: sed quomodo tandem stare possit *venientem* cum *admissum*? Itaque tolerabilior aliorum codicum lectio est, *veniens aura*, nisi si conjectura nostra probari pote sit, *Quem si jam admissum vel venti offenderit aura*, i. e. vel levissima res, folium, pluma, musca, &c. *Faber in Emend.*

Quem si jam admissum venientem] *Alli veniens*, et rectius; *Faber* conjicit *vel venti*, i. e. vel levissima res, folium, pluma, musca, &c. *Creech.*

1175 *Alte sumpta*] Ex alto tracta et a magno recessu. Simile illud *Maronianum Æn. 8. 593.* 'quid causas petis ex alto?' Tunc apud amicam vocabit insanam: delirum: vanam: qui adscriperit sibi illa quæ satis essent ipsi Veneri. qualis est illa *Propertiana* exprobratio, 3. 23. 1. 'Falsa est ista tuæ, mulier, fiducia formæ, Olim oculis nimium facta superba meis. Noster amor taleis tribuit tibi *Cynthia* laudes: Versibus insignem te pudet esse meis. Mistam te varia laudavi sæpe figura, Ut quod non esset esse putaret amor.' *Pfau.*

1178 *Nec Veneres nostras hoc fallit*] I. e. nec hoc ignorant nostræ puellæ, nam quos volunt in amore retinere, eos omnia vitæ suæ *postscænia* ce-

lant; id est, non admittunt eos in eam familiaritatem, ut eis suas sordeis domesticas, suæque vitæ inhonestam rationem aperiant. 'fallit,' i. e. latet, *λαθῶδ' ἄφρα. Lamb. Veneres. Amiculas, &c. Faber.*

1179 *Vitæ postscænia celant*] Cum in libris manuscr. reperissem partim *postscænia*, partim *postscænia*, ego *postscænia*, sive *postscænia*, littera *s* addita, restitui. *Erat* autem 'postscænum,' seu 'postscænum,' locus post scenam, ubi multa fiebant, quæ a spectatoribus audiebantur tantum, non autem cernebantur: quale erat *ἄπορρεῖον* apud Græcos: in quo, ut scribit *Julius Pollux*, calculis compluribus in utras conjectis, et illis utribus per aëra versatis, atque agitata, tonitru similitudo referebatur. 'Proscenium' autem (ut docet *Diomedes*) est pulpitum et locus ante scenam, in quod pulpitum prodebat actores. Itaque 'proscænia vitæ' hic non convenit. Nam per 'postscænia vitæ' (ut diximus) significat *Lucretius* absconditam et intimam puellarum seu meretricum vivendi consuetudinem, et omnia quæ domi faciunt, cum solæ sunt: quæ suis amantibus occulta esse volunt. 'proscænia' autem 'vitæ' contra significarent quidquid puellæ impudicæ, et hujusmodi mulieres, coram amatoribus suis et loquuntur, et faciunt: quod totum est fictum et simulatum, et ad illiciendos amantes comparatum: nihilque in eo verum, nihil simplex, nihil genuinum. At hæ mulieres fucum, munditiem, luxum, splendorem, risum, blanditias, et reliquum apparatus meretricium habent in promptu positum, et suis amantibus ostentant. sordeis autem suas, inopiam, ingluviem, illuviem, immunditiem, maculas corporis, rugas, crineis emtos, et similia, occultant. sic *Ovid. lib. 3. de A. A.* 'Multa viros nescire decet: pars maxima rerum Offendet, si non interiora te-

gas.' Idem ibidem: 'Quæ male crinita est, custodem in limine ponat, Orneturque Bonæ semper in ore Dæ.' *Lamb.* *Vitæ postscenia cælant.* Ita Lambiunus; egregie. In vet. libris: *postscenia*, et *posttenia*. Marullus, et vulg. *proscania*; pessime. *Gifan.* *Vitæ postscenia*, Metaphora a theatro. De hæc muliercularum cautione vide Ovid. de Rem. *Fab.*

1182 *Anquirere nisus*] Secutus olim fueram codices vulgatos, *anquirere in usus*, nisi quod illi habent *inquirere*. *anquirere* autem seu *inquirere in omneis usus*, sic interpretabar, inquirere omnia meretricum facta scilicet in usus tuos: plane duriuscule. Itaque admonueram lectorem libros scriptos habere *omneis anquirere*, seu *inquirere risus*. Per *risus* autem, si hæc lectio recta esset, significaret Lucretius fallacias meretricum, quibus illudunt suos amatores: sententia huic loco conveniente, sed quæ non satis ex verbis posse elici videatur. Nam per '*risus*' significarentur potius derisiones et Indibria. Quare harum lectionum nunc mihi neutra placet. Venit postea mihi in mentem hæc tertia, *omneis inquirere lusus*: ut per '*lusus*' meretricum fallacias, quibus suos anctores illudunt, intelligamus. Sed ne hæc quidem mihi satis postea probata est, quia et aliquanto remotior sit a scriptura vel recepta, vel antiqua: et minus cum antecedentibus aut consequentibus cohærere videatur. Cum me tandem in omneis parteis cogitando vertissem, existimavi, aptissime legi posse, *omneis anquirere nisus*: ut per *nisus* significet Lucretius studia, quæ adhibent puellæ illæ ad arteis ac fallacias suas occultandas, ceteraque sua vitia tegenda. Quæ sententia cohæret aptissime et cum illis superioribus, 'Omnia summopere hos vitæ postscenia cælant,' &c. et cum iis quæ sequuntur, 'Prætermittet te humanis concedere rebus.' i. e. non admodum studebit,

aut nitetur te sua mala et vitia celare. Cum hæc paullo post secundam editionem excogitasset, cujus rei testes sunt mihi viri doctissimi et amplissimi, cognovi, idem cuidam male de me merito venisse in mentem: si credibile est hoc evenisse, et non ab altero excogitatum, istum sibi assumissem. Unus est eodem nomine et 5. 912. 'Trans maria alta pedum nisus ut ponere posset.' *Lamb.* Sic restitui. In vet. libris: *risus*. R pro N, ut sup. eod. hoc libro vs. 217. &c. Vel etiam: *usus*. Vide Indicem: '*Nisus*.' Vulg. in *usus*. Gifan. Imo '*visus*' inquirere jubet num veri sint, num ficti. *Hav.*

1183 *Et si bello, &c.*] Horum versuum hæc sententia est: Quin etiam, nisi plane difficilis est et morosa, satis multa apud illam videbis, quæ efficient ut magno nisus opus non sit ad, deprehendenda corporis vitia; sed ea sinet ut pervideas, sperans te non ita illis offensum iri, quippe quæ non unius mulieris propria sint, sed communia omnium. *Faber et Creech.*

1184 *Prætermittet te humanis concedere*] I. e. sinet te ignoscere incommodis humanis, i. e. non admodum in eo laborabit, ut te celet sua incommoda ac mala: sed ea te sinet cernere, sperans fore, ut ea æquo animo feras, tamquam humana, et hominibus usitata. hic versus, et ejus explicatio, declarant, supra legendum esse, *anquirere nisus*. *Lamb.* *Prætermittet* autem ut supra vs. 1144. 'Et prætermittas animi vitia omnia primum.' *Creech.* Mas. lectionem potius secuti sumus. Si illa (inquit) non odiosa est *prætermittere*, i. e. facile prætermittet te, vel tu prætermittere, i. e. prætermittetis, scil. ab illa, humanis concedere rebus. *Hav.*

1185 *Nec mulier semper*] Neque vero mulier (inquit) semper se amare simulat, sed interdum ipsa quoque amat ex animo. Cujus rei exemplum capere licet ex Silenio puella Plau-

tina, quæ ex animo Alcesimarchum amat. Sic autem de ea altera meretrix, Gymnasium, 'hoc sis vide, ut petivit Suspirium alte? et pallidula es,' &c. quæ petita ex auctore, in Cistellaria, non longe a principio l. 1. 58. *Lamb.* De meretriculis, quæ tantum propter quæstum faciunt, et prohibent conceptum, satis. Jam dicitur cur liberi sint modo patribus, modo matribus, modo utriusque parenti similes, aliquando vero avos et proavos referant, præmittit vs. 17. quibus docet quasdam fœminas ex animo facere, propter voluptatem quam non minus quam mares percipiunt. Communia enim sunt Veneris gaudia, quod brutorum animalium conjunctiones abunde probant. *Creech.*

1187 *Adusctis humectans*] Ita vet. libri. Vulg. *adusctis*, mendose. *Gif.* *Adusctis humectans oscula labris.* Sic legendum, non *assuetis*, ut est in libris vulgatis. Est autem *adusctis*, participium a verbo *adusgo*. Mire vero expressit amantium osculantium nequitias improbolas: qui labra labris affigentes alter ex alterius labris humorem sugunt, quasque animas alter alterius hauriunt. hæc autem oscula dicuntur a poetis *humida*; alia vero *sicca*. Hic locus ita in duabus superioribus meis editionibus restitutus est: eamque restitutionem secutus est Zoilus, quasi suam, instituto suo. *Lamb.*

1188 *Nam facit ex animo sæpe*] I. e. nam sæpe facit illa omnia quæ dixi, ex animo, nihilque simulans: vel dic, *facit ex animo*, i. e. amat ex animo. *Lamb.*

Communia querens Gaudia] Et querens communem cum viro voluptatem, studet rem Veneream perficere. *Lamb.*

1189 *Spatium amoris*] Honestè intelligit finem coitus: quem tunc descripsit Ovidius, cum inquit: 'Ad metam properate simul: tunc plena voluptas Cum pariter victi fœmina

virque jacent.' *Pius.* Eleganti et honesta translatione significavit, mulierem interdum etiam amare ex animo, et corpus suum cum viri corpore commiscentem ipsam quoque communia ex re Venerea gaudia percipere properare. Est autem tralatio ducta a stadiis in quibus curritur, ut notavimus supra ad illum locum, 'decurso lumine vitæ,' 3. 1055. ubi tamen legendum fortasse est *limitæ vitæ.* *Lamb.*

1191 *Subsidere*] Succumbere. *Lamb.*

1192 *Subat, ardet abundans*] Sic reperi scriptum in libris manuscr. pro quo vulgati habent *subito ardet*, mendose. Dicuntur autem 'subare' quadrupedes fœminæ, cum libidine flagrantem marem appetunt, et maxime sues: Festus: 'Suillum genus, invisum Veneri prodiderunt poetæ, ob interfectum ab apro Adonim, quem Dea illa diligebat: quidam autem, quod immundissimi sint sues ex omni mansueto pecore, et ardentissimæ libidinis: ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum subare et ambire dicuntur.' Auctor vocabularii Latino-Græci manuscr. 'Subat,' inquit, 'δρυγῆ.' δρυγῆ autem est 'complexum maris aut fœminæ appetere.' Utitur hoc verbo Hor. Epod. 12. 11. 'jamque subando Tenta cubilia, tectaque rumpis.' quod si cui pervicaci magis placebit scriptura vulgata, *subito ardet*, equidem cum eo non pugnabo. Sed quamobrem antiquam rejiciamus, causam non video. Dicitur est autem 'subat, ardet,' *δουρδέ- rous.* quale illud apud Hom. Il. λ. 119. *ἄρεδουοῦ, βρώουσα*, i. e. 'properans, sudans,' et alia sexcenta. *Lamb.* Alii: *subit.* In vulg. *subito.* Quod Marullus commentus erat. *Gifan.* Subat, atque ardet: alii *subito ardet*: 'Subare' autem quadrupedes fœminæ dicuntur, cum libidine flagrantem marem appetunt, et maxime sues. Festus. *Creech.*

1193 *Et Venereum salientum lata re-*

tractat] Si legemus *retractant*, subintelligitur pronomen 'illa,' nempe animalia, hoc modo: et animalia illa, de genera fœminarum, Venerem marium salientium atque irruentium laeta vicissim et pro sua parte tractant, i. e. maribus in Venerem ruentibus pariter et mutuo respondent: una cum maribus voluptatem rei Venerem tractant: sin *retractat*, quo modo hic edi jassi, subintelligemus 'natura illorum animalium.' Utitur autem eodem loquendi genere inf. eod. lib. 1265. 'Clunibus ipsa viri Venerem si laeta retractat.' *Lamb. Salientum.* Quidam *Mss. fallentum*, quod suo sensu et acamine non caret, puto tamen natam lectionem inde quod sæpe in *Mss.* ita longa invenitur littera *i* quasi pro *l* sit accipienda, ut sæpius vidi in L. B. *Hav.*

1196 *Ut in vinculis*] Fortasse legendum *uti vinculis*, &c. *Lamb.*

1198 *In trivitis non sæpe canes*] Secutus sum olim lib. vulgatos in quibus est, *quis sæpe canes*. Nam in manuscr. scriptum est, *In trivitis cum sæpe canes*, &c. in quibusdam, *In trivitis con sæpe*: nude nunc facio, *non sæpe canes*, &c. hac sententia: Nonne sæpe canes in trivitis discedere cupientes, diversi, hoc est in diversas partes, summis viribus contendant? quem scriptura recta est. Nam et *quis*, quod habent lib. vulg. rejiciendum: et *cum*, seu *quam*, propter alterum *cum*, quod proxime sequitur, ferri non potest. Jam quod ad hujus loci emendandi rationem attinet, sæpe jam admonui, *con* ex *non*, et contra, *non* ex *con*, a librariis illis factum esse. *Lamb. In trivitis quum.* Ita vet. libri; recte. Est enim exemplum versuum illorum: 'Nonne vides,' &c. Vulg. *quis*; male. *Gifanio.* Melius cum *Gifanio*, *In trivitis quum.* Creech.

1198 *Compagibus*] Vinculis, nodis, copulis. *Lamb.*

1200 *Quæ lacere*] Sic reposui, sola

veritate fretus. Sic sup. 1130. 'Nam vitare plagas in amoris ne laciamur,' &c. hujus quoque loci restitutionem dissimulans sequitur Zoilus, ita ut sit hoc perpetuum in isto, *καὶ τὸ δὲ τρυκαλίδου.* *Lamb. Vet. libri, et vulg. Quæ lacere.* *Gif.*

1202 *Et commiscendo cum semine*] Nunc querere incipit, quamobrem filii patribus ac matribus similes sint, aut dissimiles. *commiscendo* autem, i. e. inter commiscendum, seu in commistione viri et fœminæ; qua de re plura Lactantius lib. de opif. Dei. *Lamb.* Scio locum hanc a quodam tentatum esse, sed nil necesse fuit. *Faber.* Cum semina inter se permixta coalescant, si virile superaverit, patri similis provenit sive mas, sive fœmina; si muliebri prævaluerit, progenies cujusque sexus ad imaginem maternam respondet. Hincque plerumque fieri solet, ut unius tantum lineamenta prætendant: si vero æqua fuerit ex pari semine permixtio, figuræ quoque miscentur, ut soboles illa communis aut neutram referre videatur, quia totum ex altero non habet; aut utrumque quia partem de singulis mutuata est. Quod autem nati avos aut proavos aliquando referant, id fit, quia semen contextitur e moleculis pluribus, quæ non semper exsoluta omnes ad atomos usque, nec proxime ipsas in generatione prima proximave aliqua, sese deinceps in aliqua consequentium sic explicant, ut quod potuissent in proxima id agant solum in remota. Hæc vas. 24. Salmasius Ep. 61. legit, *Et commiscendo cum semine, forte virilis Fœmina vim vicis, subita vi corripuitque.* Creech. Turnebi (vide notam sequentem) conjecturam, etiam non inspectam, ultro eram secutus, et porro sequor. *Hav.*

1203 *Fœmina commulsit subita, vi corripuitque*] Cum secutus essem initio, hoc est in prima editione, omni ex parte libros vulg. nisi quod *mulsisit*,

not, ut illi habent, *mulxit*, excudendum curaram, in hoc uno scripturae veteris auctoritatem non aspernatus, (quæ scriptura talis est, *Et commiscendo cum semine forte virile Fæmina vi mulxit subita vi, &c.*) quod ex *mulxit*, feceram *mulxit* (nam *mulxit* scriptum putabam, et etiam nunc puto, pro *mulxit*, et enim sæpe scribebatur a librariis illis pro *x*) in ceteris autem scripturam veterem, ut depravatam, rejecissem: de toto hoc loco ita senseram, itaque scripseram, et vero his ipsis verbis usus. Si quis tamen veteris scripturae rationem habendam patabit, quemadmodum mihi maxime videtur; sic aliqua poterit haberi, ut hoc modo legamus: *Et commiscendo cum semen forte virile Fæmina commulxit subita vi, corripuitque.* vel hoc modo, *Et commiscendo cum semen forte virile Fæminei mulxit subito vis, corripuitque, &c.* quæ lectio omnium planissima est, et fortasse vera. Adrian. Turnæbus autem multo severius ac religiosius veterem scripturam retinet, hoc modo: *Et commiscendo cum semine, forte virile Fæmina vi mulxit subita, vi corripuitque.* Venio nunc ad receptam, eam dico, quam secutus sum, quamvis non admodum probem: quæ talis est, *Et commiscendo cum semen forte virile Fæminem mulxit subita vi, corripuitque, &c.* quam sic explico: Cum in commiscendo, atque in concubitu, seu complexu maris et fæminæ, semen fæminæ vi quâdam subita 'mulxit,' i. e. attraxit, et corripuit semen virile, (quod non semper accidit: iccirco addidit 'forte.' Nam sæpe semen virile effluit ex locis muliebribus, neque mulgetur, aut rapitur a matrice:) tum igitur ex materno quidem semine fiunt filii matrum similes; ex paterno autem, patrum. Hæc mihi videtur esse hujus loci sententia. Ego tamen malim legi, *Fæminei mulxit subito vis, &c.* ut sit 'vis fæminei

seminis.' Hæc igitur tum mea fuit sententia, seu potius opinio quædam probabilis, talisque hujus loci explicatio. In sec. editione sic scripsi, ut fere est in veteribus lib. *Fæmina commulxit subita vi, corripuitque.* eandemque hic quoque retineo: cujus sententia ita aperta est, ut declaratione non egeat. Sed quod Lucret. hic 'maternum semen' appellat, Aristot. lib. de ortu animalium, negat fæminas in re Venerea semen ullum mittere: cujus sententiam improbant ac refellant medici. Jam quod ad similitudinem ac dissimilitudinem filiorum attinet, medici item aiunt, si semen paternum sit potentius ac dominantius et semine materno, et sanguine menstruo, tum filios et animo et corpore patri esse similes: sin ab utroque superetur, tum eos et ingenio, et figura corporis ad matrum similitudinem propius accedere. *Lamb.* *Cum semen forte virile Fæmina immulxit, subita vi corripuitque.* Ita ex veteribus, qui habebant: *Fæmina vi mulxit.* Vulg. *Fæmineum mulxit.* Imo in antiquis: *Fæmina immulxit.* Gifan.

1205 *Ut patribus patrio*] Sic omnes quidem habent libri tum manuscr. tum excusi: sed videtur legendum *Ut patrum patrio.* nam consuetudo Latini sermonis postulat, ut verba sic construantur: tum similes matrum filii fiunt, semine materno scilicet dominante, vel materis locum obtinente, ut fiant similes patrum, patrio semine. nam particulae copulantes et disjunctantes copulant et disjungunt similes casus. *Lamb.*

1026 *Esse vides juxtim*] Sic legi debet, et ita habent quinque lib. manuscr. *juxtim* autem pro *juxta*, i. e. similiter, æqualiter, pariter. *Sall.* Bello Jug. 'Hiemem atque æstatem juxta pati.' *Plaut.* *Aulul.* 4. 7. 1. 'Dixi tibi mater: juxta mecum rem tones.' *Idem Trin.* 3. 1. 24. 'Jux-

taque eam curo cum mea.' *Lamb. Juxtim.* Ita vet. plerique. Alii: *mis-tim.* Gifan.

Misceatis volta parentum] Sic habent libri manuscr. atque hanc scripturam agnoscit Nonius in voce *cultus*, ut probet, usitatum esse veteribus 'vultus, us,' et 'vultum, i.' 'misceteis volta' autem, seu 'vultus parentum,' i. e. similitudinem utriusque parentis promiscue et æqualiter referentis. *Lamb. Volta,* pro volta. Sic veteres, et jam, ni fallor, alibi Lucretius usurpavit. *Faber et Voss. Anal. 1. pag. 161.*

1207 *Et materno sanguine*] Et hoc loco possit videri, Lucretio nihil interesse inter sanguinem menstruum, et semen maternum, (quod nullum esse negat Aristot.) cum tamen hæc plurimum inter se differant. Sed dicamus 'maternum sanguinem' hic intelligendum semen: nihil enim aliud est semen hominis, quam sanguis optimus, et concoctus, et ad gignendum aptus. *σπέρμα* nominant Græci: sanguinem menstruum autem *σάρμα* iidem appellant. *Lamb.*

1209 *Conficit*] *Ἐσπυρρυκός* accipiendum, quasi commisit, collisit. *Lamb.*

1210 *Et neque utrum*] Sic habent lib. scripti: vulg. autem, *Et neutrum*, sed nihil refert. *Lamb.* Ita vet. libri. Vulg. *neutrum*. Forte etiam: *ne utrum.* Gifan.

1211 *Existere Avorum, &c.*] Neque facie tenuis, sed et mente. Suet. in Ner. cap. 1. 'Plures e familia cognosci referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cujusque quasi tradita et ingenta retulerit.' *Hav.*

1213 *Propterea, quia multa modis*] Sic legendum, non *multimodis.* *Lamb.*

1215 *Qua patribus patres tradunt*] Quæ patres tradunt filiis suis, qui

susceptis liberis patres sunt. *Lamb.*

1216 *Inde Venus varia producit sorte figuras*] Secutus sum cod. Bertinian. cum quo congruunt Parisiens. et Veneti antiq. et Lugdunenses alteri. Nam Vaticanus habet *Inde Venus varie producit sæpe figuras*, cum quo congruunt Florentini. alii partim, *Inde Venus varia producit sorte figuras*: partim, *Inde Venus varie producit sorte figuras*. fortasse legendum, *Varias producit sæpe figuras*. neque tamen eam scripturam, quam secutus sum, rejiciendam censeo. *Lamb. Varia.* Ita quidam libri. Quidam: *varie.* et quidam: *forte. Sæpe* quidam, *varie, sorte.* Gifan.

1218 *Quandoquidem nihilo minus*] Hoc referendum est ad illud quod proxime dixerat, Venerem sæpe referre non solum vultus, verum etiam voces et comas majorum. quod quia mirum alicui videri poterat, subiciens rationem, quandoquidem (inquit) hæc, nempe comæ et voces, nihilo minus constant de semine certo, quam oris forma, et totius corporis habitus et figura. Quin sit autem legendum *nihilo minus*, etiam reclamantibus libris omnibus, neminem puto dubitaturum. Nam si *nihilo magis* legeretur, diceret Lucretius, res aliquas incerto semine nasci: quod pugnat vel cum Epicuri decretis, si 'semen' pro primis corporibus accipiamus; vel cum ipsius Lucretii verbis, si semen patrum et maternum intelligamus. 'Nihilo magis' enim vim habet negandi: ut 'nihilominus' affirmandi. *Lamb. Nihilo magis hæc.* Sic omnes lib. Forte legendum: *minus.* Atque ita variatum etiam sup. 2. 533. *Gifan.*

1220 *Sæclum*] Genus. *Lamb.*

1222 *Semper enim partus duplici de*] Duplici de semine, nempe patrio et materno. 'partum' usurpavit pro eo quod paritur, ut lib. 2. *Lamb.*

Duplici de corpore] Quoniam semen

per membra atque artus decedit corpore toto 4. vs. 1086. *Creock.*

1224 *Plus parte æqua*] Plus æquali parte: i. e. habet plus ejus cui magis similis est, quam ejus cui minus similis est. *Lamb.*

Quod cernere possis] Alii libri habent, *qua cernere possis*: quam lectionem non probo. *Lamb.*

1225 *Sive virum suboles, &c.*] Sic legendum, et ita habent libri manuscr. et ita scriptum reperi in vocabulario manuscr. Claudii Puteani, hac interpretatione subjecta: 'Suboles, *ἐπιγονή, γένεσις, γονή.*' denique hanc scripturam agnoscit Festus in voce 'suboles,' his verbis: 'Suboles abolescendo, i. e. crescendo, ut adulescentes quoque et adulti, et indoles dicitur.' Lucret. lib. 4. 1226. 'Sive virum suboles,' &c. Virg. Ecl. 4. 49. 'Cara Denm suboles, magnum Jovis incrementum.' Qui autem dicunt, contra rationem, et veterum Grammaticorum, librorumque Manuscript. auctoritatem, receptam consuetudinem hujus vocis scribendæ per o in prima syllaba esse retinendam, et hoc usui dandum; aut videant, ne, dum in hac voce corruptæ consuetudini indulgent, idem facere cogantur in multis aliis; aut mihi, cur tam inconstanter in aliis vocabulis vitiosam scribendi consuetudinem, quantumvis receptam, damnent et corrigant, in uno atque altero ferendam censeant, causam, nisi eis molestam est, afferant, rationemque exponant. Etiam hujus loci restitutionem dissimulanter secutus est Zoilus, cum ego princeps ita restituerim in Lucretio et Horatio, ubi antea legebatur *soboles*. *Lamb.*

Origo] Sexus. *Faber.*

1226 *Nec divina satum*] Constat sibi Lucretius. Nam hominis erat de natura rerum se dicturum seu scripturam profitentis, maxime ejus qui Epicuram sequeretur, omnium

rerum causas afferre atque explicare, nihilque ad Deos referre. *Lamb.* Contra illos qui sterilitatem mulieri aut viro a Diis immitti putabant. *Faber.* Causæ sterilitatis, quas attulit ex temperie seminis, vs. 31. probæ quidem et veræ: quas e motibus nequioribus vs. 15. illæ non absurdæ, sed parum pudicæ: a Diis autem viro vel fœminæ sterilitatem immitti negat, neque id mirum si e thalamis excludat istos Deos, quos in intermundiis collocavit. *Creock.*

1227 *Abstergent*] Ita vet. libri. Vulg. *Absterrent.* Vide Indicem. *Gif.*

1230 *Adolentque altaria donis*] *Adolent*, i. e. argent, honorant, et ita Nonius. Virg. *Æn.* 7. 71. 'Præterea castis adolet dum altaria tedia.' alias 'adolere' est urere κατ' εὐφημισμῶν. Virg. *Pharmac.* 65. 'Verbenasque adole pinguis et mascula tura.' *Lamb.*

1232 *Fatigant*] *Fatigant Deos* precibus et hostiis scilicet. sic Hor. Od. 1. 2. 26. 'prece qua fatigant Virgines sanctæ minus audientem Carmina Vestam?' *fatigant sortis*, consulentes oracula. Virg. *Æn.* 4. 346. 'Italiam Lyciæ jussere capessere sortes.' *Lamb.*

1233 *Nam steriles nimium*] Duas causas affert sterilitatis: unam, quod semen nimis crassum sit; alteram, quod nimis tenue. *Lamb.*

1234 *Præterjustum*] Supra modum, supra quam satis sit. *Lamb.*

Viciisim] Partim. *Lamb.*

1235 *Tenue*] Vel procelensmaticus est, vel tenue disyllabum est. *Lamb.*

Loci] Vasis muliebribus. *Lamb.*

Adfigere adhæsum] Adhærere. Profert et hunc versum Nonius Marcell. in voce 'adhæsum,' et item alterum, qui est 3. 382. 'Nam neque pulveris interdum sentimus adhæsum.' Sed videtur dariuscule dictum 'adfigere adhæsum,' pro adhærere. Quid si legamus *adfigi adhæsim?* Quod autem Thraso vult legi *adfigi adhæsum,*

ut sit participium, fieri non potest: nam participium passivum 'adhæsus, a, um,' a verbo adhæreo absoluto, neque reperitur in tota Lingua Latina, neque formari potest. Quod enim Grammatici notant, interdum participia pass. formasse veteres a verbis neutris aut absolutis; ea, cum rara sint, exemplo nobis esse non debent. *Lamb. Adfigi adhæsum.* Sic restitui, conjectura ductus. Vide sup. I. 210. et Indicam: 'Adfigere;' ut hic vulgati. *Gifan.*

1236 *Ab ortu*] Sic legendum separatim, non *abortu* conjuncte, et ita habent libri manuscr. *Lamb.*

1239 *Locos*] Sic *τόποι* apud Aristot. Hist. An. 7. 3. Cicero item simpliciter 'locos,' Varro 'Locos muliebres.' *Creecæ.*

Aut penetratum] In prima editione scripseram *penetratis*, rejecta scriptura vulg. *penetratum*, admonitus a cod. Vatic. in quo scriptum erat *penetrati*. Deinde hæc adjeceram in Scholiis: Et vero, ut *penetratis* legatur, ratio et veritas postulant. *penetratis* subintell. locis, nisi quis dicat 'penetratum' significationem habere *επεγγυητόν*, et positum pro eo quod est, cum penetravit: cujus modi participia sunt, 'juratus,' 'pransus,' 'census,' &c. et ita sup. 674. 'Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum.' Itaque in sec. editione, mutata sententia, *penetratum* (quod tamen in prima non plane damnaram, ut intelligere licet ex iis quæ supra commemorata sunt) reposui. Idem etiam hic sequor: ut intelligamus, esse *επεγγυητόν*. *Lamb.* Ita omnes veteres fere; rectissime. *Lambinus*: *penetratis*. *Gifan.*

1241 *Nam multum harmonia Venoris*] Docet, alios viros aliis fæminis ad procreationem liberorum convenire. Itaque multum interesse qui vir cum qua muliere matrimonio coeuletur, et nuptias contrahat. *Harmonia*, i. e. convenientiæ. *Lamb. In-*

tellige temperamenti convenientiam, *συναρμογήν*. Locus Epicratis in Antilide apud Athenæum, quem citat Gifanus, ad hunc versum nihil quidquam facit. Cum enim de Laide jam vetula loquens Epicrates scribit, *Τὰς ἀρμονίας τε διαχαλῆ τοῦ σώματος*, ibi *αἱ ἀρμονίαι* nihil aliud sunt quam juncturæ et articuli corporis. Itaque risum debet Thraso *Lambinianus*, quod ei toties evenit, quoties Græca, in quibus imperitissimus erat, voluit attingere; quod Index hominis facile ostendat. *Faber.*

1243 *Pondus*] Uteri pondus, factus est. *Faber.*

1244 *Hymenæis ante fuerunt Pluribus*] Multæ pluribus hymenæis, i. e. plaribus nuptiis, antea steriles fuerunt, neque ex viris pluribus liberos suscipere potuerant, &c. *Lamb.*

1245 *Et nactæ post sunt tamen*] I. e. et tamen postea alias nuptias nactæ, et alii viro junctæ sunt, unde liberos suscipere et fæcundæ esse possent. Hunc locum (absit verbo invidia) sane *εὐστέχως* restitui, modice a veteribus codicibus adjutus, cum antea in hoc loco semper hæsissem. partim propterea quod participium *nactæ* insolenter mihi per se positum videbatur, partim propter ineptam repetitionem verbi *possunt*. Cum igitur reperissem scriptum in aliis codicibus veteribus *et nactæ possunt*, &c. in aliis, *et nata possunt tamen unde puellos suscipere, et partu possunt dītecuræ dulci*; sic restitui, quemadmodum excudendum curavi, *et nactæ post sunt tamen, unde, &c.* quæ lectio perspicua vera et recta est: nam vulgati habent *possunt tamen inde, &c.* *Lamb.* Egrege *Lambinus*. Vulg. *possunt tamen inde*. Ita inf. fere, 6. 1104. *Gifan.*

Puellos] In hac ipsa voce 'puellos' profert hunc versum *Nonius*: et præterea *Ennianum* illam, p. 28. 'Ipse suos Divis mos sacrificare puellos:' et *Lucillii*, 'Cumque hic tam for-

mesu' tibi, ac te digna' puellus.' et illud Varronis, Testamento: 'Sic ille puellas Veneris repente vado cecidit cruentus olim.' *Lamb.*

1247 *Et quibus ante domi fecunda*] Legendum mihi videbatur olim *infecunda*, et ita primo edideram, cum in omnibus libris legatur *fecunda*. mihi enim hoc sentire videbatur Lucret. Et li qui habuissent domi uxores sibi infecundas et sterileis, invenerunt tandem comparem et fecundam, ex qua liberos susciperent. Sic supra 'sterileis' appellavit mulieres, non quod tales essent natura, cum ex alio viro postea liberos susceperint, sed quod ab illo viro gravidæ non fierent. Sed Turnebus putat, scriptura recepta servata incolumi, hanc locum ita explicari posse, ut eadem sit sententia, atque si *infecunda* legeretur, hoc modo, et iis quibus antea fuissent uxores fecundæ quidem illæ, sed quæ ex his viris concipere non potuissent, inventa est uxor aliqua compar, et temperatione respondens, ex qua liberos suscipere possent. Omnino mihi nunc videtur *fecunda* recte huic loco quadrare posse, nihilque esse immutandum. videtur enim mihi Lucretius hoc ostendere velle, quod supra posuit, Veneris harmonias differre, et alios viros aliis feminis esse aptiores, et contra alias feminas aliis viris. Multas feminæ, inquit, certis viris nuptæ, sterileis fuerunt, neque concipere potuerunt: post aliam virum nactæ sunt, ex quo liberos susceperunt. Rursus plures viri reperti sunt, qui cum certis mulieribus, quantumvis fecundis, matrimonio copulati, ex iis liberos procreare non potuerunt: iidem aliam uxorem nacti, ex ea liberos susceperunt. *Lamb. Fecunda sæpe.* Ita omn. libri. Male Lambinus: *infecunda*. Sæpe fit, ut fecunda uxor ex aliquo non concipiat, quia non est compar natura.

1248 *Inventa est illis quoque compar*

Natura] Illis viris inventa est uxor compar natura, τῆ φέρου. natura accipio, ut sit septimi casus. potest tamen etiam esse recti casus, et coherere cum voce *compar*, ut alii malunt, ut per naturam comparem, uxorem comparis naturæ intelligamus. *Lamb.*

1249 *Natis munire senectam*] Nam hanc gratiam debent parentibus liberi, ut non solum eos alant, verum etiam tutos ab injuria præsent, quantum in eis situm sit. Hesiodus de liberis, ὀφειλήματα δότων. Sic Catullus Epithalam. Julæ et Manlii: 'Nulla quit sine te domna Liberos dare, nec parens Stirpe nitier.' *Lamb.*

1250 *Usque adeo magni id refert; ut*] Conjectura ductus, postulante sententia, id interjeci. *Gifan.* *Usque adeo magni refert, &c.* Vel legendum necessario, *Usque adeo magni hoc refert, &c.* videlicet, quæ mulier cum quo viro jungatur et misceatur, ad id, ut semina seminibus commisceri possint genitaliter apta, i. accommodata ad gignendum, &c. vel dicendum, post versum 'Crassaque convenient,' &c. versum talem, et quæ talem sententiam contineat, desiderari, *Quæ cum quo cupide jungatur per Veneris res,* i. e. usque adeo magni refert, quæ femina cum quo viro corpus suum misceat. quo versu addito, integer et planus erit hic locus: alioqui lacer, mutilus, et obscurus. Cum hæc superiora scripvissem, missam est ad me ab Jo. Columbino, viro docto, populari meo, exemplum Lucretianum olim Lutetias typis excusum, ad cujus oram e regione hujus loci adscriptus erat hic versus cum hac inscriptione, et quasi commendatione: Versus restitutus ex V. C. *Quæ cui junctis viro sit femina per Veneris res.* qui quidem versus ita mihi videtur Lucretio dignus, ut non dubitem, quin sit Lucretianus. Cum hæc edidissem, Zoilus, quia non poterat negare, conjecturam meam esse veram, noluit versum illum ita scri-

'bere, *Usque adeo magni hoc refert, &c.* quomodo legendum censueram, si versus 'Quæ quoi juncta viro,' &c. non addatur post hunc 'Crassaque,' &c. sed ita, *Usque adeo magni id refert, &c.* sic solent fures: formas rerum furtivarum immutant, ne agnoscantur. Quamquam hic non potuit formam immutare. Tantum pro *hoc*, quod erat meum, *id* substituit: quod reddit versum *κατάφρων*, ob concursum duarum vocalium iteratarum *i, i*, in *magni id*. Vide quid os suum faciat, et plumæ aliæ. *Lamb.*

1251 *Genitaliter apta*] Ita ut aliquid gignatur. *Faber.*

1252 *Crassaque convenient, &c.*] Lambinus post hunc versum posuerat hunc: *Quæ cui juncta viro sit femina per Veneris res.* Sed libris repugnanti- bus non ausim. *Gifan.*

Liquida crassis] Huic versui sub- jungit Lambinus, et recte quidem e Codd. *Quæ cui juncta viro sit femina per Veneris res.* Creech.

1253 *Atque adeo refert, &c.*] Refert vero etiam quo victu vir et femina utantur. *Lamb.*

1254 *Aliis rebus*] Alio cibo, alioque victu. *Lamb.*

Concrescunt Semina membris] Semi- na cum membris, vel in membris crescant. *Lamb.*

1255 *Atque aliis extenuantur*] Nihil mato, tametsi due codices scripti, Faërne et Tettii, habeant, *Atque aliis tenuantur item*: impressi autem Florentini, *extenuantur itemque aliis*: quas lectiones suspicor esse ab iis excogitatas, qui putarent, hunc versum esse vitiosum propter verbum 'extenuantur': quod constat quinque syllabis, prima longa, deinde duabus brevibus, deinde quarta longa, et postrema brevi. Sed fugit illos, aut hic esse anapestum pro dactylo, aut spondeo, aut verbum 'extenuantur,' hic ita pronuntiandum esse, ut sit quattuor syllabarum duntaxat, et ut sit consonans. quorum alterutrum

sæpe fieri in voce 'tenuis,' ante do- cuimus. *Lamb.*

Tabentque] I. e. et minuuntur. *Lamb.*

1257 *Nam more Ferarum*] Si more ferarum uxorem scandas et averse dedoles, credant illam fecundius paritoram. Quadrupedum coitus fit mare feminam inscendente. Ursus tamen humano more semispinam feminae amplexus init. hunc Lucretianum Veneris modum Naso signavit lib. 3. de A. A. 'Tu quoque cui rugis uterum Lucina notavit, Ut celer averse utere Partus equis.' *Pius.* Hoc Veneris genus describit Naso lib. 3. de A. A. 'Quæ facie præsignis erit, resupina jaceto: Spectetur tergo, cui sua terga placent.' *Lamb.*

1259 *Quia sic loca*] Loca muliebræ, *ἡ μήτρα*. Varro lib. 4. de L. L. 'Loca muliebræ, ubi nascendi initia consistunt.' Marcus Tullius lib. 2. de N. D. 'Cum autem in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese, eoque sæptum fingit animal.' Inde Lucret. inf. 1268. 'atque locis avertit seminis ictum.' ordo autem est: quia sic 'positis pectoribus,' i. e. muliere prona et aversa jacente, et lumbis sublatis, loca possant sumere semina virilia. *Lamb.*

1261 *Nec molles opus sunt*] Sic legendum, et ita habent libri vet. sic loquitur vs. 1272. 'Conjngibus quod nil nostris opus esse videtur:' et sup. item sæpe: mendosi igitur sunt libri vulg. qui habent, *Nec molles prosunt.* *Lamb.*

1263 *Clunibus ipsa viri, &c.*] Si clunium motu ipsa læta 'Venerem,' i. e. voluptatem viri, 'retractet,' i. e. iterum atque iterum tractet, et viro cluneis agitati pariter respondeat. Sic sup. 1193. 'et Venerem salientum læta retractat.' *Lamb.* Turpicula res est, atque adeo pancis attingenda; sed attingenda tamen; quod ita faciemus ut Stoicorum dogmati, qui τὸν σῶφρον ἐδουλόθησαν εἶναι et simpliciter

laqui volunt, non pareamus. Dico igitur depravatum esse hunc versum, *Clunibus ipsa viri Venerem si laeta retractet*; legendumque, *Crissans ipsa viri Venerem si laeta retractet*. Miram vero Criticæ audaciam, inquis; fautor; sed clementer et placide, nisi molestam est; Donatum audi ad Eunuch. Ter. 3. 1. in ea verba, 'forte habui scortum.' ubi inter cetera hoc scribit: 'A parte ergo sui meretrices scorta dicuntur, vel ἀπὸ τοῦ σκολίου, quod Græce palpitare intelligitur, quod illæ faciunt saltando assidue, vel potius crissando, ut Lucretius ait lib. 4. ob eam causam ut concinniores Venerem exhibeant viris, aut sibi abigant conceptum,' &c. Planissime ergo scriperat poeta non *Clunibus*, sed *Crissans*: dubitari enim non potest, quin hunc Lucretii locum ante oculos haberet Donatus, cum cetera, quæ profert, hic legantur; 'Nam mulier prohibet se concipere, atque repugnat.' Cui loco hæc Donati verba respondent, 'aut sibi abigant conceptum.' Illa autem, 'ob eam causam ut concinniores Venerem exhibeant viris,' quo tendunt tandem, nisi ad Lucretiana quæ legis? 'Et simul ipsa viris Venus ut concinnior esset.' Quare non est ut alium locum reaperit Terentii Interpres, quam qui nunc nobis in manibus est. Sed quid istud monstri est, 'Crissans,' unde terrarum advectum fuit? Illæ ipsæ docebunt, o bone, de quæ agit; tu mihi ad illas pergit. Martialem lib. 10. Ep. 68. tamen legisse poteris; vel fortasse leges. Saltem auctor obsceni carminis, (vide Schiopp. ad Priap. Ep. 18.) si memini satis, olim scriperat, 'Crissabit tibi fluctuante lumbo.' Scin' quid sit 'fluctuante?' illud ipsum est quod dixerat Lucretius, 'Atque exossato ciet omni pectore fluctus.' Nihil, inquis, doctior abeo. Quid illud Satyrici autem? 'Romale ceves?' Non intelligo, di-

oes? Ipse autem non interpretor; quanquam de admissura veterini pectoris, et ceterorum animantium loqui et jus et fas sinebant; sed de homine, grave piaculum est, scilicet. *Faber in Emend.* Vide Emendationes. Locus Lucilii hic adscribi possit; sed apud Nonium legatur. *Faber in Not. Retractet*] Libri vet. retractat. Lamb.

1264 *Atque exossato ciet omni pectore*] I. e. omni pectore seu corpore exossato, i. e. ita inflexo et incurvato, ut exosse videatur, fluctus commovet. Apul. lib. 1. de asino aur. 'Inque flexibus tortuosis enervam et exossem saltationem explicat commonium, qui aderant, admiratione.' Sic Jo. Auratus, homo acerrimi ingenii, doctrinæque singularis, versum illum Hesiodi in lib. *ἔργα καὶ ἡμέρ.* "Ἥματι χειμερῶν, ὅτ' ἀπόνοσος ἐν πόδα τῶν δει. qui vulgo de polypo pedem suum rodente intelligitur, interpretatur de homine ignavo et inertis, qui nullo in hiemem æstate præterita præsidio parato, nullaque re ad vitam tolerandam provisâ, corpore contracto domi residet, frigore rigens, fameque tabescens. In nonnullis libris legitur *exossatum*: quod si cui probabitur magis, eadem tamen erit sententia, eademque interpretatio quadrabit. Præterea ne illud quidem lectorem celabo, cuidam docto viro legendum videri, *ciet omneis pectore fluctus*. Lamb.

1265 *Eicit enim sulci recta regione viaque Vomeris, &c.*] Hunc locum, approbante, atque adeo adjuvante M. Antonio Mureto, felicissime (mea quidem sententia) restitui. Est autem totus hic sermo ἀλλογορικὸς, per quem significat Lucretius, mulierem clonium agitatione conceptionem seminis virilis prohibere, quia 'vomeris,' i. e. membrum virile, tali corporis motu ejicit e recta via ac regione 'sulci sui genitalis,' i. e. partis suæ pudendæ; et a 'locis,' i. e. a

sedibus illis muliebribus, avertit seminis virilis ictum. significat id quod uno verbo Græci dicunt, semen *ὄκ ἐδδβολαίσθαι*, i. e. 'non recta via in loca jaci.' sic fere Virg. locutus est Georg. 3. 135. ubi de equis scribit: 'Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus Sit genitali arvo, et sulcos obliquet inerteis.' Sic autem Arnobius partem illam fœminæ inhonestam, et arvum genitale, 'scrobem' appellat lib. 4. 'Etiamne Pertusa, que in cubiculis presto est virginalem scrobem effodientibus maritis?' Sic Sophocles in Œd. Tyr. Œdipum ipsum de se loquentem facit, *ἡ μητέρα ἔπεισεν*, 'Odem nep atris ἐπεισεν', i. e. 'matrem suam aravit, ex qua ipse satus est.' sic Plautus Asinar. de quodam marito qui scortabatur: 'Fundam alienam arat, locultam familiarem deserit.' Eodem pertinet facetissimi poëtæ Martialis Epigramma: quod eo libentius huc adscribam, quod non reperitur in libris vulgatis: ego autem in membranâ calame exaratis, cum in Italia essem, repertum in meo codice typis impresso, suo loco, i. e. lib. 7. reposui, ac restitui: quamquam non dissimulabo, ab alio quodam, eoque docto viro, ex alio item exemplari manuscr. protractum ac prolatum esse. Sic igitur Mart. 7. 102. 'Milo domi non est: peregre at Milone profecto, Arva vacant: uxor non migas inde parit. Cur sit ager sterilia, cur uxor fertilis, odam. Quo fodiat, ager non habet: uxor habet.' Jam 'eicit' dissyllabam est, ut ante diximus. Præterea non est, quod quemquam moveat tertia syllaba vocis 'vomerem,' in qua *m* non eliditur. hoc enim non inusitatum fuisse veteribus, etiam supra docuimus. Hanc hujus loci restitutionem Turnebo viro doctissimo et humanissimo cum ostendissem, probavit ille quidem: sed cum videret, in omnibus libris manuscr. legi *Vomeris*, videndam esse dixit, possitue

vetus scriptura, nulla immutatione facta, retineri. Itaque re aliquantisper considerata, dixit mihi fortasse servata voce *Vomeris* hunc locum ita legi et explicari posse: 'Eicit' enim, subintell. Venerem, vel semialis locum, recta sulci regione, et recta via vomeris. sic quidem vir ille doctissimus: sed 'recta via vomeris' quid sibi velit, non est facile expedire. Lamb. Præclare Lambinus: quod et nostris vet. libris confirmatur. *Glfan*. At vero quid simplicius, quam, servata *Mss*. fide, *sulcum vomeris* capere de ipsa aratione, et sulco quem vomer arando facit? Lascivo enim venere ejicitur (inquit poëta) recta sua via atque regione, et ita exorbitans semen disperdit. *Hav*.

[1266 *Seminis ictum*] *Lego, Seminis jactum*. Primum nunquam dictum est, icere semen, sed jacere: deinde metaphora ab agro colendo et serendo ducta est, uti probat, tum illud 'sulci,' tum 'vomerem;' et alibi, 'muliebria conserat arva.' et Græco *ἐν ἀπύρῳ σάδωρ*. et alia sexcenta. *Faber in Emend. et Creech*.

[1267 *Idque sua causa*] *Quidam Idque* dictum putant pro ideoque, seu ob idque. Duo libri manuscr. hoc totum *Idque* habent demersum in littera, ut fortasse legendum sit *Idque*, pro *Itaque*. codex Vaticanus habet *Ipoaque*. Quid si legamus, *Idque?* quid si, *Atque?* Lamb.

[1268 *Ne compleverunt, &c.*] *Lego, hacque ipsa causa*, ita enim ratio postulat. et sane ita alibi locutus Lucretius est in v. 569. 'Illa ipsa intervalla nihil de corpore libant.' Adde quod in *Mss*. Codd. legitur, *Ipsa sua causa conserant scorta moveri*. *Faber in Emend.*

[*Ne compleverunt, &c.*] *Disciplina* enim est scortis, curare ne gravidæ fiant: partus enim de mulieris forma multum detrahit. Adde quod non facile completer fœmina, nisi se uni dediderit, quod est alienum a re me-

retricia. Ratio autem, quamobrem mulier, quæ cum pluribus rem habet, non facile semen concipiat, hæc est: multorum virorum concubitus, et multi seminis complurium virorum jactus, loca muliebria plus nimio lubrica reddit. Ex eo fit, ut semen viriæ non facile continere possint. *Lamb.*

1270 *Conjugibus nostris*] Etiamsi vulgo ferant cælibem vixisse Lucretium. Sed figura notissima est. *Faber.*

1271 *Nec divinitus est interitum*] Istud est ab obscuritate Typothetæ ortum fult: itaque tollendum. *Faber.* Demum cum amor a simulachris excitetur, et simulachra e formosis corporibus profuentia eum potissimum conciliant; unde deformes sæpe sint in honore et deliciis vsa. 10. Cave ne divinitus hoc fieri dixeris, nam Dii id non magis curant quam Manes sepulti; in obsequio autem est venustas, et a munditie sæpe veniunt sagittæ: saltem consuetudo conciliat amorem. Illud Epicuri adjiciam, ἡ συνουσία ἄπορε μὲν ὀδύνην, ἀγαπήν δ' ἀμὲν μὴ ἔβλαψε. *Creech.*

1271 *Venerisque sagittis*] I. e. Cupidinis sagittis, qui filius Veneris est. alterum pro altero posuit: ut Virg. Georg. 3. 89. 'Talis Amyclæi domitina Pollucis habenis Cyllarus.' Cum Cyllarus equus fuerit Castoris, Castorque equus fuerit, Pollux autem pagil. *Lamb.*

1274 *Morigerisque moris*] Tardissima brevibus amorem argentibus: sed tamen morigeris postea et obsequentibus. ut exprimat illud Ovidianum: 'Fac subeat blandis rara repulsa jocis.' in prisco codice legitur, *Morigerisque modis.* Morigeræ dicuntur illæ, quæ ad amatoris nutum præsto sunt. Plantus Capt. 5. 2. 13. 'Morigerus fuit puer: nunc non decet.' habet obscenam significationem verbum 'morigerari': trahiturque ad

puerum et follatores. Tranquillus in Tiberio: 'Tabula in qua Atalanta Meleagro ore morigerabatur.' *Pius.* *Modis*, moribus, ἤθους. *morigeris* autem, i. e. obsequentibus, et commodis. Vel dic *modis morigeris*, i. e. morem gerendo viro. *Lamb.*

1276 *Munde corpore culto*] Cum in aliquot libris manus. reperissem scriptum *culto*, sæpeque antea hic locus mihi suspectus fuisset, propterea quod hoc totum, *et munde corpore culto*, ut habent libri vulg. non satis apte cœherebat cum iis quæ antecedunt; conjectura ductus sic reposui, *et munde corpori' culto*: quæ scriptura, sine controversia, recta et germana Lucretiana est: altera autem, inepta, inconcinna, et propemodum non Latina. Jam quod ad hujus loci sententiam attinet, ἐν τοῖς ἑσπερίοις, i. e. 'in rebus amatoris, alienantem amantem immundæ,' ut scribit M. Tullius Epist. ad Attic. 9. 9. *Lamb.* *Et munde corporis culto.* Ita nos ex vet. librorum vestigiis. In quibusdam erat: *corpore culto.* Vulg. *corpore culto.* *Lambinus: corporis culto.* Giffan. Non displicuit optimorum Mss. lectio *et munde corpore culto.* Plautus Pœn. 5. 4. 5. 'Tanta tibi copia venustatum aderat, in suo quæque loco sita munde.' *Haver.*

1275 *Facile*] Libenter. Terent. 'Ut ego illi facile inuolem in capillum!' Et hæc quidem de amore Lucretius; in quibus explicandis si paulo brevior fui, prudens sciensque feci, qui viderem, ita comparatum esse totum illud negotium, ut ad illius intelligentiam nemo interprete opus habeat. Sed dum sciens prudensque pleraque transiit, aliquid mihi inscienti et imprudenti evenit, quod nollem factum, fieri infectum si posset; emendationem scilicet cujusdam loci Ovidiani prætermisi, qui et ingenii plenissimus est et elegantiorum hominum cura dignissimus. Is in 1. Trist. le-

gitor, Eleg. 1. sub finem. In ea librum suum, quem in urbem mittebat, alloquitur, eique mandata his verbis dat: 'Postquam in museum nostrum perveneris, ibi fratres tuos aspicias, parve liber; quos ego eodem studio quondam produxi; Plerosque omnes facile agnoveris, quippe qui titulos apertos ostendant; sed procul ab illis tres in intimo angulo latitantes videbis, qui, &c. eos cave salutes; cum enim tot mihi calamitates attulerint, parenticidæ potius quam alio quovis nomine tibi vocandi erunt.' Sed poetam ipsum audire satius est: sic igitur scribit: 'Cum tamen in nostrum fueris penetrare receptus, Contigerisque tuam scriinia curva domum; Adspicies illic positos ex ordine fratres, Quos studium cunctos evigilavit idem. Cætera turba palam titulos ostendit apertos, Et sua detecta nomina fronte gerit. Tres procul obscura latitantes parte videbis, Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.' Otiose, opinor, legisti: eequid igitur sentis vitium in postremo disticho esse? *Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.* Quæ enim ratione HI QUOQUE amare docent, cum tres tantum artis amatoriarum libros ab Ovidio scriptos esse constet? Quamobrem cum rō quoque locum ibi habere nequeat, legendum, manuscriptis, quantum est, reclamantibus, *Tres procul obscura latitantes parte videbis*, Quos tandem, Ovidi? *Hos qui, quod nemo nescit, amare docent.* Hos scilicet qui de arte amandi tractarunt. Sed tandem sit. modus, et ad quintum Lucretii librum transeamus. Ceterum an hæc emendatio cuiquam usque adhuc in mentem venerit, nescio, nisi quod in editione 1661. nil tale animadverti; ut nec in omnium postrema, anni 1662. Sed in hac tamen aliquid reperi circa loci hujus explicationem, quod tale est, ut nil imperitius, nil

homine mediocriter erudito indignis fingi possit. Si certe ad illud exemplum cetera in eo libro se habeat, tanto omnium pessima editio est quanto omnium splendidissima. Hanc enim versum, 'quod nemo nescit, amare docent,' sic ibi explicatum reperi, quasi dixerit poeta, 'Hi docent amare, quod opus a me compositum esse nemo ignorat,' ridicule. Sententia enim Ovidii fuit, libros illos id docere quod cuncti sine omni magistrorum opera noverunt; quid? amare scilicet. Neque enim præceptore opus est, id ut addiscas. O acutum hominis iudicium, quisquis notam adeo bellam ex Merula suo exceptam ibi adscribendam curavit! *Faber.*

1276 *Concinnat*] 'Concinnare (inquit Nonius) a cimo, potionis genere ex multis liquoribus confecto.' M. Tull. Orat. perfect. 'Est autem quidam interjectus inter hos medius, et quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, ut cinnus amborum, neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque, si verum querimus, expers.' quo loco in libris vulg. legitur *vici-nus amborum*. 'Concinnare' igitur est conficere, componere, et quasi cinnum efficere. *Lamb.*

1278 *In longo spatio*] Ita nonnulli: vet. libri: *id*: recte. *Gifan.*

1279 *Nonne vides etiam guttas, &c.*] Sic sup. l. 314. 'Stillicidi casus lapidem cavat.' et Cherilus: Πέτρῳ κοιλῶνι. βῆλς ὕδατος ἐδελεχέη. i. e. 'Lymphæ gutta cavat lapidem persæpe cadendo.' et Propertius, (exstat apud Ovid. de Arte 1. 476.) nisi fallor: (non enim satis memini: et nunc alio properans, quærere non potui:) 'Quid magis est durum saxo? quid mollius unda? Dura tamen molli saxa cavantur aqua.' Et Tibull. Eleg. 1. 4. 14. 'Longa dies molli saxa peredit aqua.' Et Plutarchus libro περὶ παιδῶν ἀγωγῆς: Σταγύ-

res γὰρ ἰδάντων πέτρας κοιλαινόνσι' σθη-
ρες δὲ καὶ χαλκὸς ταῖς ἐκασταῖς τῶν
χηρῶν ἀκτρίβεται, &c. i. e. 'Guttae

enim aquarum saxa cavant; ferrum
et aes contactu manuum deteruntur.'
Lamb.

In hoc libro admodum pauca sunt
quæ approbet philosophus; nulla
enim in universa philosophia futillior
quam illa de simulachris et imagini-
bus opinio. Nam credamus tennes
exuvias et membranas a rerum
superficie continuo direptas, dum
undique volitant se mutuo interci-
dant et dilacerent necesse est. Ita
denique misceantur, ut nihil præter
Centaros, Scyllas, et ejusmodi mon-
stra videremus, aut imaginaremur.

Dicendum tamen Lucretium de
istis imaginibus et simulachris us-
que ad vs. 471. acute et decore
disputasse, et bene ornasse fabu-
lam.

Deinde ad vs. 524. poeta tractat
scepticos eo, quo debuit, fastu, et
severitate, spernenda enim profecto
et reprimenda ista animalia. Neque
ego latam erga sensus indulgentiam
improbarem, nisi illis concesserat
provinciam majorem quam commode
administrare possunt. Sensus mini-
me fallaces agnosco, ideone vero
oculo meo magnitudinem solis, lu-
næ, et astrorum emetiar? Ne quid

acerbius dicam, hæc est nimis rusti-
ca opinio.

Sonum, saporem, odorem corporea
esse, omnemque sensationem corpo-
ribus peragi ad vs. 725. agnoscent
omnes, qui qualitatibus et aliis ægri
Aristotelis insomniis non detinen-
tar.

De imaginatione vero usque ad vs.
820. cum nulla sint simulachra, non
est ut fusius agamus: et ridenda
prorsus vanissima ista opinio quæ
usque ad vs. 865. docet membra nos-
tra tam artificiose et subtiliter com-
posita non ideo fuisse facta ut utamur,
sed jam facta oblatum sibi usum
arripuisse.

De fame et siti usque ad vs. 874.
protulit, quæ ferri possunt. De mo-
tu vero animalium ad vs. 904. inepta
omnia. Denique cum somnus Lucretii
dispersionem animæ consequatur,
quidni nos immortalis anima donati
æternum vigilemus? De insomniis
ad vs. 1031. meræ nugæ: reliqua
vero nocte et tenebris tegenda.
Creech.

DE RERUM NATURA LIB. V.

1 *Pollenti*] Codex Bert. habet *pa-*
lanti: alius, *palanti*: unde quid si
quis faciat *præstanti*? Lamb. *Pol-*
lenti. Sic legendum: hinc libri
quidam, *palenti*, et *palanti*. Gifan.

2 *Pro rerum majestate, hisque reper-*
tis] Cum in libris vulgaris omnibus
Delph. et Var. Clas.

impressum esset, *majestatisque reper-*
tis; in manuscriptis autem partim ita
scriptum reperissem, *majestate, hisque*
reperitis; partim ita, *majestate, atque*
reperitis, ego illo potius modo excu-
dendum curavi, non repugnaturus, si
quis altero modo, *majestate, atque re-*

Lucret.

5 A

peritis, reponat. Lamb. *Hincque reper-
tis.* Ita vet. libri. *Gifan.*

3 *Qui fundere laudes*] Libri aliquot
manusc. habent *quis fingere*, aut *quis
fandere*: nonnulli, *quis figere*: vulgati
partim *quis fundere*, partim *qui fun-
dere*, quæ scripturæ omnes depravatæ
videntur, nisi forte *qui fundere* reti-
nendum est. Nam primum illud,
'*Quisve valet verbis tantum,*' per se
positum, novum et inusitatum est:
debet enim subsequi aliquid tale,
'*ut ejus laudes describere possit,*'
aut quippiam aliud simile. deinde
hoc totum, *quis fingere laudes, &c.* non
sincerum sonat. significat enim, veras
laudes non futuras. At nonne ridi-
culum est profiteri se aliquem falsis
laudibus ornare velle? Hæc cum
mecum ipse considerarem, existima-
bam sic aptissime et commodissime
posse legi, *Quisve valet verbis tantum,
ut depingere laudes, &c.* vel, *ut descri-
bere laudes, &c.* Sed cum hæc con-
jecturæ nimium longe distarent a scrip-
tura et vulgata et antiqua, neutram
earum sum ausus recipere, malique
unam ex vulgatis tueri ac retinere,
qui fundere laudes, &c. ut '*fandere
laudes*' intelligamus esse translate
dictum, quo modo illud lib. 1. '*sna-
veis ex ore loquelas Funde:*' et infra
non longe, '*fundere fata:*' a Cice-
rone, et Terentio, et aliis, '*fundere
verba,*' '*versus,*' '*orationem,*' '*vo-
ces,*' &c. Licet etiam per me sic legere,
*Quisve valet tantum verbis, ut fundere
laudes, &c.* Lamb. *Quis pingere lau-
des.* ita conjectura ductus scripsi.
In libris fere: *quis fingere*; vel ut in
quibusdam vulg. *fundere*. Quam phra-
sin non intelligo. *Gifan.* Mss. Codi-
ces constanter habent vel *fingere*, vel
fundere; *Gifanius* autem legendum
conjecit, *pingere*. In eum locum hæc,
quæ ad rem faciant, scribit interpres,
dum illud *fingere* impugnat: '*Deinde
hoc totum, quis fingere laudes, &c.*
non sincerum sonat: significat enim,
veras laudes non futuras. At nonne

ridiculum est profiteri se aliquem
falsis laudibus ornare velle?' Sed
ibi vir doctus et memoriosus oblitus
sui est. *fingere* enim, ut ex infinitis
locis M. Tullii constat, idem est ac
πλασσειν Græcorum, figurare, scilli-
cet, formare, &c. unde et fictores qui
Græcis semper, et Latinis nonnun-
quam, *plastæ* dicuntur. Egregia
itaque metaphora usus est *Lucretius*,
quæ scilicet a fictorum arte seu plas-
tica ducta sit: ita *Cicero* in lib. de
Orat. dixit, '*volucres fingere atque
construere nidos:*' alibi, '*vis quæ
finxit hominem,*' in Acad. Iterum in
Ci. Orat. '*Peripateticorum instituta
commode fingitur oratio.*' i. e.
πλασσειν, συντίθεσθαι. Sed *Hor.* non-
ne in 4. dixit, '*operosa parvus Car-
mina fingo?*' Quare hic locus *Lucre-
tius* sic legi, et tuto quidem, potest:
*Quisve valet verbis tantum, quis (i. e.
quis) fingere laudes. Pro meritis, &c.*
Faber in *Emend.* Vide *Emend. Mamil.*
1. '*In celo vibrantia fulmina fin-
gunt.*' *Faber* in *Not.* *Secutus sum
meliorum Mss. lectionem, utrumque
tamen recte dicitur, nam et de Ca-
tone, verba ejus apibus quoque ceras
fingentibus et libantibus floriferos
salus comparavit* 3. 11. '*Flores
ut Apes,*' &c. *Hav.*

4 *Ejus*] *Epicurum* intelligit. *Fa-
ber.*

6 *Mortali corpore cretus*] *Cretus*, i.
e. creatus. hunc locum graviter at-
que acriter exagitat *Lactantius* lib.
3. de *Fals. Sap.* Lamb.

7 *Nam si, ut ipsa*] *Nam si* ut dacty-
lus est, neque vocalis eliditur: quod
sæpe aliis fieri admonimus. sic inf.
eod. lib. 75. '*Terrarum qui in orbi
sancta tuetur Fana,*' &c. Lamb.

8 *Deus ille fuit*] Libri manuscr.
habent, *Deus ipse fuit.* Lamb. *Errat
Lactantius, qui existimaverit hæc de*

Epicuro scripta non fuisse, sed de Pythagora, Thalete, aut, &c. Id certe refellit versus ille, 'Cujus ego ingressus vestigia,' qui mox occurret. Hunc autem locum prorsus respiciebat Cicero, cum in 1. Tusc. scripsit: 'Quæ quidem cogitans, soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur, ejusque inventori et principi gratias exultantes agunt, eumque venerantur ut Deum. Liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis,' &c. Hoc notasse profuerit. *Faber.* Vid. vs. 88. 'Et dominos acres adsciscunt.' Verum gratus poeta agnoscit per quem profecerat, et si reversa meta, terroribus, superstitione homines Epicurus liberasset, cæteris Divis jure præferendus videretur. *Creech.*

9 *Princeps]* Primus. sic l. 96. 'Quod patrio princeps donarat nomine regem.' Nonnulli vel ex hoc loco colligunt, non significari Epicurum, sed alium antiquiorem, sive Pythagoram, sive Socratem, sive unum aliquem e septem, sive ipsum Thaletem. Firmianus lib. de Fals. Sap. 3. 14. 'Unde apparet, eum (inquit) aut Pythagoram laudare, qui se primus (ut dixi) philosophum nominavit, aut Milesium Thaletem, qui de rerum natura primus traditur disputasse.' *Lamb.*

10 *Nunc appellatur Sapientia]* Sic Ennius lib. 7. ex Festo: 'Nec quisquam sophiam, sapientia quæ perhibetur, in somnis vidit prius quam sam diacere cœpit.' Sic enim primum vs. emendavi. in secundo autem vs. sam idem valet quod sam. Sed quod ad hujus loci sententiam attinet, eam maxime illustrant ea quæ loquitur Torquatus apud M. Tull. lib. 1. de Finib. his verbis: 'Nam cum ignoratione rerum bonarum et malarum maxime hominum vita vexetur, ob eamque errorem et voluptatibus maximis sæpe priventur, et

pravissimis animi doloribus torqueantur, sapientis est adhibenda, quæ et terroribus cupiditatibusque deductis, et omnium falsarum opinionum temeritate derepta, certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem. Sapientia enim est una, quæ mæstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat: qua præceptrice in tranquillitate vivi potest, omnium cupiditatum ardore restincto.' *Lamb.* Nomen hoc ab aliis philosophis relictum suæ doctrinæ tribuerunt Epicurei, viri quidem non semper nimis modesti: Authorem queris: adest Horatius nitidas istius gregis Porcus: 'Parcus Deorum cultor et infrequens Insanientis dum sapientiæ Consultus erro.' *Creech.*

11 *In tam tranquillo, et tam clara luce locavit]* Vide ut paria paribus reddiderit: e 'fluctibus' in 'tranquillo,' e 'tenebris' in 'luce' vitam locavit. Errant autem, qui legendum censent in *tam tranquilla*, quasi coherere debeat cum voce 'luce;' sic enim dicimus, 'esse in tranquillo,' et 'referri in tranquillum.' Lucill. 'Quodque te in tranquillum ex sævis transfert tempestatibus:' ex Nonio, in nomine 'sævus.' M. Tull. de Offic. lib. 1. 'Quare in tranquillo tempestatem adversam optare, demeritis est: subvenire autem tempestatum quavis ratione, sapientis.' *Lamb.* Tale aliquid apud Lucilium; sed et apud Terentium idem legas. *Faber.* Quidam Mas. ilque non malæ notæ vocavit; vulgatam tamen lectionem præfero; quod enim 'locatur in tranquillo' per otium potest considerari, quod in 'luce clara,' ab omnibus potest conspici. *Hav.*

12 *Reperta]* *Ephyræa.* Instituisse, invenisse. *Faber.*

14 *Namque Cerer]* Cum multa de Cerere tradita sint a veteribus, tum hoc unum non videtur hoc loco præmittendum, quod scriptum reli-

quit Diod. Siculus lib. 5. *Ὀὐκ ἔξισιν δὲ παραλίπειν τῆς θεοῦ ταύτης τὴν ὑπερβολὴν τῆς εἰς τοὺς ἀνθρώπους εὐεργεσίας. χωρὶς γὰρ τῆς εὐρέσεως τοῦ σίτου, τὴν τε κατεργασίαν αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε, καὶ νόμους εἰσηγήσατο, καθ' οὓς δικαιοπραγεῖν εἰδασθησαν. δὲ ἦν αἰτίαν φασὶν αὐτὴν θεσμοφόρον ἐκονομασθῆναι. τούτων δὲ τῶν εὐρημάτων οὐκ ἔν τις ἑτέραν εὐεργεσίαν εὖροι μείζονα. καὶ γὰρ τὸ ζῆν καὶ τὸ καλῶς ζῆν περιέχουσι. i. e. 'Non est autem prætereundum huius Deæ (Cereris) immensum in homines beneficium. Nam præterquam quod frumentum iuvevit, etiam ejus subigendi rationem docuit, et leges dedit, quibus justitiam colere didicerunt. Atque ob hanc causam dicunt eam legiferam esse nominatam. His autem beneficiis nullum majus reperiri potest. Nam et vivendi, et bene vivendi rationem continent.'* Virg. *Æn.* 4. 57. 'mactant lectas de more bidentis Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo.' Idem *Georg.* 1. 147. 'Prima Ceres ferro mortaleis vertere terram Instituit, cum jam glandeis Dodona negaret.' Et Orpheus, *Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότριά:* i. e. 'Tellus omniparens, largitrix divitiarum, Alma Ceres.' Sic fere Arnobius lib. 1. *Advers. Gent.* 'Si enim vos Liberum, quod usum reperit vini; si quod panis, Cerezem; si Æsculapium, quod herbarum; si Minervam, quod oleæ; si Triptoleum, quod aratri; si denique Herculem, quod feras, quod fures, quod multiplicium capitum superavit compescuitque natrices, Divorum retulisti in cætum; honoribus quantis afficiendus est nobis, qui ab erroribus nos magnis, insinuata veritate, reduxit? qui velut cæcos, passim, ac sine ullo rectore gradienteis, ab deruptis, ab devils, locis planioribus reddidit?' *Lambin.*

Liberque liquoris Vitigeni laticem] Liquoris vitigeni laticem, i. e. vinum. *Virg. Georg.* 1. 7. 'Liber et alma

Ceres, vestro si munere tellus Chæoniæ pingui glandem mutavit arista, Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.' de Baccho cum multa *Diadorus Siculus* lib 1. tum ibidem eundem Osirin atque Bacchum fuisse narrat: multa similiter et lib. 2. 3. 4. *Lamb.*

17 *Ut fama est aliquis*] Lege *Diadorus Siculum* lib. 3. de iis populis qui oram sinus Arabici, et Troglodyticam regionem, et Æthiopiæ Australem ac meridionalem incolunt: quorum alii piscibus, alii testudinibus, alii radicibus, alii frondibus, et seminibus, et fractibus arborum, et gramine; alii locustis vescuntur, neque usum, aut naturam frugum noverunt. *Lamb.* Id hodieque verum est; nam vix sexta orbis pars triticum novit. *Faber.*

18 *At bene non poterat sine puro*] Quia 'Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis accecit,' ut ait *Horatius* noster *Ep.* 1. 2. 54. et idem *Ep.* 1. 50. 'Valeat,' inquit, 'possessor oportet, Si comportatis rebus bene cogitat uti.' *Lamb.*

Viri] 'Agitari vita' haud poterat. *Faber.*

20 *Didita*] *Dispersa.* *Lamb.*

21 *Solita vitæ*] *Sic* lib. 6. vs. 4. 'Et primæ dederunt solatia dulcia vitæ.' *Lamb.*

22 *Antistare*] *Anteire, antecellere.* Usus est eodem verbo et *Catullus* ad *Veranium*: 'Veranni, omnibus e meis amicis Antistans mihi millibus trecentis,' sic enim legunt nonnulli, cum vulgo legatur, *Antistes mihi millibus trecentis.* *Lamb.*

23 *Ferere*] *Sic* habent duo libri manuscr. et ita vulg. alii *fereris*: nihil refert. *Lamb.*

24 *Quid Nemeæus*] *Persequitur* aliquot *Herculis* labores: quorum primus fuit *Leo Nemeæus*, magnitudine innsitata, neque ferro, neque ære, neque saxo vulnerabilis, sed sola vi manuum violabilis. *Leonis* autem hiatus *περὸ φραστικῆς*, i. e. *leo.*

Sic apud Plautum in Persa, statim ab initio, Toxilus ille ait, 'eum, qui amans egens princeps ingressus est in amoris vias, superasse ærnmnis snis æramus Hercules:' deinde l. 1. 3. aliquot Herculis labores enumerans; 'Nam cum leone, et cum excetra, cum cervo, cum apro Ætolicò, Cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim, Quam cum amore,' &c.

Lamb.

Quid Nemeæus, &c.] De Herculis laboribus ageretur, nisi pueri isthæc nosset; et alio properandum. *Faber.*

Hiatus] Μῆνοι χάρμ' ἰδὲρρον. Anacreon. *Faber.*

25 Et horrens Arcadius sus] Aper Erymanthius: qui tertius labor fuit. Non enim ordinem servat Lucretius. Sic autem Virg. 'suem horridum' dixit Georg. 4. 407. 'Fiet enim subito sus horridus.' *Lamb.*

26 Cræta taurus] Qnem Pasiphaë adamavit, ex quo natus est Minotaurus. quam de Pasiphaë fabulam tractat Virg. in Sileno, ibi, 'Pasiphaën nivei solatur amore juveni. Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?' &c. hic autem labor fuit septimus. *Lamb.*

Lera. q. pest. hydra] Cujus erant cervices centum, totidemque serpentium capita: quorum uno abscisso, duo renascebantur. *Lamb.*

27 Vallata] Cincta tanquam vallo. *Lambia.* Superius 2. 637. 'In genere anguimanos Elefantos, India quorum Millibus et multis vallo munitur eburno.' *Hav.*

28 Quidve trip. terg.] Geryo, seu Geryones. Chrysaoris Iberiæ regis filius, *tergeminus*, et *ter amplius*, et *triceps*, et *tricorpor* ideo a poetis dictus, quia tres fratres erant, viribus corporis præstantes. Virg. 8. 202. 'Tergemini nece Geryonis, spoliisque superbus.' Hor. Od. 2. 14. 7. 'qui ter amplum Geryonen, Tityonque tristi Compescit unda.' de hoc lege

Pausan. Attic. et Eliac. et Diod. Sicul. lib. 4. fuit autem hic decimus labor. *Lambin.*

29 Et Diomedis equi] Hic fuit octavus. Diomedis sive equi, sive eqnæ, χαλκῆς φάρμας εἶχον διὰ τὴν ἀγροδύγηρα, &c. (inquit Diodor. Sic.) i. e. 'ærea præsepia habebant propter immanitatem ac feritatem:' catenis ferreis propter roboris præstantiam vinciebantur: aiebantur autem non hordeo, aut avena, aut alio cibo e terra uzato, sed corporibus humanis membratim discerptis ac dilaceratis. Virg. 10. 581. 'Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis?' Sed Diomedes ille, alius est ab hoc. *Lambin.* Thracem Diomedem intellige. *Faber.*

30 Thracen] Propter Thracen, i. e. prope Thraciam; erat enim hic Diomedes Thrax, seu Threx. *Lamb.*

Bistoniasque] Thracias; a Bistoniam urbe, vel a stagno Bistone: ex quo Bistonides. Hor. Od. 2. 19. 20. 'Bistonidum sine fraude crines.' *Lamb.*

32 Arcad. voluc. Stymph. col.] Hic fuit quintus. Stymphalus, urbis et montis nomen in Arcadia, et Stymphalis palus: unde 'Stymphalides aves,' quæ magnitudine gruibus pares erant (ut tradit Pausan. in Arcad.) figura ibibus similes: rostra habebant ita solida et dura, ut arma penetrarent: suberi autem soli cedebant. 'Stymphalia monstra' appellat Catullus carm. ad Manlium: 'Tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta Perculit imperio deterioris heri.' eas avis sagittis snis confixit Hercules, ut declarant versus Catulli, et tradit Pausan. Arcad. Sed Diodorus Siculus scribit libro quarto, eum constructo æneo crepitaculo, et ingenti per id sonitu excitato, illas abegisse. *Lamb.*

33 Aureaque Hesperidum] Duodecimus hic fuit Herculi labor inunctus ab Eurystheo, ut ex hortis Hesperidum mala aurea, seu ovis aureas asportaret: (nam μῆλον apud Græcos

utrumque significat:) quorum custos erat draco pervigil. de hoc autem dracone, et de Hesperidibus lege Diodorum Sic. lib. 4. Virg. *Æn.* 4. 483. 'monstrata sacerdos, Hesperidum templi custos, epulasque draconi Quæ dabat, et sacros servabat in arbore ramos.' Ordo autem est hic, et hæc sententia: Et serpens ille, sive draco, servans aurea mala Hesperidum, asper, horribili aspectu, immani corpore, arborem amplexus, quid tandem obsesset, juxta litus Atlantæum, i. e. maris Atlantici, ad quod neque quisquam Romanus adit, neque quisquam barbarus audet adire? *Lamb.*

34 *Acerba tuæns*] Acerbo aspectu, acerbe intæus. imitatus est Virg. *Georg.* 3. 149. 'Asper, acerba sonans.' *Lamb.*

35 *Stirpens*] Truncum. Virg. *Æn.* 12. 781. 'lentoque in stirpe moratus.' *ibid.* 208. 'Cum semel in silvis imo de stirpe recisum Matre caret.' *Lamb.*

36 *Propter Atlantæum littus*] Cum in omnibus libris manuscr. quos quidem viderim, Vaticano, Tett. Faërn. Bertin. Memm. scriptum reperissem, *Propter Atianæum litus*; in vulg. autem, *Oceani propter litus*; deque hac scripturæ dissimilitudine cum *Adrian.* Turnebo communicassem, meamque suspicionem et conjecturam ei aperuissem, quam faciebam ex antiqua scriptura, cum dicerem, in voce 'Atianæum' inesse aliquid ulceris, et fortasse maris Atlantici litas significari; ille meam suspicionem comprobans, sic legendum esse judicavit *propter Atlantæum litus*, atque ita excudendum, immutatione facta scripturæ veteris, nempe mutato *i* in *l*, et ex *e* vocali facta diphthongo *æ*, et addito *f*, quæ emendatio minime violenta est. Quod autem in secunda editione vulgata lectio retenta est, hujus facti culpam typographus sustinere debet. *Lamb.* Egregie Lambinus ex veteribus libris. Vulg. *Oceani prop-*

ter, pelagique sonora. Gifan. et Voss. de *Anal.* 1. 41.

Pelagique severa] Sic habent libri quinque manuscr. pèr 'pelage severa' autem intellige non navigabilia, et quæ non præbent se navigantibus placata, aut facilia, sed infesta, et inimica. Sic *Plautus* in *Trinummio*, 4. 1. 6. 'Neptunum severum' dicit. Sic enim ille: 'Namque te omnes sævumque, severumque, atque avidis moribus commemorant.' sic Virg. *Georg.* 3. 35. 'Invidia infelix Farias, amnemque severum Cocyti metu- et.' Iterum *Plautus* *Cistell.* 3. 15. 'Haud voluisti istuc severum facere?' quo loco *Melænis* meretrix *Alceimarchum* adolescentem alloquitur, qui se, ferrum tenens, interficere voluerat. Licet tamen fortasse legere *sonora*, ut habent libri vulg. nonnulli. Qua de re judicent eruditi: ego interea nihil mutò. Vide supra 4. 462. 'severa silentia noctis Undique cum constant,' &c. 'pelage' autem Græcum est *πελάγη*, ut *μέλι* 'melle.' sic 6. 619. 'At pelage multa et late substrata videmus.' *Lambin.* *Σπυργὸς πέλαγος.* 'amansque severum,' Virgil de *Acheronte.* *Faber.* Eadem voce utitur *Manil.* 2. 190. 'Atque hæc seditio pelage nunc sidere lanæ Mota tenet.' *Creech.*

37 *Quo neque noxter adit quisquam*] Cicero certe asserit sua tempestate non latius navigari solere quam ab ostiis Ponti Euxini ad columnas Herculis. *Faber.*

40 *Nam ad satietatem*] Nam etiam hodie ad satietatem, *ὑπὸς κόπον*: i. e. valde repleta est terra ferarum. De hac voce alibi. *Lamb. et Voss. de Acal.* 1. 48. et *de Construct.* 30.

41 *Scatis*] Sic legendum, et ita habent libri aliquot manuscr. non *scates*. Sic *inf.* 597. 'Largifluum fontem scatere atque erumpere flumen.' sic apud hunc 'fulgit,' 'fervit,' &c. codex *Bertinianus* tamen et *Meum.* habent, *Nunc etiam sonet.* unde quidam faci-

unt *senet*: quo verbo utitur et Catullus carm. ad Fasellum: 'nunc recondita Senet quiete.' *Lamb.*

43 *Quae loca*] Subaudi tamen. Quae tamen loca. *Faber.*

44 *Quae praelia nobis Atque pericula tunc ingratis insinuandum*] I. e. quae tunc praelia inire, quaeque pericula adire nos oportet vel invitos? 'insinuandum,' subintelligit, est: i. e. insinuare et subire nos oportet. 'ingratis,' i. e. velimus nolimus. sic sup. 3. 1282. 'at, quod scilicet, (at fit) Effugere haud potis est, ingratis haeret, et angit,' ad quem versus notavimus, 'ingratis' nomen esse potius, quam adverbium. Quod si cui adhuc minus probatum, aut persuasum sit, fidem fecerit (opisor) illud Plautinum Mercatorum 'tuis ingratis:' in scena, cujus principium est, 'Pentheum diripuisse,' &c. Cum in libris omnibus legeretur, *Atque pericula tunc ingr.* &c. ego *Atque pericula tunc* reposui: quae scriptura sine controversia recta est; altera autem depravata. Hunc locum Zoilus, ab ingenio et instituto suo non discedens, secutus est tacitus et dissimulans, tamquam integram in aliis libris repertum, et non a me emendatum. *Lamb. Tunc ingratis.* In libris: *sunt.* non recte. *Gifan. in priori edit.* *Est ingratis,* sic scripsi. In omnibus vet. *sunt.* Marullus, et vulg. *tunc.* Vide 'Versuum hiatus.' *Gifan. in alter. edit.*

45 *Insinuandum*] Praelia insinuandum, i. e. subeunda sunt praelia. *Faber.* Si Saturnium audimus, gerundia haec usurpantur in nominativo plurali, quod fieri censet in hoc Lucretii, ubi 'insinuandum' poni censet pro insinuanda. Sed fallitur. Nam 'pericula' est casus incusativus; quia ut dicimus 'insinno' vel 'fugio pericula,' sic 'insinuandum,' vel 'fugiendum pericula.' Est igitur rectus, sed singuli numeri. *Voss. De Anal. 3. 10.*

46 *Cupidinis*] I. e. cupiditatis.

idem 6. 24. 'Et finem statuit cupidinis atque timoris.' et sup. 4. 1088. 'Tam magis ardescit illa cupidine pectus:' et item saepe. 'Cupiditates' (inquit M. Tull. de Finib.) 'sunt insatiabiles, quae non modo singulos homines, sed universas familias evertunt: totam etiam labefactant saepe remp. Ex cupiditatibus, odia, dissidia, discordias, seditiones, bella nascuntur.' Ibidem sub persona Torquati dicit, Epicurum tria genera cupiditatum possidere: unum earum quae essent et naturales, et necessariae; alterum earum quae naturales essent, nec tamen necessariae; tertium earum quae nec naturales essent, nec necessariae, &c. *Lamb. Cupiditatis. Faber.*

47 *Perinde*] Similiter. *Lamb.*

48 *Spurcitas, petulantia*] Quidam libri habent *spurcitas, petulantia, &c. deorsus.* quos sequor. Nam in aliis est, *spurcilia, ac petulantia, &c.* minus recte. *Lamb. Spurcus, deorsus:* Qui, ut interpretatur Polybius lib. 17. *ἀσχηρὸς εἰς ἀσχηρὰς ἐπέκειλα.* Vide Casanbon. ad Theophrasti charact. p. 180. *Creech.*

50 *Subegerit*] Hor. Epist. 2. 1. 11. 'Notaque fatali portenta labore subegit.' *Lamb.*

51 *Dictis, non armis*] I. e. verbis et rationibus, non ferro neque telis, neque corporis viribus, ut Hercules. Sic M. Tull. lib. 1. de natura Deorum, non longe ab extr. 'At quomodo in his loquitur? ut Corancanium aut Scævulam pontifices maximos te audire dicas, non eam, qui sustulerit omnem funditus religionem: nec manibus, ut Xerxes, sed rationibus, Deorum immortalium templa et aras everterit. Quamquam Herculem illum Gallicum Galli illi existimabant plura confecisse lingua, ratione, et consilio, quam viribus, lacertis, et ferro.' *Lamb. Non armis,* ut Hercules. *Faber.*

52 *Hunc hominem*] Sive Pythago-

rañ sive Thaletem, ut vult Firmianus. *Lamb.*

Numero Divum dignarier] Profecto decebit. Nam cum animi ratio nobis sit cum Diis communis, corporis vires vero cum bestiis, is qui viribus et lacertis, et armis urbeis expugnat, et res magnas gerit, parum differt a bellua. Qui vero ratione, et consilio, et oratione rerum potitur, et res magnas administrat, is hominis proprio munere fungitur. Quare laudandi sunt Lacedæmonii, qui cum alioqui essent militares et bellicosi, legibusque fere omnibus uterentur ad rem militarem comparatis, tamen ei, qui rem aliquam præclaram et laudabilem consilio et ratione administrasset ac perfecisset, majorem laudem, quam ei, qui viribus et armis, tribuebant. Itaque re bene gesta hic gallum, ille bovem immolabat. testis Plutarchus in Marcello. *Lamb.*

54 Immortalibus de Divis] Sic restitui, usum et consuetudinem Latini sermonis secutus. Nam sic loquuntur Latini: 'sermo de Divis: 'dicta,' seu 'verba de Divis.' *Lamb.* *De Divis*, librum Epicuri *περὶ θεούμνητος* intelligit. *Faber.*

55 Pandere dictis] Sic 1. 55, 'et rerum naturam pandere dictis.' *Lamb.*

56 Quoius ego ingressus vestigia, nunc rationes] Olim in prima editione, cum scripturam receptam, et quæ in omnibus fere libris vulgatis reperitur, *Cujus ego ingressus vestigia dum rationes Persequor*, secutus essem, scripseram, hunc versum pertinere et referendum esse ad versum abhinc decimum, cuius principium est, 'Quod superest, nunc huc rationis detulit ordo,' et esse *ἀνακλιθόν* propter longum hyperbaton. Sic enim videri Lucretium loqui debuisse: *Cujus me ingressum vestigia dum rationes Persequor, &c. Quod superest, nunc huc ration. detul. ordo, &c.* Alioqui quomodo illud, *Cujus ego ingressus vestigia*, apte cohærere possit cum his,

'Quod superest nunc huc,' &c. non facile expediri posse. Itaque sic putaveram esse scribendum, et vero sic a Lucretio esse scriptum, *Cujus me ingressum vestigia*. Post ea, re attentius considerata, et libris omnibus de integro consultis, cum in uno atque altero lib. manuscr. et in aliquot vulgatis ita reperissem, *Cujus ego ingressus vestigia, nunc rationes Persequor*, hanc esse veram et rectam scripturam judicavi, qua probata, nihil jam erit *ἀνακλιθόν*, nullum hyperbaton. Sequetur enim decem post versibus, 'Quod superest, nunc huc,' &c. per se, et separatim legendum atque accipiendum, neque, ut ab hoc loco pendens, intelligendum. *Lamb.*

Vs. 36. habes libri argumentum; probabit enim poëta mundum aliquando incepisse, aliquando etiam periturum; deinde mundi et animalium originem describet; docebit quæ animalia nasci potuerunt, quæ finxit poëtarum vanitas et vulgi superstitio: quomodo nomina rebus imposita, et mutua per voces commercia, unde religio et metus Deorum dicit. Denique solis, lunæ, siderum cursus explicabit, eaque sola vi naturæ, nulla vero providentia volvi demonstrabit. Nisi enim motus cælestes explicet, haud facile tollet omnem de providentia opinionem: nam religio, ut primo libro observat, 'Caput e cæli regionibus ostendit.' *Creock.*

Nunc rationes] Ita in vet. quibusdam et nostris melius, quam in aliis: *dum. Gifan.* Alii *dum rationes*, et forsitan melius. *Creock.*

60 Quo genere in primis] Lib. 3. *Lamb.*

62 Nec posse incoluntis] Sic 3. 604. 'Non modo non omne incoluntis durare per ævum, Sed minimum quodvis neque cons. temp.' vel ut in omnibus lib. legitur, *Non modo non omnem possit dur. per ævum, &c.* Quod autem hic nonnulli libri vulgati habent, *Nec posse incoluntem, &c. men-*

dosi sunt: et legendam, *Nec posse incoctis, &c.* quo modo edendum curavi. Nam præterquam quod veteres codices aliquot hanc lectionem confirmant, etiam ratio adjuvat. Hic enim est ordo verborum: Et reperta est anima non modo non posse incoctis o. d. p. æv. sed simulacra in somnis mentem fallere reperta sunt. *Lamb.*

63 *Sed Simulacra*] Quæ 'simulacra' vulgus pro animis a corpore separatis accipit. Vide Gafarelli collectionem de Talismanis. *Faber.*

64 *Cernere uti videamur*] Cum in codice Vaticano scriptum reperissem, *Cernere ut videamur, &c.* ego sic reposui, *Cernere uti videamur, &c.* Nam vulgati codices habent, *Cernere cum videamur, &c.* *Lamb.*

65 *Quod superest*] Nunc instituit docere, mundum esse natum, et interitarum. Scripseram autem olim, hunc versum pendere ab illo versu qui est supra, 'Cujus ego ingressus vestigia, dum rationes Persequor,' &c. ut vulgo legitur. hocque addideram, fortasse sic esse legendum, *Cujus me ingressum vestigia, dum rationes Persequor, &c.* Nunc autem nihil opus est immutare, si ita legatur, ut edidimus, *Cujus ego ingressus vestigia, nunc rationes Persequor, &c.* neque hac lectione probata, hic versus 'Quod superest,' &c. ab illo pendebit: sed per se legetur, ut diximus. Porro quod ad hujus loci sententiam attinet, Plato mundum natum quidem facit, non tamen interitarum: non quod natura sua sit sempiternus, aut quod neget, id omne quod oritur interire; sed propter bonitatem opificis Dei, qui nolit opus tam præclarum ac perfectum dissolvi. Aristoteles putat neque esse natum, neque interitarum: Epicurus et natum, et interitarum. quicquid enim natum sit, etiam interire. sic Arnob. lib. 2. 'Mundum quidam ex sapientibus existimant neque esse

natum, neque ullo tempore periturum: immortalem nonnulli, quamvis eum conscribant esse natum et genitum. Tertius collibitum dicere est, et esse natum, et genitum, et ordinaria necessitate periturum.' Quomodo autem mundus ex corporibus primis conflatus et concretus sit, docebit inf. eod. lib. 418. 'Sed quibus ille modis congressus materialis Fundarit cælum,' &c. *Lamb.*

66 *Huc*] Junge cum τῆ *Ut*, versu sequenti. Itaque mundam esse 'interibilem' (sic loquitur Tertullianus,) nunc probabit. *Faber.* *Huc rationis,* vulg. *me huc.* sed τὸ *me* a veteribus fere abest. *Gifan.*

68 *Congressus materialis*] Concilium primorum corporum, coitus et cætus primordiorum. *Lamb.*

71 *Qua nullo tempore*] Intellige Chimæras, Centauros, Scyllas, Hermaphroditum, &c. *Faber.*

73 *Cæperit inter se vesci*] Sic restitui partim secutus fidem codicum manuscriptorum, partim Nonii Marcelli testimonio adductus, qui sic legit hunc versum, et 'vesci' interpretatur uti. 'Vesci' (inquit) 'etiam significat uti. Virg. *Æn.* 1. 550. 'Quem si fata virum servant, si vescitur aura Ætherea.' Lucret. 3. 73. 'Quove modo,' &c. Pacuvius: 'Fugimus, qui arte hac vescimur.' Idem arm. judicio: 'Qui viget, vescatur armis, et percipiat præmium.' Etiam hujus loci emendationem sequitur, et tacitus probat Zoilus, eam præteriens, tamquam lectionem vulgatam, et in omnibus libris repertam: cum libri vulg. habeant, *inter se nosci, &c.* *Lamb.*

73 *Vesci*] Uti. Locus a Lambino restitutus. *Faber.*

74 *Insinuarit Pectora*] Virg. *Æn.* 2. 228. 'Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor.' ubi similem ex Clodio locum notat Servius: 'Insinuem intro eam penitus.' Sed et 'ingeminare,' et 'inastigare,'

ita usurpari doctissimus Grammaticorum Voss. docuit de Anal. 3. 2. *Haver.*

75 *Terrarum qui in orbi]* In provocabulo 'qui,' i vocalis non eliditur, et corripitur: quod non esse novum saepe admonimus. qui Deorum metus (inquit) tuetur Deorum fana, lacus, lucos, aras, simulacra: id est facit, ut homines fana, &c. quæ supra dicimus, Diis immortalibus consecrent. *Lambin.* Orbi. Recta hæc est scriptura pro orbe. Ita dixerunt, 'parti,' 'posti,' 'sordi,' 'sorti,' 'vecti,' 'augui.' Confer Voss. de Anal. 1. 12. *Hav.*

78 *Natura gubernans]* Sic inf. paucis post versibus: 'Quod procul a nobis flestat fortuna gubernans,' vel, ut aliis in libris legitur, *natura gubernans.* Sed nonne hæc pugnãt inter se, Deos facere otiosos, aut negare, eos curam habere rerum humanarum, et ponere naturam gubernantem? Non pugnant. Vult enim Epicurus, Deos esse beatos: beatos autem esse non posse existimat, nisi sint ab omnibus negotiis vacui ac soluti: multo igitur minus, si mundum regant, et curis rerum humanarum implicentur. naturam autem ponere gubernantem, non pugnat cum illa opinione, Deos omni cura et negotio esse vacuos ac solutos. Hoc enim significat, nullam aliam esse hujus mundi gubernatorem, quam naturam. Sic Minucius in Oct. 'Etiam Epicurus ille, qui Deos otiosos fingit, naturam tamen superponit.' *Lambin.* Per 'naturam' nihil intelligit Lucretius præter atomorum in hanc mundi compagem temere conjectarum vim et motum. *Creech.*

79 *Ne forte hæc]* Sic habent libri manuscr. quinque. hæc autem, nempe solem et lunam. vulgati porro habent, *Ne forte hic.* *Lamb.*

81 *Morigeri]* Obsequentia, sese accommodantia. *Lamb.*

82 *Neve aliquis Divum]* Diogenes

Laërtius: Καὶ ἡ θεὰ δύναμις πρὸς ταῦτα μὴ προσωπίδων· ἀλλὰ ἐλλειψογενὲς διατηρεῖσθαι, καὶ ἐν τῇ πόσει μακαρίστη· ὅς ἐὼ μὴ τοῦτο προαχθῆσθαι, ἕκαστα παρὰ τῶν μεταβῶν αἰτιολογία ματαία ἔσται. i. e. 'Et divina potestas ad hæc ne adhibeatur: sed administrationis et functionis omnis experta servetur. Nam si hoc non fiet, tota quæ de rebus superis redditur ratio, inanis erit.' *Lamb.*

86 *Nam, bene qui didicere Deos securum]* Hic versus, et novem deinceps subsequentes, iterantur non longe a principio libri sexti. *Lamb.*

Securum agere ævum] Secure vivere. ex hoc illud Horatianum suntum est Sat. 1. 5. 101. 'namque Deos didici securum agere ævum.' sic sup. 1. 58. et 2. 646. 'Omnis enim per se Divum natura necesse est Immortali ævo summam cum pace fruatur,' &c. *Lamb.*

84 *Si tamen interest mirantur]* Inde Hor. Epicur. Ep. 6. 1. 'Nil admirari prope res est una, Numici, Selaque que possit facere et servare beatum: Hunc solem, et stellas, et decedentia certis Tempora momenta, sunt qui formidine nulla Imbuti spectant.' Istum Horatii locum e Lactetio interpretare, et prudentias facies quam alii interpretes. *Creech.*

85 *Quaque geni]* I. e. a natura gubernante administrari. licet etiam legere *geni*, i. e. *gigni*. sed nihil mutæ. *Lamb.* *Lambinus:* *geni*, non recte. *Gifan.*

86 *Quæ supra caput æthereis]* Plane ut Socrates. Itaque quod vulgo Socrati ab aliis tributum est, id Epicuro tribuit Tertullianus lib. 2. ad Nationes: 'Sed Epicurus qui dixerat, 'Quæ saepe nos nihil ad nos,' cum et ipse cælum aspicere desiderat, solis orbem pedalem deprehendit,' &c. *Faber.*

88 *Et Dominos æcreis adacrisunt]* Nempe Deos: quos, 'dominos superbos' appellat 2. 1001. 'Quæ bona cognita si teneas, natura videtur Li-

bera continuo, dominis privata superbis,' &c. sic M. Tullius lib. 1. de N. D. 'Itaque imposuistis cervicibus nostris sempiternum dominum, quem dies et nocteis timeremus. Quis enim non timeat omnia providentem, et cogitantem, et animadvertentem, et omnia ad se pertinere putantem, curiosum, et plenum negotii Deum?' *Lamb.* Dominos acres, Deos. Vide supra locum Cicer. ex 1. Tusc. *Faber.*

91 *Quamam sit ratione*] Hic versus cum superiore iteratur lib. 1. et 6. *Lamb.*

Utque alta term. &c.] Sup. 1. 77. *Gifan.*

92 *Quod speres, &c.*] Tandem vas. 19. rem ipsam aggreditur, præclaram quidem illam, sed difficilem; et quam vix persuadebit. Non facile credimus quod nolumus, quis autem velit videre mundi ruinam, quam sine sua pernicie experiri non potest? Ipse poeta talis tantique casus misereri videtur, 'Tria talia texta Una dies dabit exitio.' vs. 96. certe timet vs. 108. 'Quod procul a nobis flectat Fortuna gubernans.' *Creech.*

Ne te in promissis plura moramur] Quidam viri docti censent delendam præpositionem in. *Lamb.*

93 *Tueri*] Intuere, aspice. *Lamb.*

94 *Horum naturam, &c.*] Sic necessario legendum: nam in vulgatis legitur, *Quorum naturam, &c.* Hanc etiam meam conjecturam comprobatur Zoilus re tantum, non etiam verbo. *Lamb.*

95 *Treis species, &c.*] Hunc versum profert Nonius in voce 'textus.' *Lamb.*

96 *Una dies dabit*] Idem lib. 2. extr. 'Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi Expugnata dabunt labem, putresque ruinas.' Idem inf. eod. lib. 997. 'At non multa virum sub signis millia ducta Una dies dabit exitio,' &c. hoc æmulatus est Ovid. his versibus: 'Carmina sublimis tunc sunt moritura Lucreti, Exi-

tio terras cum dabit una dies.' Quod autem ad hujus mundi interitum attinet, tum id fore nonnulli tradiderunt, cum septem errantia sidera in unum ex 12. animalibus, quæ sunt in circulo signifero (Græci ζῳδιακὸν nominant) coloris et convenerint: idque per Deorum pugnam, quæ descripta est ab Homer. lib. Iliad. v. significari volunt, in ea enim concurrunt Apollo, Diana, Venus, Mars, Mercurius, ejusque pugnae spectator Jupiter fingitur. Jam per Apollinem, solem; per Dianam, lunam significari, nemo est, qui nesciat. Neque quemquam movere debet, quod Saturnus abest ab ea pugna. Saturnus enim Ἐπίουρος a Græcis dicitur, et per eum tempus significatur, quod Græci, versa teul in aspiratam, χρόνον vocant. Saturni igitur absentia significat tam tempus esse desitutum, cum id evenerit. Nam plane tempus sine siderum et cæli conversione constare non potest. Negat autem hoc Aristotel. 1. lib. de cælo: negat et Plato in Timæo. Sed hoc interest inter Platonem et Aristot. quod Plato mundum a Deo creatum esse ait, interitum negat, non quod sua natura non sit mortalis, sed quod non sit consentaneum bonitati officis Dei, quod opus tanto consilio, tantaque sapientia fabricatus sit, id opus aut dissolvere, aut aliqua vi dissolvi sinere, ut paullo ante retulimus. Arist. autem quidquid natum sit, vult etiam interire posse, atque adeo interitum: cælum autem neque natum esse, neque umquam interitum. *Lamb.* Ovid. ex hoc fonte hauserat, 'Exitio terras cum dabit una dies.' *Faber.*

97 *Sustentata ruet moles*] Hunc versum profert Probus grammaticus. *Lamb.*

98 *Nec me animi fallis*] Genus loquendi usitatum Latinis, et maxime poetis, ut huic ipsi: quod alibi notavimus. *Lamb.* Protherapeusi et sup. 1. 921. simili de causa utitur. *Gifan.*

99 *Accidit*] Quidam : *Accidit*. Gif. *Exitium*] Subandi τδ, nempe, &c. *Lamb.*

101 *Ante*] Junge cum 'insolitam.' *Lamb.*

102 *Oculorum subdere visu*] Oculis subjicere. 'visu,' i. e. visui. *Lamb.*

103 *Nec jacere endo manus*] Jacere in manus, i. e. sensibus subjicere; probare testimonio sensuum, quæ 'via proxima,' i. e. tuta et compendiosissima est ad veri cognitionem, &c. *Faber.*

Indu manus] In manus. 'endo' et 'indu' præpositiones antiquæ, quæ valent in: 'jacere' autem 'in manus,' i. e. manibus contrectandam dare. *Lamb. Endo manus.* Ita vet. libri. Vulg. *Indu*. Gifan.

Qua] Per quam partem, nempe per sensum tangendi, et sensum videndi. *Lamb.*

104 *Proxima*] Via maxime propinqua: ea enim maxime credimus, quæ cernimus et tangimus. *Lamb.*

Templaque mentis] Mentem, vel potius mentis sedem, nempe præcordia, seu pectus, ex sententia Epicuri: ut sup. diximus, §. 141. 'Idque situm media regione in pectoris hæret.' et lib. 2. princip. 'Tum vacuum pectus linquunt, curaque solutum.' *Lamb.*

105 *Dictis dabit ipsa fidem res Fortitan*] I. e. forsitan res ipsa, nempe mundi interitus, fidem conciliabit meis verbis, te vivo, et vidente: cum omnem hunc mundum conquassari, et concidere, et dissolvi cernes, tum mihi credes. *Lamb.*

108 *Flectat*] Avertat. *Lamb.* et *Faber.*

Fortuna gubernans] Nonnulli libri habent *natura gubernans*, ut supra non longe. Ego nihil muto. Nam si, ut ille apud Minutium in Octav. disputat, vel fortuna certa, vel incerta natura est, neque Deus curam habet rerum humanarum, (quod dictu quidem nefarium et impium est, sed tamen Epicureorum rationi consen-

taneum) recte dicitur a Lacretio, et hic 'fortuna gubernans,' et illic 'natura.' *Lamb.* Quidam libri: *natura*. Ego, *fortuna*, malim; nam illud: 'Et ratio potius,' respondet 'fortunæ.' Supra vs. 78. dixit: 'natura gubernans.' Hinc et hic in quibusdam libris est: *natura*. Epicureum est, omnia tribuere fortunæ. *Gifan.*

110 *Succidere*] Subter cadere. *Lamb.*

111 *Qua prius adgredior, &c.*] Quoniam vero Stoicorum vanitas, aliorum ignorantia, et vulgi superstitio multa præjudicia huic opinioni opposuerant, illa omnia amolitur Lacretius; et primo vs. 36. Stoicos refutat. Quippe isti homines solem, lunam, mare, terras, totum denique mundum spiritu intus infuso animatum Deum esse voluerunt. Manil. 1. 258. 'Hoc opus immensi constructum corpore mundi, Membraque naturæ diversa condita forma Aëris, atque ignis, terræ, pelagique jacentis Vis animæ divina regit, sacroque meatu Conspirat Deus, et tacita ratione gubernat.' Hinc autem contemnit poëta, et indignatur; injuriarum forsitan memor, nec nugarum patiens. *Creech.*

111 *Fundere*] Tralatio est. sic sup. vs. 3. 'fundere laudes.' *Lamb.*

112 *Sanctius, et multo, &c.*] Hic versus, et qui proxime sequitur, jam supra positus exstat libro primo. *Lamb.*

114 *Multa tibi, &c.*] Prius quædam removet impedimenta, quæ et objici possent, et deterere Memmium, quam ad quæstionem præcipuam, Mundum interiturum, veniat. Vide etiam Macrobi. lib. 2. in Somn. Scip. *Gifan.*

Doctis dictis] Sic Plautus Asinar. §. 1. 21. 'an tu tibi Verba blanda aurum rere? dicta docta pro datis?' Idem in Trinummo: 'Multa ego possum docta dicta, et quamvis facunde loqui,' &c. Sic idem dixit in

Mil. glor. 2. 1. 69. 'doctis dolis:' et in Psend. 1. 5. 70. et 113. 'doctos dolos.' Sic iterum Lucret. sup. 2. 985. 'Et sapere, et doctis rationem reddere dictis.' *Lamb.*

115 *Religione refrenatus*] Superstitione et iuani Deorum metu repressus. *Lamb.*

117 *Manere*] Quidam libri vet. habent *manere*, in his Bertinianus: quos nunc sequor: alii, *meare*. quos si quis sequi malet, 'meare' interpretabor moveri, labi, ut l. 129. 'solis lunæque meatus Qua fiant ratione,' &c. *Lamb.*

118 *Proptereaques putes, &c.*] I. e. et idcirco putes æquum esse eos omnibus dare pœnas, pro sua impietate, ut gigantes impios, qui suis rationibus mundum interiturum esse probare conantur. *Lamb.*

120 *Qui ratione sua disturbant mœnia mundi*] Elegantissima figura, ratione sua disturbant mœnia mundi, i. e. probant mundum interiturum. Ita Virg. 'ingentes erigit alnos,' i. e. describit quo pacto ex Heliadibus alni surxerint. Inde apud Aristotelem οὐρανῶντες τὸν κόσμον (generantes mundum) i. e. qui probant mundum genitum esse, mundum nativum esse. Et illud Platonis notandum, qui τὸν βίοντας ('fluentes') alicubi vocat eos ex philosophia qui omnia in fluxu perpetuo esse dicerent. Eadem figura usus est Manil. lib. 1. cum de philosophia loquens ait, 'Eripuitque Jovi fulmen, viresque Tonantis, (leg. *Tonanti*) Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem.' I. e. probavit, illa omnia causis naturalibus niti, neque ea Deos curare. Locos hic plures ex libris sacris afferre possim: adde locum alium Lucret. inf. 161. 'Nec fas esse Deum,' &c. *Faber.*

122 *Immortalia*] Cælum, solem, lunam, &c. 'mortalis sermone notantes,' i. e. mortalia esse dicentes, quæ immortalia sint. *Lamb. et Faber.*

123 *Qua procul uoque adeo*] Hæc

nunc dicuntur ex persona Lucretii. *Lambin.* Abest a vet. nostris. *Gif.*

127 *Quippe etenim non est*] I. e. non enim fieri potest (inquit) ut animus et consilium cum quovis corpore sit; quare sol, luna, cælum, terra, mare, &c. quibuscum animus jungi non potest, inquit, immortalia non sunt. sic 3. 786. 'Denique in æthere non arbor, non æquore in alto Nubes esse queunt,' &c. ibi enim duodecim versus et amplius, hujus loci, jam positi sunt. *Lambin.*

129 *Nec in æquore salo*] Lib. 3. eo quem indicavi loco, legitur non æquore in alto. *Lamb.*

132 *Ubi quidquid crescat*] I. e. ubi quicquid crescat. *Lamb.* Quidque, jam alibi. *Fab.*

134 *Longiter esse*] Ita vet. libri. *Vulg. longius.* *Gif. Sup. 3. 676.* 'ab letho longiter errat.' *Hav.*

135 *Hoc si posset*] Superioribus et 'Sicut in æthere non arbor,' &c. usque ad decimum vs. 'Tandem in eodem homine,' &c. probare suscepit Lucretius, sidera, cælum, anima non esse; sed cum hi quatuor versus, 'Hoc si posset enim, multo prius ipsa animi vis In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse Posset, et innasci quavis in parte soleret, Tandem,' &c. cum, inquam, hi quatuor versus ad materiem, qua de agitur, nil faciant, huc illos temere ex 3. cum ceteris translatos fuisse arbitror. Lector judicabit. *Fab.* Quatuor hos versus huc cum aliis temere translatos conjicit Faber: sed ad rem æque ac reliqui faciunt. Nam si in ipso nostro corpore nervis, venis, et sanguine instructo certa et definita loca sint, ubi anima et animus seorsum nascantur et existant; frustra animam et animum in cælo, mari, terra, aliisque corporibus, nullis omnino organis donatis, aliquis requiratur. *Creech.*

139 *Constat corpore certum*] 'Constat certum,' i. e. certum est. *Lamb.*

140 *Dispositumque videtur*] Et quoniam in nostro corpore locus animo et animæ certus ac dispositus est, in quo sint: nempe animi sedes, pectus est; anima autem per totum corpus fusa est: quoniamque animus alibi esse, quam in certo corporis humani loco non potest; tanto magis negandum est animum extra corpus humanum in terrarum glebis, aut in ardere solis, aut in aqua, aut in æthere permanere. *Lamb.*

141 *Seorum anima atque animus*] Hæc in 3. *Faber.*

145 *Haec igitur constant*] Velleius apud Ciceronem lib. 1. de N. D. 'Qui Mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo animi naturam intelligentes, viderunt, in quam naturam cadere possit.' *Creech.*

147 *Illud item non est*] Cum vero Dii sint immortales et æterni, pares sedes habeant necesse est, inde Deos in cælis, atque ideo nunquam ruituris, omnes collocant. Respondet poeta vs. 10. illud omne esse sive poetarum, sive vulgi figmentum, nam tenuior est Deorum natura quam ut tangat tam crassa corpora, ideoque ista Deos habitare minime putandum. *Creech. Non est ut. Non potest fieri ut, οὐκ ἔστιν ἕως. Lamb.*

Sedes Esse Deum] Negat Lucretius, ullam mundi partem Deorum sedem esse, cum Homerus et plerique philosophi consentiant, cælum Deorum esse domicilium. idem testatur et vita communis, inquit Aristoteles lib. de mundo: Nam manus ad cælum porrigimus atque attollimus, cum vota facimus ac precamur. Sed ubi volebat Deos habitare Epicurus, si nullis in partibus mundi sedem habent? in intermundiis, id est, duorum aut plurium mundorum spatiiis. M. Tullius de Divin. lib. 2. 'Deos enim ipsos jocandi causa induxit Epicurus, perlucidos, et perflabileis, et habitantibus, tanquam inter duos lucos,

sic inter duos mundos, propter metum ruinarum: eosque habere putat eadem membra, quæ nos,' &c. Idem lib. 1. de N. D. 'Tum Velleius fidenter sane, ut solent isti, nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur, tanquam modo ex Deorum concilio, et ex Epicuri intermundiis descendisset: Audite, inquit, non commentitias,' &c. *Lamb.*

149 *Tensio enim natura*] Sic argumentatur Lucretius: Deorum natura tenuissima est, atque a sensibus nostris remotissima. at quod est hujusmodi, neque quicquam tangere, quod nobis sit tactile, neque a nobis tangi potest. omnes autem mundi partes sub sensus nostros cadunt. ergo nullæ mundi partes Deorum sedes esse possunt. Quod autem dicit hic Lucr. Deorum naturam esse tenuem, longeque a nostris sensibus remotam, animique vix mente videri; id ipsum est, quod significabat Epicurus, cum λόγῳ θεωρητοῦς, seu una voce, λογοθεωρητοῦς, id est ratione spectabileis, seu qui ratione intelliguntur, et λογισμῶν appellabat: et M. Tull. lib. 2. de Divin. 'perlucidos et perflabileis.' Vocis autem hujus λογοθεωρητοῦς facta mentio me admonet, ut explicem jocum illum Ciceronis in Caninium Rebellium, quem refert Macrobius lib. 2. Saturn. propterea quod video a quibusdam non solum non intelligi, verum etiam, quod miserabile est, depravari, et pro λογοθεωρητοῦς, ἀλογωρητοῦς substitui. Primum igitur sciendum est, hunc Caninium, cum in locum Q. Maximi consulis, qui pridie Kal. Januar. mortuus erat, successus esset, unum diem duntaxat consulatum obtinuisse, nempe usque ad Kal. Januar. creati sunt alii consules. de quo sic idem M. Tullius scribit ad Curionem lib. 7. Epist. 'Ita Caninio consule scito neminem prandiasse, nihil tamen eo consule mali factum est: fuit

enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulti somnum non viderit.' Quod totum etiam urbano et facete in Caninii consulti tam brevem a M. Cicerone dictam est. Hoc posito et cognito, aperta est jam superioris illius joci sententia. significat enim M. Tullii Caninium consulem, tanquam Epicuri Deos, intelligentia tantum et ratione cerni posse, qui tam breve tempus consul fuerit. Videlicet quomodo, quæ res ita parvæ et minutæ sunt, ut effugiant sensum oculorum, esse res ratione tantum intelliguntur, non oculis sentiuntur, ideoque a Græciæ λογιστήρια nominantur: sic M. Tullius Caninii consulatum tam brevem, et vix unius diei, pervenisse ac perfacite λογιστήρια dixit: non, ut illi volunt, ἀλογιστήρια, i. e. 'contemnendam': quo nihil alienius aut absurdius fingi potest. Venit nunc mihi in mentem unius præterea loci apud M. Tullium Ciceronem in oratione in Pisonem, quem locum similiter vir longe omnium doctissimus, idemque, dum vixit, mihi carissimus, et aliquot annos meus collegia, Adr. Turnebus, corruptum existimans, emendare conatus est, cum sit integer et incorruptus, nullaque emendatione egeat. Verba Ciceronis hæc sunt: 'Quod si reprehendis, quod cupidi gloriæ fuerint, cum bella aut parva, aut nulla gessissent; tu tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, præmia periculorum, insignia virtutis contemnere debuisti: neque vero contempsisti, licet sis Themista sapientior: sed os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti.' Hæc tenet Cicero. Putavit ille vir, hæc verba licet sis Themista sapientior, esse mendosa, et sic emendanda, licet sis tu in isto sapientior. Sed, ut dixi, nullius emendatoris operam requirunt. Fuit nempe Themista mulier Philosophiæ Epicuræ dedita, Leon-

tei, seu Leontis uxor, ad quam scripsit Epistolas Epicurus, ut testatur Diogenes Laërt. qui eam sæpenumero commemorat. ideoque longum sit locos omneis hic referre: uno atque altero contenti erimus. Sic igitur Laërtius: Πρὸς Θεμισταν τὴν Λέοντος γυναῖκα γράφων, οὐκ ἔτι φησὶν, ἀλλ' ἐὰν μὴ ὁμοῖς πρὸς μὲ ἀφίχησθε, αὐτὸς τρικέλευτος, ἵπου δὲ ὁμοῖς καὶ Θεμιστα παρακαλήτε, ἀπειθεῖν. i. e. 'Ad Themistam Leontis uxorem scribens, possum, inquit, si vos ad me non veneritis, ipse ter-volubilis, quocumque vobis et Themista me invitaveritis, tanquam pulvis aliquo externo incitatus ferri.' Idem: Λεωντέως τε Λαμφακίης ὁμοῖος, καὶ ἡ τοῦτου γυνὴ Θεμιστα, πρὸς ἡν γέγραφεν Ἐπίκουρος. i. e. 'Et Leonteus Lampsacenus similiter, ejusque uxor Themista, ad quam scripsit Epicurus.' Commemoratur hæc Themistam idem Laërt. duobus, aut etiam (opinor) tribus aliis locis. Commemoratur et Lactantius Firmianus lib. 3. qui de falsa sapientia inscribitur, his verbis: 'Denique nullas unquam mulieribus philosophari docuerunt' (Epicurei subintell.) 'præter unam ex omni memoria Themistam: neque servos, præter unam Phædonem,' &c. Satis nunc existimo perspicuum esse in nomine Themista nullam subesse mendam: quod vir ille, alioqui doctissimus, suspicatus est: eademque opera in promptu esse verborum M. Tullii sententiam. Nam cum Pisonem compellet, hominem (ut vult ipse Cicero) Epicureum, Epicurus autem gloriam et triumphos contemneret, quod nihil sit in eis, quod ad voluptatem referri possit; more suo jocans Cicero dicit, 'eam non contempsisse triumphum, quatenus sit Themista,' muliere præceptis Epicuri polita atque erudita, 'sapientior.' Non necesse habeo aliorum conjecturas resellere, si qui post Turnebum anxi sunt huic Ciceronis loco, tanquam sanæ corporis parti, scalpellam ad-

movere. Spero enim eos, his lectis, nisi erunt valde pervicaces, et nisi se et suas conjecturas nimis amabunt, veritati concessuros, ac manum daturus. Turnebum quidem, quo ingenio, quaque animi æquitate et facilitate eam cognovi, si reviviscat, non dubito, quin suæ conjecturæ suæque emendationis vehementer pœniteat. Redeo ad Deos Epicuri, quorum dicebat esse 'quasi corpus,' non corpus: 'quasi sanguinem,' non sanguinem, ut refert M. Tull. l. 1. de N. D. his verbis: 'Idem facit in natura Deorum: dum individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus et dissipatio consequatur, negat esse corpus Deorum, sed tanquam corpus: nec sanguinem, sed tanquam sanguinem,' &c. Sequitur aliquot versibus post: 'Illud video pugnare te, species ut quædam sit Deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis: sitque pura, lævis, pellucida. Dicemus ergo idem, quod in Venere Coa: corpus illud non est, sed simile corpori: nec ille fusus et candore mixtus rubor, sanguis est, sed similitudo sanguinis quædam. Sic in Epicureo Deo non res, sed similitudines rerum esse,' &c. *Lamb.*

150 *Animi vix mente videtur*] Vix cogitatione et intelligentia comprehenditur. sup. 4. 762. 'Meas animi vigilat.' *Lamb.*

152 *Contingere debet*] Contingere, i. e. attingere, tangere. *Lamb.*

153 *Quod tangi non licet ipsum*] Quidam legendum putant, *Quod tangi non queat ipsum.* *Lamb.*

154 *Quare etiam sedes*] Quæ tenuitatis differentia est nos inter et Deos ipsos, eadem inter sedes Deorum et nostras est. Itaque 'tenuis de corpore eorum' significabit, tenuis esse, quasi ex iisdem corpusculis constant, quibus et Dii constant. *Faber.*

155 *Tenuis de corpore*] I. e. tenuis, quasi de corpusculis et primordiis, ex quibus Dii constant, factæ. sed

omnino malim legi *tenuis pro corpore eorum.* *Lamb.* *Lambinus* legit *Tenuis pro corpore eorum.* *Creech.*

157 *Dicere porro*] Negat mundum hominum causa esse a Deo creatum: hos autem versus profert et *Lactantius Firmianus.* *Lambin.* At Dii hunc mundum fabricarunt, et æternum esse voluerunt. *Resp. Lucretius vs. 25.* sui an hominum causa fabricarunt? Sui siquis dixerit, idem dicat, quid Deo cultus hominis confert beato, et nulla re indigente? Quid autem erat quod concupisceret Deus mundum signis et luminibus tanquam *Ædilis* ornare? Si ut Deus melius habitaret, antea viz. tempore infinito in tenebris tanquam in gurgustio habitaverat? post autem, varietatene enim delectari putamus, quia cælum et terras exornatas videmus? Quæ ista potest esse oblectatio Deo? quæ si esset, non ea tam diu carere potuisset. *Hominum causa* qui dicit, idem explicet, quomodo nobis non existentibus insuave foret non esse. *Creech.*

159 *Divum*] Quidam veteres: *Divum*: *Gifan.*

161 *Nec fas esse, Deum quod*] Ordo et sententia est: nec fas esse quemquam id, quod sit ratione et consilio Deorum, hominum causa conditum, i. e. mundum, verbis et argumentis suo loco movere, aut labefactare conari, &c. *Lamb.*

163 *Sollicitare*] *Proprie.* Nam sollicitare (inquit *Feustus*) est solo citare, i. e. ex suo loco movere. Solum autem quin significet locum (inquit idem) quis dubitet, cum exules quoque dicantur loco patriæ suæ pulsi? *Lamb.* *Ullum ex sedibus,* ita vet. libri, recte. Vide Me in Indice. *Gifan.* Arrisit tamen scriptura optimorum *Codd. ulla vi ex sedibus,* neque enim tam ab ullo mortalium negat *Lucretius* moveri hoc eodem sede sua valle; quam ulla vi et ratiocinatione, quantacunque illa solida sit

atque veritatem evincens. *Hav.*

164 *Et ab imo evertere summam*] Sic habet codex Vaticanus; verumtamen ego legendum puto *evertere fundo*, hac ratione ductus, quod, cum in quattuor libris manuscr. et in omnibus impressis repererim, *evertere summam*; in uno Vaticano, *evertere summam*; quæ sola scriptura videtur tolerabilis, et speciosa; existimem omnia exemplaria esse corrupta, depravata, ac detorta a scriptura recta *fundo*, et *summam* esse emendatum ab eo qui facile viderit *summa* esse mendosum. omnino *evertere summam* mihi non admodum probatur, quia hæc tria verba, 'sollicitare,' 'vexare,' 'evertere,' referantur ad illud quod est supra, nempe quod sit Deorum 'ratione vetusta Gentibus humanis fundatum perpetuo ævo:' quod nihil est aliud, quam mundus. Jam sic sup. locutus est 3. 83. 84. 'Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitia Rumpere, et in summa pietatem evertere fundo:' ubi vulgo legitur, *evertere suadet*; neque tamen ignoro ita Latine dici posse, *evertere ab imo*, simpliciter: sic enim Virg. est locutus 2. 625. 'et ex imo verti Neptunia Troja.' *Lamb.* *Evertere summa*. sic omnes vet. et vulg. optime. 'Summa,' i. e. cælum, respondet τῶ 'imo.' Quidam vet. *summam*. *Gifan.* *Summam*, mundum viz. Mundum autem dixit 'summam' ex eorum philosophorum sententia qui unicum agnoscebant. *Lambinus* legit *fundo*. *Creech.*

165 *De genere hoc*] Vet. quidam *de hoc genere*. *Gifan.*

166 *Quid enim immortalibus, atque beatis*] Totius hujus loci sententiam persecutus est M. Tall. lib. 1. de N. D. his verbis: 'Quid autem erat, quod concipisceret Deus mundum signis et luminibus, tamquam ædilis, ornare? si ut Dens ipse melius habitaret; antea videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurgustio,

Delph. et Var. Clus.

habitaverat. Post autem varietate enim delectari putamus, qua cælum et terras exornatas videmus? Quæ ista potest esse oblectatio Deo? quæ si esset, non ea tamdiu carere potuisset. An hæc, ut fere dicitis, hominum causa a Deo constituta sunt? sapientumne? propter paucos ergo tanta est facta rerum molitio, an stultorum? at primum causa non fuit, cur de improbis bene mereretur,' &c. *Lamb.*

168 *Ut nostra quidquam, &c.*] Vide Cic. 1. de N. D. *Gifan.*

173 *Tempore in ante acto*] Sic puto legendum ex meo quodam. Vulg. in *anteacto*. *Gifan.*

174 *Quid potuit novitatis amorem accendere*] Sic restitui, trium librorum manuscr. fidem secutus. Nam vulg. sic habent, *novitatis amore accendere tali?* mendose. Porro autem 'novitatis amorem accendere alicui,' est alicquem impellere, aut adducere, ut rebus novis studeat, seu ut res novet. *Lambin.* *Vulgati: amore accedere*. Sæpe pro *accendere* et *incendere* scripserunt *accedere* et *incedere*, et contra. *Gifan.*

Tali] *Tali viri*, seu Deo seu homini. *Faber.*

175 *An, credo, in tenebris*] An scilicet Deorum vita jacebat in tenebris et mærore, donec mundus creatus est? an habitabant Dii tanquam in gurgustio? quod est absurdum dictum. *Lamb.* *An credo, in tenebris vita, ac, &c.* Sic interpungendum. *Gifan.*

177 *Quidæ mali*] Hunc versum, qui fuerat alieno loco positus, in suum locum restitui. debet enim legi post versum, 'Donec diluxit,' &c. quod probavit *Zoilus* re et facto. neque tamen, quo auctore fecerit, indicat, aut ingenne fatetur. *Lamb.* Ita legendum putavi. Vulg. fuerat. Vide Indicem. *Gifan.*

181 *Nec fuit in numero*] Rerum creatarum. *Faber.*

Esse creatum] *Alii esse creato*, ut

Lucret.

5 B

vs. 177. 'esse creatis.' *Lamb. Gifan. et Creech.*

182 *Exemplum*] Τὸ *παράδειγμα*, exemplum, quod sequerentur, et ad cuius similitudinem mundum crearent; vel 'exemplum,' i. e. *ἰδέα, ἔδος*. *Lamb.* Tota omnium rerum notities a simulachris rerum incurrentibus derivatur; Dii etiam nihil inconsiderate faciunt; quicquid agere constituant illud prævident: at nullæ imagines rerum in mentem divinam cadere potuerunt, cum res ipsæ nondum extiterint; ideo inepte aliquis dicat Deos cælum, terram, animalia, omnia creasse. *Creech.*

183 *Notities Hominum*] Ἡ *ἰδέα*, ipsa idea, τὸ *ἔδος*. hujus loci hæc sententia est: Nihil creari, nihil fingi potest sine idea, seu specie, seu exemplo: nec sine ejus rei, quæ creanda est, notitia, et cognitione informata. At unde primum Diis immortalibus insitæ sunt ideæ rerum creandarum? unde nacti sunt illarum notitias, per quas scirent, animoque cererent, quid facere instituerent? Platonici responderent ideas esse æternas, et in mente divina ab infinito tempore una cum Deo insitas. *Lamb.*

185 *Quove modo est unquam*] Sic restitui, secutus codices Faërn. Tetian. nam vulg. habent *inquam*. Vaticanus autem habebat *numquam*: utrumque mendose. *Lamb.*

187 *Si non ipsa dedit specimen natura creandis*] Primum *specimen*, non *speciem*, ut est in vulgatis, legendum est. *specimen* enim nunc dicit (opinor) quod supra 'exemplum,' i. e. *παράδειγμα*, appellavit: seu potius *specimen* posuit pro eo quod arguit et significat, qualis quæque res sit, i. e. pro iudicio et nota rei: *δέδωκε* nominant Græci: quo modo auctor vocabularii Latino-Græci, mihi a Claudio Puteano commodati, interpretatur. sic enim dicimus 'specimen innocentie Rutilium fuisse: 'specimen suæ virtutis

aliquem dare: 'senatum omni vitio carere, et peteris ordinibus specimen esse debere.' Deinde *creando* legi malim, ut habent codices Florentini, quam *creandi*: ut sit hæc totius hujus loci sententia: nullo alio modo principiorum vim et potestatem cognosci potuisse, quid illa valerent, ordine, et situ, et cæteris mutatis, nisi quia natura creando et gignendo 'specimen dedit,' i. e. ostendit quæ esset vis principiorum. Verumtamen in hac voce non sum ausus a libris manuscr. discedere, qui omnes ad unum habent *creandi*. *Lamb.* Ita vet. libri. Vulgati: *speciem*. et mox Marullus, ac Lambinus, contra libros: *creando*. *Gifan.* Sic al. sed *Lamb. creando*. melius. *Faber. et Creech.*

188 *Multimodis*] Ita optime vet. libri, ut et alibi. Vulg. *multa modis*. *Gifan.*

195 *Qualibus hæc genitur*] I. e. gignitur. Mendose autem hic legitur *geritur*, neque ullo modo ferri potest: nam summa non geritur, sed *genitur*, *con-gignitur*, et creatur quotidie novando. Zolli autem sententiam contra me latam, non minus inanem, quam inane rerum, flocci non facio. *Lamb. Lambinus: genitur*. male. *Gifan.* Codd. *geritur*. Nec melior quidem hæc vox *genitur* Lambini. *Creech.*

Novando] Novando ea quæ mutata sunt confecta et consumta. *Lamb.*

196 *Quod si jam rerum, &c.*] I. e. quod si concedam, me ignorare, quæ sint principia rerum, &c. Hi versus quattuor qui deinceps sequuntur, jam sup. positi sunt 2. 177. paucis immutatis: 'Nam quamvis rerum ignorem prim. q. sint: Hoc tamen ex ipsis e. r. aus. Confirmare tibi,' &c. *Lambin.* Sequuntur vs. 27. argumenta et vitiosa hujus mundi constitutione ducta; quippe sapientissimi artificis opus fuisset absolutum, non horridum montibus, sylvis, paludibus, &c. Aliæ partes non rigerent perpetuo gelu,

neque alias nimii calores torrerent : deinde fruges potius quam spinas, sentes, et cætera inutilia produceret, denique nullis procellis vexaretur, non aleret feras humano generi infestas, neque varii morbi varias anni tempestates sequerentur, et funera præcipitarent: sed omnia fuissent optime disposita et ornata, quieti atque usibus humani generis accommoda, et Deo digna. *Creech.*

199 *Paratam*] In 2. 180. 'creatam.' *Lambin.*

200 *Tanta stat*] I. e. adeo multa insunt peccata, multaque quæ reprehendi possint: vel multa non recte, neque ordine facta, in natura rerum, et in hoc mundo. Epiphonema. Sed in 2. 181. aliter, 'quæ tanta est prædita culpa.' *Lamb.*

201 *Quantum*] Non dixit 'quantum terræ,' sed 'quantum' simpliciter: non enim quicquid cælum complectitur et tegit, terra est, sed partim terra habitabilis, partim mare, partim fluvii et lacus, et paludes, partim silvæ et nemora, partim terra propter ardorem aut frigus inhabitabilis. *Lambin.*

Impetus ingens] *Cæli impetum* dixit, cæli ambitum celerrimum et volubilissimum. sic M. Tull. lib. 2. de N. D. 'Cum autem impetum cæli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus, constantissimeque confidentem vicissitudines anniversarias,' &c. *Lamb.*

202 *Avidam partem*] I. e. magnam partem, vastam et ingentem, quasi avidè occupatam, per hypallagen. sic posuit Hor. Od. 2. 14. 'pavimentum spernere,' pro pavimento superbi domini. *Lamb.* Magnam, multam. supra. *Faber.* Marullus: *aliam*, pessime. *Gifan.* Magnam, ingentem, interpretes, quia viz. avidi magna omnia desiderant, vel quia avidè occupata est. Quis feret hæc? *Avidam*; *Bibulam*, *Nardius*, nam terra est humoris avidissima: inapte. Nec

porro interpretes prætendant 'Avido complexu quem tenet æther,' 2. 1065. non attinet. Mellius igitur cum vulg. legatur *aliam*, sed potius *habitant*: Neque insolentius 'Montes habitant' quam 'Sylvæ possident.' *Creech.*

204 *Distinct*] Distrahit, dividit, separat. Porsena ad Romanorum legatos, apud Liv. 1. 15. de Tarquiniiis: 'Allam hinc, seu bello opus est, seu quiete, exilio quærant locum, ne quid meam vobiscum pacem distincteat.' *Hav.*

205 *Fervidus ardor*] Sub zona torrida. *Lamb.* et *Faber.*

206 *Assiduusque geli casus*] Sub duabus zonis extremis nimio frigore rigentibus. gelus autem etiam masculino genere usitatum fuisse veteribus testatur Nonius Marcellus, profertque hæc verba ex Afranio: 'Quis tu es ventoso in loco Solectus, intempesta noctu, sub divo, Aperto capite, silicem cum findat gelus?' *Lamb.* *Zonæ extrinæ.* *Faber.*

208 *Sentibus obducit*] *Spinis operiat. sentes* a sentiendo dictæ sunt, quæ sint asperæ tactu. ex quo joens Plantinus Captivis, 1. 2. 88. 'Heg. Asper meus victus sane est. Erg. sentes ne esitas?' *Lamb.*

208 *Ni vis humana resistat*] Arando, fodiendo, sarriendo, pastinando, colendo denique, ut statim dicit. *Lamb.*

210 *Ingemere*] Sic Virg. Georg. 1. 45. 'Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere.' Animadvertat lector, participium 'consueta' jungi hic cum infinitivo, quemadmodum supra observavimus ad illum locum, 'At consueta domi catulorum blanda propago Degere,' &c. 4. 996. *Lamb.*

Proscindere] Idem Virg. Georg. 2. 237. 'Et validis terram proscinde juvenca.' *Lamb.*

211 *Si non sæcundas vertentes, &c.*] Hic versus cum duobus qui sequuntur, jam ante positi sunt lib. 1. *Lamb.*

212 *Cimus*] Excimus, excitamus. Priscianus in 8. 'Quartæ dnobus; eo is, et queo quis. I antecedente num invenitur cieo cies, hoc est voco. unde Virgilius: 'Bella cient.' Idem: 'ære ciere viros.' Invenitur tamen idem etiam in io desinens quartæ conjugationis: unde Statius in octavo Thebaidos: 'Suus excicit in arma Antiqua Tiryntia Deus.' Lucanus in secundo: 'Nunc urbes excite feras.' Lucret. 'Aurarum cimus ad ortus.' Pius.

213 *Sponte sua*] Vi sua: nullo nostro labore. Maro Georg. 2. 47. 'Sponte sua quæ se tollunt in luminis antras.' Pius.

214 *Et tamen interdum magno, &c.*] Virg. Georg. 1. 114. 'Nec tamen, hæc cum sint hominumque boumque labores, Versando terram, experti, nihil improbus anser,' &c. ibidem 311. 'Quid tempestates auctumni, et sidera dicam,' &c. quæ cum his Lucretianis conferre non parum juvabit. Lamb.

222 *Apportant*] Quidam legi volunt *Important*, quod magis probarem, si quo in codice scriptum reperissem. Sic quidem est locutus infra eod. lib. 370. 'Aut aliam quamvis cladem importare pericli.' Lamb.

223 *Tum porro, &c.*] Archiæ super humana vita non erit inserium afferre versus lucentissimos. *Θρηάκας αινέτω τις, ότι στοναχέυσι μὲν ἴλας Μηγέρος ἐκ κώλων πρὸς φέρος ἐρχομένους* 'Εμπταλι δ' ἀβίβουσω δούου αἰῶνα λιπόντας 'Απρωίδης κηρῶν λάτρης ἐμαρψε μύρος. *Οἱ μὲν γὰρ ζῶντες, αἱε παντοῖα περῶσω* 'Εσ κακά: τοὶ δὲ κακῶν ἐδρον ἕκος φθίμενοι. H. e. 'Thracæ laudat aliquis quia filios lugent matris ex alvo in lucem prodeuntes. Rursus beatos vocant quoscunque ævum deserentes improvisa Parcarum sæva capit mors. Ii quidem viventes universa transeunt ad mala. Hi autem malorum invenerunt remedium morientes.' Pius. Lege ad hunc locum Plinium lib. 7.

de Imbecillitate naturæ humanæ, et Lactantium lib. de opif. Dei, cap. 3. Lamb. Vss. 13. aliud habes argumentum: Si Dii mundum fecissent, melior foret hominum, quam aliorum animalium conditio; at longe deterior, et, si rem ipsam attendas, brutis parens videtur natura, hominibus ne-verca. Creech.

Projectus] Longe jactus. Lamb.

225 *Vitai auxilio*] *Vitali* habent quidem omnes libri: *Vitali* tamen legi *Vitai auxilio*, ut censet Muretus: itaque nunc edendum curavi. Lamb. Hoc omnino placet, etsi libri dissentiant. Nam, ut libri habent, *Vitali auxilio*, Latine non dicitur. Sic supra 4. 77. infra 6. 29. et 1151. *Gifæa*. Emendat Muret. *Vitai auxilio*. Faber. Sic Virg. *Æn.* 1. 603. 'omnium egenos.' *Vitai* autem, non *Vitali* auxilio, haud dubie ipse Lucretius scripsit. vide Lamb. et Gif. *Preig*.

Cum primum in luminis oras Nixibus, &c.] I. e. cum primum eum natura ex alvo matris enixæ, longe, seu in conspectum effudit, atque in lucem extulit: quod proinde est, ut si dixisset: cum primum natus seu editus est; vel cum primum manibus nutricis exceptus est, vel, ut Homerus, cum primum inter pedes matris cecidit. sic Homerus 'Ia. τ. 110. 'Ὅς κεν ἐπ' ἡματι τῆδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικὸς, &c. Sic Papinian. lib. 1. *Silvarum*, 'tellure cadentem Excepi, fovique sinu.' Lamb. Adde Statii locum alterum, qui est Theb. 1. 60. 'Si me de matre cadentem Fovisti gremio,' &c. *Preig*.

227 *Vagituque locum*] Sic Plin. eo quem dixi loco: 'Hominem tantum nudum, et in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim et ploratus, nullumque tot animalium prout ad lacrymas, atque has protinus vitæ principio.' Lamb.

228 *Cui tantum in vita restet transire malorum*] Profert hunc versum Lactantius Firmianus lib. supra prox-

ime a nobis commemorato, cap. 3. his verbis: 'Itaque naturam non matrem esse humani generis, sed novercam: quæ cum mutis tam liberaliter se gesserit, hominem vero sic effuderit, ut inops, et infirmus, et omnis auxilii indigens, nihil aliud possit, quam fragilitatis suæ conditionem ploratu ac fletibus ominari, scilicet, 'Cui tantum in vita restet transire malorum.' Quæ cum dicunt, vehementer sapere creduntur, propterea quod unusquisque inconsiderate suæ conditioni ingratus est. Ego vero illos nunquam magis desipere contendo, quam cum hæc loquuntur,' &c. *Lamb.*

230 *Crepitacula*] I. e. crepundia. cum in quibusdam libris manuscr. scriptum reperissem, *Nec crepitacula eis opus est*, non dubitavi, quin ea scriptura a recta et vera, *Nec crepitacula eis opus sunt*, esset depravata. nam quod in omnibus libris vulgatis legitur, *Nec crepitacillis opus est*, et ita in Bertin. non dubito, quin hæc scriptura subdita sit ab eo qui *Nec crepitacula eis opus est*, ferri non posse animadverteret, nec veram excogitare posset. *Lamb.* Ita diserte in libris nostris. Optime. Ita et Lambinus. Marullus, et vulg. *crepitacillis opus*. Vide Indicem. *Gifan.* Codd. *Nec crepitacula eis opus est*, et rectius. *Plantus*: 'Pueri opus est cibum.' *Creech.*

231 *Infra*] Interrupta. Quoniam facilius pueri blasa verba discunt quam integra: et ut ait Cato libro de filiis educandis: 'Pueri potum et cibum primum boas et papas vocant, et matrem mammam: patrem tatam.' Hinc exiit illud Epigrammatici poetæ: 'Mammæ atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum Dici et mammaram maxima mamma potest.' Consimile est illud Tibullianum 2. 5. 94. 'Balbaque cum puero dicere verba senem.' *Pius.* *Fracta*, et decurtata. Solent enim patres et matres verbis atque curtatis ad pueros infantibus, non

integræ. Sic Arnobius lib. 4. de Jove loquens: 'Atque ut fletum poneret ineptissime tractum crepitaculis obtulit auditis: et ad somnos inductus est in mollissimis cunis jacens, et vocibus delinitus est infractis?' *Lamb.* Arnobio, apud Lambinum, comes est Minucius Felix, in Octavii sui exordio: 'Nam negotii, et visendi mei gratia Romam contenderat relicta domo, conjuge, liberis; et quod est in liberis amabilibus, adhuc annis innocentibus, et adhuc dimidiata verba tentantibus loquelam, ipso offensantis linguæ fragmine dulciorem.' Quod nutricibus tribuerat Lucretius, parvulis Minucius accommodat, sed simul elegantiorum sese præstat, quam Arnobius. Sen. Epist. 84. 'Apes' (Virgilianas illas, de quibus superius locutus fuerat) 'debemus imitari, et quæcunque ex diversa lectione congestissimus, separare; melius enim distincta servantur. Deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate, in unum saporem varia illa libamenta confundere: ut etiam apparuerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse, quam unde sumptum est, appareat.' *Preig.*

234 *Quis*] Pro qua. Lego quis. h. e. quibus. Obiter corrige Pompeii codicem; in quo ita legitur: 'Atavus quis asta est avi. i. e. pater: ut pueri usurpare solent.' scribendum est *tata non asta*. *Pius.*

235 *Ipsa*] Sua sponte. *Faber.*

Dædala] Artifex, opifex. Lege quæ annotata sunt ad illum locum 1. 7. 'dædala tellus.' *Lamb.*

236 *Principio, quoniam*] Ostendit mundi partem interire; ex quo vult effici, mundum quoque ipsum interiturum. *Lamb.* Depulsis iis præjudiciis quæ Stoicorum vanitas aut vulgi superstitio opinioni suæ opposuerat, vss. 12. hoc modo disputat: Cum ea sit natura totius quæ partium, et observemus mundi partes, terram viz.

aquam, nœrem et ignem subinde mutari, aliquando diminui, et deinde refici; dicendum est totam compagem esse pariter mortalem. *Creech.*

237 *Leves animæ*] *Venti*. profert hanc versum Nonius. Sic Hor. Od. 4. 13. 2. 'Impellant animæ lintea Thraciæ.' *Lamb.*

240 *Debet eodem omnis*] Ita veteres nostri, recte *Eodem*, sc. corpore. *Vulg.* et in quibusdam libris: *omnia eadem*. *Lambinus* male: *tota eadem*. *Gifanius*. *Debet tota eadem*. Sic restitui conjectura ductus, cum in duobus libris manuscr. reperissem, *Debet omnia eadem*. *omnia* enim factum est ex oia; oia, ex oia; oia, ex tota; t autem omisum a librario propter alterum t, quod antecedit. Hanc emendationem non probavit *Thraso*. Videamus equam afferat meliorem, sic ait legendum esse, *Debet eodem omnis mundi*, &c. Atqui hæc lectio reperitur etiam in libris *Parisiensibus*. ex qua facta est illa mendosior, *Debet eadem omnis*, quæ est in omnibus fere aliis impressis. Præterea peraspice argumentum est a partibus ad totam, hoc modo: partes mundi sunt 'mortali corpore præditæ,' i. e. mortales: ergo et totus mundus est idem, h. e. mortalis est. Præterea si forte dicat, 'omnis' idem hic valere quod 'tota;' hæc locutio, 'Debet tota eadem,' &c. longe (opinor) concinnior et elegantior est, quam altera: quamvis 'omnis' interdum usurpetur pro toto, quemadmodum et *vās* apud Græcos. Postremo hic nihil fere subintelligendum est; aut si quid est, id fit molliter et facile: illic multa, eaque duriter et laboriose. Sic enim explicare necesse est: Debet omnis mundi natura putari constare 'eodem corpore,' hoc est nativo et mortali. *Lamb.* *Gifanius*, *Debet eodem omnis*, viz. æque nativo et mortali corpore constare. *Creech.*

243 *Ferme*] *Melioris* est; debuit enim plane et dierte concludere. Sed ita

alibi locutus est. *Donatus*, 'ferme' pro facile in *Andr.* 3. 1. *Faber* et *Creech.*

246 *Fuisse Principale aliquod tempus, clademque*] I. e. fuisse tempus, quo cælum et terra principium et originem habuerint, et fore cum intereant. Putant item Stoici fore aliquando, ut hic mundus ardore deflagret: et nos Christiani credimus: 'principiale' autem vox est nata a nomine principium, non a princeps: at alibi diximus. *Lamb.*

248 *Illud in his rebus*] Quod vero præcipuum partes, et maxima mundi membra, terra, aqua, aër, ignis gignuntur, et intereunt, vs. 59. *fusus* demonstrat: multam terræ particulæ in altum feruntur, et aëra conponunt; multas auferunt flumina, et in mare volvunt, vs. 14. Aqua item nova indies nascitur, at pars illius vi solis in aërem mutatur, pars in meatibus subterraneis terræ formam induit, vs. 12. Aërem, qui recipit omnes particulas e rebus omnibus perpetuo fluentes, et res illas omnes reficit, nemo dixerit æternum, aut immortalem, vs. 8. De igne denique idem concludendum, cum radii solis, qui unicuique est lucis et ignis fons, quolibet momento emissi pereant, ideoque quod sol ipse reparetur, æque ac *lychni* et *tedæ*, omnino confitendum, vs. 25. *Creech.*

Ne arripuisse] Ita quidam libri. In aliis, *corripuisse*. *Lambinus*, *ne me arripuisse*, male. Hiatus est *Eanius*, et *Lucretianus*. *Gifan.* *Ne me arripuisse*. Sic restitui, non levi conjectura ductus. Nam cum in duobus libris manuscriptorum reperissem ita scriptum, *ne arripuisse rearis*, facile adductus sum, ut existimarem, *me* pronomen, quod necessario desideratur, et sine quo neque versus, neque sententia constare potest, esse omisum a librario scriptore propter similitudinem particulæ *ne*: deinde ex *arripuisse*, factum esse *corripuisse* ab aliquo semidocto, qui facile quidem sen-

tiret versum claudicare, sed quid sententiam deesset, non videret; *ne me arripuisse veris* autem, i. e. ne forte me existimes per vim, et temere, et sine ratione assumissem, quasi abs te datum et concessum, id quod sumsi et posui, nempe parteis mundi interitura, &c. Cum hæc scripsissem, *Zoilus arripuisse* pro *corripuisse* probavit, sed *me* additum improbat, eoque nomine me male hoc modo edidisse pronuntiavit. Atqui primum Latini sermonis consuetudo et ratio non ferunt, ut hic locus ita legatur sine provocabulo *me*. Deinde hiatus Ennianus, quem iste jactitat, hoc loco a Lucretio quæsitus non est: neque Lucretius taleis umquam versus faceret, quales iste ructatur. 'Arripere' autem pro assumere non datum ab altero, etiam usurpavit M. Tullius lib. 1. de N. D. 'Primum igitur quidque consideremus quale sit. Arripere enim mihi videmini, quasi vestro jure, rem nullo modo probabilem.' *Lamb.* Pluribus tamen adductis exemplis hiatus isti favet Jo. Ger. Voss. de Arte Gram. 2. 16. *Hav.*

252 *Principio, pars*] Ad hunc locum neque ab illo versu, 'Illud in his rebus,' sententia pendet: hinc autem incipit probare id quod sumsit, ne quis dicat, eum pro suo jure et quasi per vim 'arripuisse,' ut dixit, non assumissem. *Lamb.*

254 *Exhalat nebulam*] Verbo 'exhalat' subjunct casum accusandi, ut Virg. Georg. 2. qui videtur hunc locum imitatus esse: 217. 'Quæ tamen exhalat nebulam, fumosque volucris.' Idem *Æn.* 7. 84. 'sævamque exhalat opaca Mephitin.' Iterum Lucret. infr. eod. lib. 464. 'Exhalantque lacus nebulam, fluviique perennes.' etiam verbo expirandi, ut *sap.* 2. 364. 'Sanguis expirans calidum de pectore flumen.' et verbo efflandi, ut infr. eod. lib. 651. 'atque suos efflavit languidus ignis.' *Lamb.*

256 *Pars etiam glebarum ad ditu-*

oem] Profert hunc versum Nonius in voce 'diluvies.' *Lamb.*

258 *Alit, auget*] Ita libri vulg. omnes, et vet. nostri, recte. Multis locis ea conjungit Poëta. Lambinus, *alid*. Gifan. Præterea (inquit) quidquid pro parte sua aliud alit atque auget, id roditur. Olim edideram *quodcumque aliud auget. alid* autem, i. e. aliud, ut sæpe alias. mendose autem putabam in vulgatis legi *alit*, per *t*, ex versu qui sequitur paullo post, 'Nam quod cumque alias ex se res auget alitque, Deminui debet,' &c. Nunc receptam scripturam retineo, ut intelligamus, *alit, auget*, posita esse *æowdêras*, ut illa, 'subat, ardet,' 4. 1192. et subintelligamus aliud, seu alias res. *Lamb.*

259 *Roditur*] I. e. diminuitur. Tralatio: quod statim dicit 'limari,' alia tralatione. *Lamb.*

260 *Omniparens*] Virg. *Æn.* 6. 595. 'terræ omniparentis alumnus.' *Lamb.*

Commune sepulcrum] Sic Catullus de Troja ad Maalium, 'Troja nefas, commune sepulcrum Europæ, Asiæque, Troja virum, et virtutum omnium acerba cinis.' *Lamb.* Plautus 'Communem locum' dixit, in Prol. *Casina*, vs. 19. 'Ea tempestate flos poëtarum fuit, Qui nunc abierunt hinc in communem locum.' *Preig.*

261 *Ergo terra tibi libatur*] Ita vet. et vulg. libri. Lambinus tamen, *limatur*, male. Gifan. Ergo terra minuitur ac deteritur. *limatur* autem legendum, non *libatur*. 'tibi' venustatis et concinnitatis causa positum, ut apud Hor. *Epist.* 1. 3. 'Quid mihi Celsus agit?' Neque vero me movet cimex Zoilus, qui hanc emendationem damnat. satis est mihi, eam probari duodecim viris totius Gallie doctissimis, ut taceam non pauciores Italos, Germanos, Hispanos, Britannos mihi assentientes. *Lambin.* Melius *libatur*. Faber et Creech. Nam et ita 'degustant' dixit superius vs.

192. ubi vide Notas. Imo non aliter 'libatam animam' dixit diminutam 3. 716. 'Partibus amissis quoniam libata recessit.' Neque aliter legendum ibid. 214. 'Nil ibi libatum de toto corpore cernas,' ut nec lib. 5. 569. 'Illa ipsa intervalla nihil de corpore libant Flammaram.' De ea vero consuetudine qua 'tibi' hic eleganter vacat, plura collegit Jo. Ger. Voss. de Const. cap. 59. *Hav.*

261 *Et aucta recrescit*] Lucan. 6. 277. 'Illos terra fugit dominos: his rura colonis Accedunt donante Pado.' *Hav.*

264 *Magnus decursus aquarum Undique*] I. e. magnæ aquæ undique decurrentes, sive fluvii in mare delabentes. Lucret. sup. 1. 1030. 'Efficit, ut largis avidum mare fluminis undis Integrent amnes,' &c. cum fluvii ex fontibus originem trahant: fontes ex aquis, subter per terras diditis, et quasi percolatis. *Lamb. Magnus decursus.* Subandi, Id enim magnus decursus aquarum declarat, &c. *Faber.*

265 *Primum quidquid*] Primum quidque, ut sæpe alias, et quidem paucis post versibus: 'Nam primum quidquid fulgoris deperit eii.' *Lamb.* Quidque, ut sæpe alias, et vs. 285. item vs. 305. 'Nam primum quidquid fulgoris disperit eii.' *Creech.*

267 *Verrentes æquora venti*] Sic inf. 267. et 389. 'Nequidquam, quoniam verrentes æquora venti Deminuunt,' &c. et l. 217. 'Sunt igitur venti nimirum corpora cæca, Quæ mare, quæ terras, quæ denique nebula cæli Ver-runt.' *Lamb.*

268 *Radiisque retexens æther*] Qui, cum suis ignibus, alitur terræ halitibus humidis, et aquis marinis, sive extenuatis, et longo intervallo quasi percolatis, et dulcibus redditis, sive manentibus etiam salis. qua de re alibi dictum est. Ex humoribus autem, quos sol non consumsit, nascuntur imbres et pluvie: qui rursum

terram irrigant et madefaciunt, mareque et fluvios redintegrant. Et hic ille est oceanus, quem Homerus facit circum terram finire, ut vult Arist. Iterantur autem hæc eadem infra eodem libro non longe, 268. et 390. 'quoniam verrentes æquora venti Deminuunt, radiisque retexens ætherius sol.' *Lambin.* Idem propemodum sonus verborum Virg. tanquam aliud agenti, excidit, in illis, *Æn.* 4. 118. 'Ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.' Et vs. 65. 'Præterea, si nona diem mortalibus alnum Anroa extulerit, radiisque retexerit orbem.' Propius nostro accedere voluit Statius, ubi 5. Theb. pag. m. 228. ita canit: 'Exoritur pudibunda dies, cælumque retexens Aversum Lemno jubar.' Ubi 'cælum,' pro caligine cuncta obumbrante atque operiente, posuisse videtur Statius, ut Homerus passim 'ætra' simpliciter, pro aëre spisso, atque opaco, adeoque pro ipsa caligine, &c. ut ex. gr. Il. γ. vs. 389. 'Ἐκδιωφε δ' ἄρ' ἠέρι καλλῆ.' Unde vel in ipsis Sacris Litteris, Eph. 2. vs. 2. *ἔθωρα τοῦ ἀέρος* appellatur, quæ alibi *ἔθωρία τοῦ σκότους*, Col. 1. 13. Singularis Statii rursus locus est, 3. Theb. pag. m. 141. qui forsitan huc faciat, ubi Amphiarus in Aphasante monte cum Melampo auguria captans: 'sic factus, et alto Membra locat scopulo: tunc plura ignotaque jungit Numina, et immensi fruitur caligine mundi.' *Retexere* autem de dissolutione, quæ paulatim, et quasi filatim fit, quam aptum quamque elegans verbum sit, satis patet. *Preig. Retexens.* 'Ἀναλίωσ, καταλίωσ, resolvens. *Faber.* Penelope veluti telam. *Hæc.*

270 *Percolatur enim virus, retroque*] Fuit hæc quorundam antiquorum Philosophorum opinio, quam commemorat Aristotel. lib. 2. *meteorol.* fluvios ex mari nasci, quemadmodum in idem relabuntur: quia aqua salsa percolata fit dulcis, et ad bibendum

utilis. sic Aristot. *δηθόμενον γὰρ γίνεσθαι τὸ ἀλμυρὸν πότιμον.* supra 2. 470. 'Et, quo mista putes magis aspera lævibus esse Principiis, unde est Neptuni corpus acerbum, Est ratio secernundi, seorsumque videnti,' &c. *Lamb.*

270 *Virus*] Humor, seu liquor naturalis. sup. 1. 720. 'Ionium glaucis adspersit virus ab undis.' *Lamb.*

271 *Et ad caput*] I. e. et ad fontes. iteratur autem hic versus cum tribus deinceps sequentibus, lib. 6. *Lamb.*

272 *Inde super terras fluit*] I. e. ex fontibus sunt fluvii: qui rursus in mare relabuntur, illudque integrant: ut paullo ante dictum est ad illum locum, vs. 264. 'magnus decursus aquarum Undique declarat,' &c. Sic idem Lucret. sup. 1. 1030. 'Efficit, ut largis avidum mare fluminis undis,' &c. adde et illa ejusdem 2. 589. 'Principio tellus habet in se corpora prima, Unde mare immensum volventes flumina fontes Assidue renovant,' &c. Ad hanc rationem referendam est illud Plautinum in *Poenolo* 3. 8. 14. 'Viam qui nescit, qua deveniat ad mare, Eam oportet amnem quærere comitem sibi,' &c. Eodem pertinet illud Homericum *'Iliad.* φ. vs. 122. ubi Achilles Lycanem a se interfectum, pede prehensum, in Scamandram fluvium jactit. quo facto hæc in eum gloriabundus loquitur: *'Ἐνταυτοῖ νῦν κίεω μετ' ἰχθύσιν, ὃ σ' ἐπειλῆς ἄλμ' ἀπολιχμήσονται, ἀκηδέτερ' ὀδδὲ σε μήτηρ' Ἐσθμεμένη λελχέσσι γοήσεται' ἀλλὰ Σκάμανδρος Ὀσσει δοθήεις ἔσω ἄλδς ἐβρέα κόλπον.* i. e. 'Hic nunc jaceto inter pisceis, qui tibi ex vulnere sanguinem lingent sine cura: neque te mater lecto aut feretro impositum legebit; sed Scamander vorticosus in latum maris sinum deferet.' *Lamb.*

Agmine dulci] Virg. *Æn.* 2. 782. 'leni fluit agmine Tibris.' sic Ennius lib. 5. p. 64. 'Quod per amœnam

urbem leni fluit agmine flumen.' 'agmen' pro actu et ductu, inquit *Macrob.* lib. 6. Saturn. *Lamb.*

273 *Qua via secta semel*] Ita leviter et mobiliter fluit hic versus, ut Lucret. fluvium per alveum suum currentem ac labentem nostris oculis subjicere videatur. Repetitur et lib. 6. *Lege,* si vacas, quæ notavimus ad illum locum Horatii *Od.* 16. *Epod.* 48. 'Levis crepante lympha desilit pede.' *Lamb.*

274 *Æra nunc*] Nunc de aëre disserere incipit. Probat autem, omnia quæ de rebus fluant, in aërem confluere: aërem autem certa corpora rebus tabescentibus retribuere, ne rerum omnium interitus consequatur. *Lamb.*

275 *Privas mutatur in horas*] Ita omnino legendum. Vide *Indicem.* *Vulg. oras.* *Gifan.* Singulas, vel proprias. sed si singulas interpretemur, videbitur legendum, *privas mutatur in horas:* sin proprias, ferri poterit scriptura recepta, *privas mutatur in oras:* ut per 'oras proprias' intelligamus extremitates ignis, aquæ, et terræ. ego tamen *privas mutatur in horas* legi malo, sup. 4. 569. 'In multas igitur voces vox una repente Diffugit, in privas quoniam se dividit aureis.' Probavit hanc emendationem *Thraso.* Hoc mirum: illud non mirum, quod probavit, ut ejus auctor aut repertor. *Lamb.*

276 *Id omne Aëris in magnum fertur mare*] Semper (inquit Lucret.) quidquid e rebus fluit, in aërem longe lateque usque ab æthere ad terras diffusum fertur. 'Aëris mare' tralatio est: quæ hic non solum ad ornandum, verum etiam ad significandum ac declarandum adhibita est. significatur enim hac tralatione natura aëris mollis et humida: quam idcirco poetæ effæminarunt, et Junonis nomine appellarunt. *Lamb.* Aëris capacitatem, *κέντρος.* *Faber.*

278 *Fluenteis*] Suo fluxu. *Faber.*

281 *Reccidere*] Sic legendum, et ita habet codex Bertinian. et codex Memm. in utrisque Aldinis autem legitur *Recidere*, per unicum *c*, mendose. *Reccidere* enim dictum, ut 'rettulit,' 'refferre,' 'redducere,' 'remota,' et simil. apud Virgilium Horat. et apud hunc eundem. *Lamb.* Marullus, *decidere*; male, contra vet. libros. *Gifan.*

Quoniam fluere] Sic sup. 4. 228. et 6. 233. 'Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi.' *Lamb.*

282 *Largus item liquidus fons*] Inf. eod. lib. 597. 'Jam licet hinc fontem scateret, atque erumpere flumen Ex omni mundo,' &c. *Lamb.*

283 *Inrigat caelum candore*] Ita Manil. 2. 'irriget orbem omnia pervolitans.' Ita et Tertull. de Pompeiis, (urbs est Italiæ) 'Perfudit ignis Pompeios.' *Faber.* Sol enim Fons luminis. Vid. vs. 661. et 4. 375. *Cresch.*

284 *Suppeditatque novo confestim*] Sic sup. 4. 376. 'Semper enim nova se radiorum lamina fundant: Primaque disperunt, quasi in ignem lana trabatur,' &c. et infra eodem lib. 822. 'Quæ faciunt solis nova semper lumina gigni.' ad quem versum plura. *Lamb.*

285 *Nam primum quidquid fulgoris*] I. e. primum quicquid fulgoris ei disparit. *Lamb.*

287 *Succedere soli*] I. e. subire solem, seu succedere sub solem. Sic enim loquitur Cæs. lib. 1. de B. G. 'Ipsi confertissima acie, rejecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt.' Idem lib. 2. 'Testudine facta portis succedunt, murum subruunt.' et Virg. Georg. 3. 418. 'Aut tecto assuetus coluber succedere, et umbræ.' Idem lib. 4. 227. 'atque alto succedere cælo.' *Lamb.*

290 *Qua nimbi*] Legendum arbitrator, *qua nubes cumque foruntur.* *Lamb.*

294 *Ni suppeditet*] Nisi suppetat: absolute enim accipiendum. *Lamb.*

295 *Quin etiam nocturna tibi*] Negat Aristoteles lib. 2. *meteor.* simile esse lumen solis ceteris luminibus et flammis, quæ humido aut pingui alantur, si alantur. nam cetera lumina (inquit) continenter mutantur, neque umquam sunt eadem: at solis lumen semper est unum et idem. quod si verum esset, solem humoribus ali: non solum quotidie novus sol oriretur, sed semper et assidue novus esset: quod falsum atque absurdum est. *Lamb.*

296 *Pendentes Lychni*] Virg. *Æn.* 1. 730. 'dependent lychni laquearibus aureis.' *Lamb.* Plures locos colligit Macrob. Sat. 6. 4. *Hav.*

297 *Fulguribus*] I. e. fulgoribus, ut sæpe alias. *Lamb.*

298 *Ardore ministro*] Ardoris opera; ita efficiente ardore. *Faber.*

299 *Suppeditare*] Nunc *εὐπρωμάς*, subministrare, præbere, *προΐστω.* *Lamb.*

Tremere] Notat tremulum astrorum lumen. *Faber.* Tremulos radios spargunt lychni et tedæ. *Cresch.*

300 *Constant: instant!*] Epanaphora. *Lamb.*

302 *Celeri*] Celeriter lumen subornit, unde, &c. *Faber.*

Toleratur] Sustentatur. Sic Cæsar dixit lib. 1. de Bel. Gall. 'Domi nihil erat, quo famem tolerarent.' in cod. Memmiano tamen legitur *celeratur*, et ita in Florentinis: omnino mendose. *Lamb.* Nescio cur lectioni illi irascatur Lambin. quum recte loquas *celeratur*, uti quoque exstat in utroque Lugd. Bat. et apte ad sensum Lucretianum, qui hic non vult ostendere *tolerari*, i. e. sustentari, exitium eo modo quo 'famem tolerari' dixit Cæsar, verum in eo totus est, ut evineat novo lumine assidue et e vestigio vetus exstingui (conf. sup. vs. 284. 285.) atque ita inquit 'exitium flammæ,' i. e. fulgor tedæ dispersus, 'celeratur,' seu accelera-

tur novæ flammæ origine. Læsit vero pro more suo Lucretius in sonus repetitione 'celeri celeratnr.' Hav.

304 *Suborta*] Sic legendum, *suborta*, uno vocabulo, a verbo suborior, quod est, in alterius locum orior. Lucret. 1. 1048. 'Quare etiam atque etiam suboriri multa necesse est:' et 2. 1187. 'Unde queat tantam suboriri, ac suppeditare,' &c. Lamb.

305 *Et primum quicquid*] L. e. et primum quicquid. Lamb.

Flammæ] Cod. Memmian. habet *flammæ*, et ita Florentin. ego tamen nihil muto. Lamb.

307 *Denique*] Colligit omnia corruptionem pati, et æra et lapides. Simile illud Ovidian. 'Ergo cum lapides, cum dens patientis aratri Deperent ævo; carmina morte carent.' Pius.

Denique non lapides, &c.] Superiora argumenta confirmat vs. 12. Quæ solidissima videmus, sentiunt vires temporis, et putrescunt. turre, templa, Deorum simulacra (nec illa Numen ipsum sustentare potest) quis non videt quotidie labantia? Saxa denique, quæ integra vidimus brevi tempore labefacta sunt, et montibus avulsa cadunt. Quis autem dicat illa ab æterno extitisse, quæ temporis finiti vires perferre nequeant? Creech.

Ab ævo] A tempore, a temporis longinquitate. Lamb.

309 *Fatisci*] Defatisci? Attius: 'Tamen hand fatiscar, quin tuam opem implorem.' Idem: 'Vereor, si unquam fatiscar facere quicquid quibo boni.' Idem valet *fatisco*. Lucretius sup. 3. 459. 'et (ut docui) simul ævo fessa fatiscit.' Lamb.

310 *Procellere*] Vi ante venire: *procellere* proprie urgere significat et impellere. Scribit Gellius circium ventum 'honestum plaustrum procellere.' in Donato proverbium: *Plaustrum procellis*: ubi mendum sit nec ne video posse ambigi: cum austrum

percellere ventum naufragium molentem sit proverbialis locutio: qua Plautus utitur: vel propter populos illos, de quibus meminit Gellius, qui cum austro bellum gesserunt; vel quod ictus irritos facit, qui cum austro pagnat. Pius.

Fati protollere fines] Ita ex vet. librorum vestigiis restitui. *Protollere fines*, i. e. proferre. Adhuc ad id, quod 1. 78. Vulgati, *procellere*. mendose. Vet. libri: *protollere*. Gifan. Secutus eram initio codicem Bertinian. et Vatic. et vulgatos fere omnes, Paris. utroque Venetos, Lugdunenses: in quibus est *procellere*. Nunc ex aliis vet. libris, qui, ut olim lectori indicavi, habent partim *protollere*, partim *procellere*, *protollere* edendum curavi: quod tamen non dissimulabo, homini cuidam de me male merito, qui me læsit nulla injuria lacessitus, in mentem venisse, ne quod in altero reprehendo, in eo ipse peccare reperiar. 'Protollere' autem 'fines fati' dictum pro diem mortis proferre. Usus est hoc eodem verbo et Plautus non semel, neque uno loco. Sed uno, atque altero exemplo contenti erimus. sic Casina 2. 8. 11. 'Protollo mortem mihi.' Ibidem 3. 5. 48. 'quia si cedex Uxorem Olympioni, neque tuam, neque suam, Neque viri vitam sinet in crastinum protolli.' Lamb.

312 *Denique non monumenta circum dilecta videmus*] Hunc versum Lucretii non esse dejerare possim; probare autem, hic labor est: sed qui sensum aliquem veteris Musæ habent, si pedibus in sententiam nostram ibunt. Certe minus in clausula orationis dicit quam in principio dixerat. Faber.

313 *Cedere proppero*] Nihil mutavi in hoc versu. veruntamen non celabo lectorem, in codicibus quattuor manusc. Vat. Tett. Faërn. Memmian. ita legi, *Querere proppero sibi cuique senescere credas?* cujus scripturæ ra-

tionem exputare non possum. docti quidam in voce *proporro* mendum subesse suspicantur, et legendum *provero* censent. Ego nunc utrumque versum, et eum qui in codicibus antiquis reperitur, et eum qui in vulgatis et recentioribus, spurium et suppositum esse arbitror. *Lamb. Quærere proporro sibi cumque senescere credas? Ita libri vet. In quibusdam, omnique. Sententia videtur: ut credas, ea quærere sibi aliquando senectutem. Hand scio etiam, an sit spurium. Marullus primus et hunc depravavit: Cedere proporro subitoque senescere casu. Quæ hæc est impudentia? Gifan. Cedere proporro subitoque senescere casu? Ita constanter habent vet. libri, nisi quod in quibusdam legitur, Omnique proporro subitoque senescere casu? Sed vide quam in hoc genere literarum nil quidquam neglectui sit. Istud omnique vitiosum est, neque erit unquam, id ut vel *diavolas* vel metri ratio pati possit; et tamen ejus unius vocalæ ope vestigia veræ lectionis deprehendimus. Sed largiori sermone opus est; cujus veniam petimus. Dixerat antea: Nonne lapides et structuræ ædificiorum ruunt, et turres ac saxa ab ævo vincuntur? nonne ipsa templa, sedentibus, atque etiam invitis Diis, senio defessa labuntur? Omniaque ut porro, cujus illa cumque generis sint, senescere, abire, obire, perire ut credas, nonne et silices ipsos, rupesque, solidissima terræ corpora, senescere ante oculos vides? Nunc locum integram exponam, et ita exponam, uti distinguam et legi debere videtur: *Denique non lapides quoque vinci cernis ab ævo? Non alias turres ruere, et putrescere saxa? Non delubra Deum, simulacraque fessa fatisci? Nec sanctum numen fati protollere fines Posses? neque adversus naturæ fœdera nitii? **** [hinc versum sustuli.] *Omniaque ut porro subitoque senescere credas, Non ruere avolos silices a montibus altis?**

Repetendum autem ἀπὸ κοινῆς *cernis* ex vs. 1. unde ceteræ interrogationes pendent. De usu hujus particule 'cumque' dicerem quod fortasse non pœnitendum esset; sed satis in præsens fuerit, unicum Horatii locum, qui doctos torsit, afferre, *Od. 1. 82. 15.* 'mibi cumque salve Rite vocanti.' Addam tantum, in versu illo, *Non delubra Deum, Simulacraque fessa fatisci?* videri posse, quamquam nil affirmo, legendum, *Simulacraque fessa fatisci?* Nam et huc respexisse *Hor. Sat. 2. 5. 39.* arbitror, 'seu rubra canicula findet Infantes statuas,' &c. Dein cum 'fessus' et 'defessus' fiant a fatisci et defatisci, valde mihi credibile sit scripsisse hoc loco *Lucretium, fessa fatisci?* Scimus tamen ædificiis, templis, muris, ætatem, ænium, &c. tribui, atque adeo stare posse *τὰ fessa*; et qui id probabit, nihil fecerit; nam id, ad me quidem, nihil est; conjecturam enim afferro, non emendationem. *Faber.* *Gifan.* *Quærere pro porro sibi cumque senescere credas.* i. e. ut credas ea aliquando sibi quærere senectutem: sed melior vulgata lectio. *Faber* autem rejicit, *Denique non monumenta,* &c. et legit, *Omniaque ut porro, subitoque senescere credas, Non ruere avolos,* &c. Sed huic etiam conjecturæ vulgatam lectionem libenter præferam. *Creech.* Placet *Vossii* seu conjectura, seu lectio, ita distinguenda: *Quæ ruere proporro ibi, conque senescere credas? Ibi,* ubi nempe dilapsa ea jam videmus; *conque senescere,* pro, et consensescere, ut passim. *Preig.*

314 *Non ruere avolos*] Hunc versum profert *Nonius* in voce 'silices.' *Lamb.*

318 *Tormenta ætatis*] Tralatio est, vel a tormentis bellicis, vel a questionibus. *Lamb.*

Privata] Refer ad vocem 'saxa,' non 'tormenta.' *Lamb.*

319 *Denique jam tuere*] *Tuere,* aspice, a verbo *tuor.* *Denique* aspice

hoc cælum, inquit. sic Ennius, 'Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem.' *Lamb.* Vas. 6. illos refutat, qui omnia e cælo oriri, et in cælum iterum resolvi sentiunt, et tamen cælum ipsum immortale et æternum asserunt; nam quod in alias res vertitur, et quod ex his rebus solutis reparatur et reficitur, id nativum prorsus et mortale. *Creech.* Pæcnvius Chryse: 'Hoc vide, circum supraque quod complexu continet Terram, quod nostri cælum memorant, Græii perhibent æthera; Quidquid est hoc, omnia is animat, format, alit, anget, serat, Sepelit, recipitque in sese omnia, omniumque idem est pater. Indidemque eadem, quæ oriuntur, de integro æque eodem occidunt.' Quem nostrum fuisse imitatum docet Scaliger ad Varr. de L. L. p. 81. ubi vide plura. *Hav.*

320 *Amplexu]* Ambitu. M. Tull. ex Enrip. 'Qui tenero terram circumactu amplectitur.' *Lamb.*

Quod procreat ex se] Tamquam pater. *Lamb.*

324 *Diminui debet]* Sic habent codices manuscr. Vaticanus, Tettian. Faërn. Memm. Bertin. typis impressi vero, *Diminui debet.* *Lamb.* *Diminui]* Ita fere libri vet. Marullus, vulg. *Diminui.* Gifan.

325 *Præterea, si nulla fuit, &c.]* Mundi novitas vs. 14. probatur, tum ex eo, quod historię omnium antiquissimæ Thebano aut Trojano bello superiores non sint, ut esse deberent, si mundus foret, non dico æternus, sed multo vetustior; tum ex eo quod artes omnes recens adinventas habemus, siquidem authores omnium memorantur; cum, si mundus nunquam cœpisset, deberent artes, ac potissimum vitæ utiles, semper extitisse. Macrobius in Somn. Scip. 2. 10. 'Quis non hinc existimet mundum quandoque cœpisse, nec longam retro hujas ætatem, cum abhinc ultra dæo retro annorum millia de excel-

lenti rerum gestarum memoria ne Græca quidem extet historia? Nam supra Ninnum, a quo Semiramis secundum quosdam creditur procreata, nihil præclarum in libros relatum est. Si enim ab initio, imo ante initium fuit mundus, ut philosophi volunt, cur per innumerabilem seriem seculorum non fuerat cultus, quo nunc utimur, inventus. Non literarum usus, quo solo memoriæ fulcitur æternitas? Cur denique multarum rerum experientia ad aliquas gentes recenti ætate pervenit? Ut ecce Galli vitem, vel cultum oleæ Roma jam adolescentem didicerunt; aliæ vero gentes adhuc multa nesciunt, quæ nobis inventa placuerunt. Hæc omnia videntur æternitati repugnare, dum opinari nos faciunt certo mundi principio singula quæque cœpisse.' *Creech.*

Genitalis] Principialis, seu potius gignens, aut ad gignendum pertinens. de qua voce sup. satis multa l. 11. *Lamb.*

327 *Supra bellum Thebanum]* Supera, i. e. supra: de quo alias diximus. Fuit autem bellum Thebanum antiquius Trojano. lege Macrobi. lib. secundo. comm. in Somn. Scip. ubi eadem fere argumenta leges adversus mundi æternitatem. *Lamb.* Paulo antiquius clade Trojana; paulo, inquam, cum constet quosdam duces bello Trojano interfuisse, quorum patres Thebas oppugnarint. *Faber.*

331 *Summa]* Mundus. *Lambin.*

334 *Nunc etiam augetur]* Codd. Vatic. habet, *Nunc autem augetur.* sic Demosth. Philipp. nona, quæ vulgo tertia inscribitur, ait, cum alia multa sua ætate immutata et meliora facta esse, et crevisse, tum ea maxime quæ ad rem militarem pertinent: 'Ἐγὼ δὲ ἀπάντων, ὅς ἐπος εἰπέειν, κολλῶν εὐληφόντων ἐπιβοῶν, καὶ οὐδὲν ὁμοίαν ἔντων τῶν νῦν τοῖς πρότερον, οὐδὲν ἡγούμαι πλέον, ἢ τὰ τοῦ πολέμου κεκινήσθαι καὶ ἐπιδοκῆναι. et Aristoteles lib. de Rep. 7. 11. ubi quærit, utrum urbes muris

esse munitas, an, ut Spartam, nullis mœnibus septas oporteat, ait, suis jam temporibus multa et telorum et tormentorum genera ad urbium expugnationes exquisitissima ac perfectissima esse reperta quæ antiquioribus fuerint ignota. *Lamb.*

335 *Organici]* Ut tibicines, fidicines, citharœdi. sup. 2. 412. 'Ac musæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.' *Lamb.*

336 *Denique natura hæc]* Lege Lactantium Firmian. de Falsa Sapient. lib. 3. 16. ubi hunc locum profert. *Lamb.* Notandum maxime; Intelligit enim physicam. Plane eadem ratione Horat. qui interdum audacior est, de Pythagora 1. 28. 15. dixit, 'naturæ non sordidus anctor.' Ratio autem hoc loco philosophia est. *Fab.*

337 *Et hæc primus]* Quocirca non immerito illud de se prædicavit, quod est initio lib. 4. et in lib. 1. non longe ab extr. 'Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo,' &c. *Lamb.*

338 *In patrias qui possim vertere]* Qui possim convertere in Latinum sermonem. Fuit enim Lucretius Romanus. *Lamb.* Pro, vertam. Exempla aibi: nisi ita intelligas, superbiusculum fuerit; quamquam vera prædicat, quis enim ante Lucretium? *Faber.*

339 *Quod si forte fuisse ante hæc, &c.]* Huc pertinent ea quæ sunt apud Platonem in Timæo non longe a principio. ubi senex ille Ægyptius sacerdos cum Solone loquens, ait, Græcos semper esse pueros, neque quicquam antiquum nosse, propterea quod multis non uno tempore in Græciam vel ab ignibus, vel ab aquarum diluvionibus cladibus importatis, non potuerit a majoribus ad posteros rerum præteritarum cognitio quasi per manus tradita pervenire. Nonnulli autem legunt hinc, *Quod si forte fuisse ante hæc eadem omnia credis, &c.* *Lamb.* His argumentis nonnulli philosophi

hoc modo respondent, olim artes istæ vigerunt, quæ nunc florent, sed aliquando ignis, aliquando aqua delevit, vel terræ motus hausit humanum genus: inde jam novæ videntur nobis et recentes. Hoc responsum retorquet Poëta vs. 13. Nam orbem aliquando ignibus perustum, aliquando aquis obrutam, aut terræ motibus disruptum nemo sanus æternam dixerit: ideo enim hominem dicimus mortalem, quoniam illis morbis tentatur, qui in alios vehementius incidentes eos abatulerunt. *Creech.*

340 *Vapore]* Calore. *Lamb.*

343 *Cooperuisse]* In verbo 'cooperuisse' duæ vocales *oo* coalescant in unam syllabam: ut sup. 2. 1060. 'Tandem cooluerint ea quæ connecta repente, Magnarum,' &c. *Lamb.* Huc pertinent illa, quæ de literarum inventionem Cadmo attributa, aliisque, disputat Diodorus Siculus lib. 6. 'Postmodum Græcia diluvio oppressa, cum plurimi homines perliissent, et literarum quoque monumenta deleta sunt,' &c. *Hæd.*

347 *Tentarentur]* Pulchre dictum, 'tentari morbo,' 'periculo,' 'incommodo.' sic 1. 682. 'Quæ nondum cineant ullo tentata periculo.' et 2. 936. 'nullo primordia posse dolore Tentari.' *Lamb.*

Ibi si tristior incubisset Causa] Hoc negat metuendum esse Aristot. lib. de Mundo cap. 5. Quinetiam ait diluviones aquarum, et incendia, degradationesque terrarum ad salutem universi valere, his verbis: "Ἡ τε γῆ φητοῖς κομῶσα παντοδαποῖς, &c. τῆρ ἀγῆρ φῶσιν δυοῖν τῆρδ κἀτῶ καὶ σεισμοῖς τρωασομένη, καὶ πλημμυρίων ἐπικυλιζομένη, πυρκαϊαῖς τε κατὰ μέρος φλογίζομένη. ταῦτα δὲ πάντα ἔκκειν ἀντὶ πρὸς ἀγαθοῦ γινόμενα, τῆρ δὲ αἰῶνος σωτηρίαν παρέχειν. σεισμοῖς τε γὰρ δεξιότρονοι αἱ τῶν πνευμάτων παρεμπίπτουσιν κατὰ τὰ βῆγματα τὰς ἀναπνοὰς ἰσχυροῦσι, καθὼς ἐνὶ λέλεκται. καθαιρομένη τε ἑμβροῖς, ἀποκαθίσταται πάντα τὰ νοσῶσα. πρ-

παντοσθεν δὲ αἰθρῆς, τὰ τε ὕψ' αἰθρῆς, καὶ τὰ ὑπὲρ αἰθρῆς εὐκρινεῖται. καὶ μὴν καὶ αἱ φλόγες μὲν τὸ παραγόμενος πιαθουσιν. αἱ πάροιθ' δὲ τὰς φλόγας ἀνάσσει. καὶ τῶν ἐπι μέρους τὰ μὲν γίνεται, τὰ δ' ἀκαμάζει, τὰ δὲ φθείρεται. l. e. 'Et terra stirpibus et plantis variis ornata ac vestita, &c. naturam senectatis expertem pariter retinet: cum tamen et motibus concutitur, et ab aquis inundantibus obruitur, et incendiis non tota quidem, sed quibusdam suis partibus desflagret. Hæc autem omnia videntur ei boni gratia evenientia æternam salutem afferre. Nam et cum concutitur, dissiliunt ac diffiantur interjecti spiritus, respirandi viam per terras parteis effractas repicientes, quemadmodum supra dictum est: et cum imbribus purgatur, rebus omnibus insalubribus et morboris abluendo levatur: cum autem a ventis perfratatur, et quæ sub ea sunt, et quæ supra, pura redduntur. Jam vero flammæ quidem id quod glaciæ natura præditum est, densant: conglaciationes autem flammam remittunt, et rerum singularium aliæ oriuntur, aliæ florent, aliæ intereant.' *Lamb.*

348 *Darent late cladem*] Pro *dediderunt*. Ter. in *Adelph.* 1. 2. 27. 'Nam si esset unde id fieret, faceremus,' pro, si fuisset, et fecissemus. Aliter locus ille intelligi non potest; De mea enim et Micio jam tum in re ampla erant. *Faber.* Virg. 2. 310. 'Jam Deiphobi dedit ampla ruinam, Vulcano superante, domus.' qui et alibi sæpe sic locutus est. *Hav.*

352 *Præterea, quæcumque*] Hoc eodem argumento, atque adeo hisdem verbis supra lib. 3. usus est, ubi probare conatur, animum esse mortalem. Quare quæ ad locum illum notavimus, in se repetat lector, si quid requireret. *Lamb.* Nihil æternum aut immortale agnoscit Epicurus, præter corpora perfecte solida, inane, et τὸ πᾶν, universum: at mundus

non est corpus perfecte solidum, nec isane, neque, cum infisiti sint mundi, hæc compages potest dici universum: vs. 24. vid. 3. 808. *Creech.*

363 *Quis locus*] Mss. optimi qui, et ita sæpe aliqui pro aliquis, ut ad Terulliani Apolog. decimum. *Hav.*

369 *Conruere hæc rerum*] Ita vet. libri. Lambinus tamen, *Proruere*; male. *Gifan.*

373 *Exspargi*] *Exspargi*, sive *exspargi*, recte, et hoc loco nonnulli legendum censent, ut in Variantibus Lectionibus apparet. Vide Voss. ad *Caull.* pag. 170. *Preig.*

374 *Haud igitur leti*] Sic 3. 820. de anima: 'Haud igitur leti præclausa est janua menti.' Emenda obiter Ovidium; occasione enim quamlibet levi uti vole. Locus est 2. de Ponto Eleg. 7. 'Sed quia res timida est omnis miser, et quia longo Tempore lætitiæ janua clausa meæ est.' Legendum *janua clausa mea est*. Jamdiu est, inquit, cum ad me lætitiæ non revisit: scilicet illi 'janua mea' occlusa est. *Faber.*

376 *Sed patet*] Sed janua leti valde late et vaste retrorsum patefacta est. *Lamb.* Virg. 2. 661. 'Patet isti janua letho.' *Hav.*

377 *Quare etiam nativa, &c.*] Ex eo quod finem habiturus est Mundus concludit vs. 4. initium habuisse: nam quod aliquando peribit, olim perisset. *Creech.*

380 *Contempnere vitæ*] In duobus manuscr. codicibus scriptum erat *contempnere*: quod eo notavi, ut intelligat lector, eodem errore doctos esse eos qui 'contempsit,' 'contemptum,' 'sumpsit,' 'sumptum,' et similia, scribunt eam p, atque eos qui 'contempno,' 'dampno,' 'tempto,' et similia. *Lamb.*

381 *Denique tantopere, &c.*] Aliud demum argumentum deducit vs. 36. a pugna continua (elementorum) præcipitarum mundi partium. Cum enim ignis cum aqua committatur, et modo

incendia, modo eluviones superent, quidni tandem cum totius mundi rainahæc concertatio terminetur? Quod vero magna incendia et diluvia contigerint, de Phaëthonte et Deucalione fabulæ demonstrant, nam Igne vastata, et aquis obruta erat terra, licet poëtæ inepte finxerunt incendium istud et diluvium interventu Deorum erupisse, et cessasse. *Creech.*

Cum maxima mundi Pugnent membra, pio nequaquam concita bello] Cum maximæ mundi partes inter se pugnent, impio bello concitatæ, quale est bellum civile et intestinum. Hæc est illa fortasse pugna, quam finxit Hom. Ἰλ. v. qui inscribitur θεῶν μάχῃ, inter Apollinem et Neptunum: per 'Apollinem' enim sol significatur; per 'Neptunum' mare, et aquarum natura. Hi igitur posteaquam satis diu inter se decertarunt, cedunt ad extremum inter se, quia par erat, et id quod ab altero alitur, cum suo pabulo non diutius pugnare: et alterius pabulum, ab eo cuius pabulum est, non superari, neque ad nihilum redigi. Quod significat Homerus eo quem dixi libro. Apollo enim, per quem sol et ardor significatur, pugnant cum Neptuno, per quem humor et mare, sinit ad extremum se vinci. Nam si sol omnem humorem ebiberet atque exhauriret, hic pulcherrimus mundi ornatus ardore conflagraret. *Lambin.*

382 *Membra*] Elementa, &c. *Fab.*

384 *Et Vapor*] Et calor. *Lamb.*

385 *Omnibus epotis humoribus*] Omnibus exhaustis humoribus, quod cum fiet, ut nos Christiani futurum credimus, tunc non solum totus orbis terrarum, sed etiam mundus hic univversus, flammis consumtus, interibit. *Lamb.*

Exsuperarint] Superiores fuerint. *Lamb.*

386 *Conata*] Sic Accius apud Nonium: 'Ego incipio. conata exsequar.' et Cornel. Nepos in Dione:

'Verens, ne prius consilium aperiretur suum, quam conata perfecisset.' *Lamb.*

387 *Tantum suppeditant*] Vel accipe ἐπεπρηκῆς, tantum humoris suppeditant: vel absolute, usque adeo suppetunt, ἀποκοῖσι. *Lamb.*

388 *Diluviare*] Diluvio obruere. *Lamb.*

393 *Spirantes*] Πνέοντες. M. Tullius lib. 3. ad Quintum fratrem, 'In primisque Ἀπὸ πνέων Q. Scaevola.' *Lamb.*

394 *Cernere*] Decernere, et controversiam dijudicare, ac finire. sic Pacuvius: 'Et æquum, et rectum est, quod postulas, jurati cernant.' sic dicimus, vitam cernere. Ennius p. 61. 'Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.' Idem p. 204. 'Ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere.' Iterum Lucret. snp. 4. 965. 'Nautæ cum ventis contractum cernere bellum.' *Lamb.*

395 *Superantior*] Ἐγκρατέστερος, κρείττερον, potentior, validior. *Lamb.*

396 *Regnarit*] *Superavit*, et vs. 399. *Terrasque perussit*, Gassendus. *Creech.*

397 *Ignis enim superavit*] Ex fabulis poëtarum hoc dicit, οὐκ ἀπ' ἑαυτοῦ. quod ostendit ille versus, 'Scilicet ut veteres Graium cecinere poëtæ.' *Faber.*

Ambens] Participium est vel a verbo ambedo, vel a verbo ambio, ut sit positum ambens pro ambiens. *Lamb.* Quidam libri, *ambiens*. Gifan. I. e. Ambedens ab ambedo: sic ambeisse pro ambedere: alii *ambiens*. *Creech.*

398 *Atia cum Phaëthonta*] Nota est fabula Phaëthontis, et eam persequitur Ovid. Met. lib. 2. initio. Plato in Timæo, quid hæc fabula significet, docet, ut mox dicemus. *Lamb.*

400 *At pater Omnipotens*] Ovid. Met. 2. 304. 'At pater omnipotens superiores testatus et ipsum, Qui dederat currus,' &c. Virg. Æn. 6. 592. 'At pater omnipotens densa inter nubila telum,' &c. *Lamb.*

401 *Repenti fulminis ictu*] I. e. subito et repentino; *repens* enim et *repentinus* æque invenitur apud poëtas aliosque scriptores; Virg. *Æn.* 12. 313. 'Quo ruitis? quæve ista repens discordia surgit?' Val. Fl. *Argen.* 2. 91. 'Insonit: vox inde repens ut percolit urbem.' Ubi ex Cicerone et Livio plura loca Carrio collegit. *Harer.*

402 *Deturbavit equis in terram*] Sed exceptit eum Eridanus, 'fumantiaque ablit ora,' inquit Ovid. Aristotel. autem *περὶ θαυμασ. ἀκουσμ.* scribit, Electridas insulas in latebris et recessu Adriæ; ab Eridano fluvio quondam fuisse exaggeratas; et etiam nunc videre licere paludem ei fluvio propinquam, cujus aqua calida est, ex quaque odor expiratür tæterrimus; hujus autem loci incolas dicere, Phaëthontem fulmine percussam, in hanc paludem decidisse. *Lamb.*

404 *Tremantis*] Ov. *Met.* 2. 398. 'Colligit amentes et adhuc terrore paventes Phæbus eqnos, stimuloque dolens et verbere sævit. Sævitur enim natumque objeetat et impntat illis.' *Pius.*

407. *Quod procul a terra nimis est ratione repulsam*] Idem et Platoni videtur in *Timæo*, cujus hæc verba sunt: *Τὸ γὰρ ὄν καὶ παρ' ἡμῶν λεγόμενον, ὅς ποτε φαίθων ἠλλίου παῖς τὸ τοῦ πατρὸς ἄρμα ζεύξας διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὄδον ἐλαύνων, τὰτ' ἐπὶ γῆς ξυνέκρουσε, καὶ αὐτὸς κεραυνῶδεις διεσφάθη, τοῦτο μὲν μύθου σχῆμα ἔχον λέγεται. Τὸ δ' ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν καὶ παρ' οὐρανὸν ὄντων παράλλαις, καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γινομένη τῶν ἐπὶ γῆς περὶ πολλὰ φθόρα.* i. e. 'Nam quod etiam apud nos dicitur, Phaëthontem Solis filium, olim patris casu juncto, propterea quod non potuerit patria via anrigari, et ea quæ sunt in terra, exussisse, et ipsum fulmine percussam periisse, hoc quidem dicitur per fabulæ figuram: re vera autem significatur et eorum quæ sunt in terra,

eorumque quæ in cælo et cum cælo moventur, immutatio, tum is, qui fit, longo intervallo interposito, rerum quæ in terra sunt, multis ignibus grassantibus, interitus.' Aristoteles item Phaëthontis fabulam refert ad incendia et flammam ex cælo profectas, quæ parteis mundi ad orientem spectanteis exsurrunt. sic enim ille libro quarto de mundo, in extremo: *Πυρκαϊὰ τε καὶ φλόγαι, αἱ μὲν ἐξ οὐρανοῦ γινόμεναι πρότερον, ὅσπερ φασὶν ἐπὶ φαίθωντος, τὰ πρὸς τὴν μέρη κατέφλεξαν, &c.* i. e. 'Incendia et flammæ, ex quidem quæ ex cælo antea exortæ, quemadmodum ferunt Phaëthontis ætate, parteis orientaleis exusserunt.' &c. Ita autem restituit hunc versum *Adr. Turneb.* vulgo enim legitur, *a vera est animi ratione repulsam.* *Lamb.* *A vera nimis est ratione repulsam.* sic vet. libri. *Marnlius, vera est animi.* Et ita vulg. vide supra, 2. 644. *Gifan.* *Melius terra nimis est.* *Creech.*

410 *Aliqua ratione revicta*] I. e. aliqua ratione vicissim victæ. *Lamb.*

413 *Ut fama est hominum, multas quando obruii urbes*] Sic est distinguendum: quod loquendi genus agnoscunt Latine docti. *Marc. Tull.* pro *Clentio*: 'Non timuisse si minus vim Deorum, hominum famam,' &c. Idem pro *Sylla*: 'At si tibi nos peregrini videmur, quorum jam et nomen, et honos inveteravit et huic nrbi, et hominum famæ, æ sermonibus,' &c. Idem de *Harnsp.* *Resp.* 'Mitto illam veterem ab ipsis Diis immortalibus, ut hominum fama est, Hetrurix datam disciplinam.' *Lamb.* Hanc scripturam et interpunctionem agnoscunt omnes libri. *Lambini* lectio non placet, *est hominum: urbes.* *Gifan.* *Vossium* vide ad *Catull.* p. 215. qui dam a *Creechio* refellitur, non tamen immerito, perperam in vulgatis exemplaribus, invitis libris antiquis, *urbes* repositum dicit pro *undis.* Ego *Gifanio* accedentem, cujus lectio sen conjectura sim-

plicissima est. *Preig.* Gifanius, *Ut fama est, hominum multos quando obruit undis.* Vossius, *Hominum multas*, i. e. Crimina hominum, sive impios homines. At quid hic loci Lucretius cum criminibus hominum? profecto Epicureus nunquam credidit istas aquas ad eluenda hominum peccata fuisse terrarum orbi immissas. *Creech.*

Multas quando obruit urbeis] Cum reperissem scriptum in Cod. Vatican. *multas quando obruit ūbis*, reposui *urbeis*. nam sæpe observavi, in libris veteribus lineam parvam supra duci pro r, ut 'cōcta,' pro 'coorta,' 'tūba' pro 'tarba,' 'ōdine' pro 'ordine.' Præterea sine ulla varietate sic habet liber Florentiæ impressus. Non probavit hanc emendationem Zoilus. quid miram? quæ dulcia sunt, amara videntur ei qui febrem habet, aut cui alioqui palatum corruptum est. Atqui satis ostendi hoc genus loquendi 'ut fama est hominum,' bonis scriptoribus esse usitatum. Jam vero hoc *multas obruit urbeis*, homines qui aliquid videant in his litteris, agnoscent, et probabunt: illud contra *hominum multos obruit undis*, non item: ut taceam, quod, cum Lucretius significare velit insignem diluviem, non satis eam his verbis exprimeret, 'multos hominum,' sive 'multos homines obruit undis.' quid est enim multos homines undis esse obrutos? si centum, si quinquaginta obruti sunt, multi obruti sunt. At nunc ex hac mea lectione multæ urbes obrutæ sunt. Quæ verborum sententia cum Lucretii sensu consentanea est. Confirmat denique hanc lectionem historia, nuntia vetustatis, et testis temporum præteritorum. Qua de re sic Arnob. lib. 1. 'Terrarum validissimis motibus tremefactæ nutant usque ad periculum civitates. Quid? hiatis maximis interceptas urbeis cum gentibus superiora tempora non viderunt? aut ab hujusmodi casibus fortunæ habuere securas?' His adde quæ de

urbibus terræ metu absumptis cauit ipse Lucr. l. 5. 584. 'In Tyria Sidone quod accidit,' &c. Disrumpatur igitur Zoilus. *Lamb.*

416 *Constiterunt*] Repressi et cohibiti sunt, vel se cohibuerunt. *Lamb.*

417 *Sed quibus ille modis*] Nunc aggredditur ad explicandum, quo pacto ex corporibus primis, quæ neque consilio, neque certo fœdere inito moventur, factus sit mundus. Totus autem hic locus de mundi et partium mundi concretionem videtur prope ad verbum expressus (nisi quod uberius a Lucretio tractatur) ex illis quæ exponuntur a Plutarcho libro primo *σεπὶ τῶν ἀπειροτέρων*. quæ suis locis membratim et particulatim referam: nunc autem universa Latine reddam, quod existimem ea magnam lucem huic loco allatura. Sic igitur Plutarchus, ut quidem Latine vertimus: 'Mundus in globosam figuram conformatus, hoc modo concrevit. Cum prima corpora sine consilio et fortuito moverentur, assiduoque ac celerrimo motu agerentur, in idem multa conuenerunt, et coierunt, et propterea varietate figurarum et magnitudinum prædita. His autem in eodem loco coactis et coacervatis ea quidem, quæ majora erant et gravissima, omnino subsidebant, quæ parva vero, et rotunda, et lævia, et lubrica, hæc etiam exprimebantur in primorum corporum concursu, et in altum ferebantur. Ubi igitur ad verberandam apta potestas defecit, ea, inquam, quæ in altum extollebat, neque jam plaga in sublime tollebat, in inferiorem vero locum hæc ferri prohibebantur: ad ea loca, quæ recipere poterant, urgebantur: hæc autem erant illa loca, quæ sunt in extremis oris mundum ambientibus: et ad hæc corpusculorum multitudo reflectebatur. Implicata autem inter se et impedita ex reflexione, mundum genuerunt. Porro hac eadem natura prædita corpuscula, cum essent varia, ut dixi-

mus, in altum sublata, astrorum naturam perfecterant. multitudo autem corporum, quæ sursum subvehantur, aëra verberabat, et hunc exprimebat. Impletus autem aër spiritu, atque inflatus ex agitatione et motu, et astra una comprehendens, ea una circum agebat, et eorum conversionem sublimem servabat. Deinde ex iis quæ subsederunt, terra genita est: ex iis vero quæ sublime ferebantur, cælum, ignis, æther. multa autem etiam materia in terra restante, eaque condensata et stipata, et flatuum verberibus, et anarum ex astris existentium ictibus, comprimebatur hujus figuratio ex partibus minutis constans, et humidam naturam genuit. Cum esset autem hæc fluida et diffusilis, in cava terræ loca, et ad capiendum continentiumque idonea, deferebatur: aut aqua, cum per se subsedisset, loca subjecta excavabat. Præcipue igitur mundi partes ad hunc modum genitæ sunt.' *Lamb.* Nativi hujus mundi exordiam explicatarum, Deos, omnemque providentiam longe removet, et totum opus materiæ permittit, vs. 16. Inde Chaos, radius et indigesta particularum congeries, quæ huc et illuc agitata tandem pares cum paribus convenerunt, inde mare, cælum, terra, sol, sidera, et quæcumque hic mundus continet, vs. 17. Plutarchus ex Epicuro de Placit. Phil. 1. 4. 'Ο τοίνυν αἰθέρος συνίστη περιεκλασμένη σχήματι ἐχηματισμένος τὸν τρόπον τοῦτον τῶν ἀτόμων συμμάτων, ἀπροσήτων, καὶ ταχέως ἐχόντων αἰθήσω, συνεχῆς τε καὶ τέχιστα κινουμένων, εἰς τὸ αὐτὸ πολλὰ σχήματα συνήρσισθη, καὶ διὰ τοῦτο ποιητῶν ἔχοντα καὶ σχημάτων καὶ μεγεθῶν. *Greek.*

417 *Conjectus*] Congressus, acervus, coitus, seu cælus primorum corporum, quidam legunt *conlectus*; alii *congestus*. ego nihil muto. quamquam *conlectus* non improbo. *Lamb.* *Conlectus*. Ita et hic scripsi. *Vulg. con-*

jectus. Vide Indicem. *Gifan.* In prima editione. In secunda autem, *conjectus* in textum recipit idem *Gifan*.

418 *Pontique profunda*] Sic dictum 'ponti profunda,' ut 'vera viai,' 'ultima natural,' &c. *Lamb.*

419 *Solis lunai*] Secutus sum codic. Tettian. et Faërn. in quibus ita sine ulla litura legitur: in codice Vatic. autem, *Solis, lunæ curvus*: ut facile appareat, copulationes *que, et*, quæ reperiuntur in libris vulg. posteritis esse ab aliquo adjectas. Sic enim in eis legitur, *Solisque et lunæ, &c.* *Lamb.* *Solis lunai curvus*. Sic vet. libri quidam. Plures veteres: *Solis lunæ*. Hinc Marullus, et vulgati, *Solisque et lunæ*. Forte legendum, *Solis et lunæ*. Vide Indicem, 'Versus.' ibique, 'Is terminata.' *Gifan.*

420 *Nam certe neque consilio*] Hic versus cum duobus deinceps sequentibus jam supra positi sunt lib. 1. *Lamb.* Hunc versum, ut et similem lib. 1. 1021. ita invenio correctos et explicatos a Magno Gronovio Patre, Obs. Nov. 4. 9. 'Nam certe neque consilio primordia rerum Ordine se suo quæque sagaci mente locarunt. Sic clare vetustissimæ membranæ. Ut et 1. 1019. ubi repetuntur hi versus: *Ordine suoque quæ sagaci*. levi errore librarii, quem et in sequenti refert: *Nec quoque quæ refert*: pro, *Nec quos quoque refert*. Turbaverunt librarios et viros doctos tot ablativi, *consilio sagaci mente ordine*: quos ita facile explicabis: neque consilio ex sagaci aliqua mente profecto se locarunt quæque suo ordine. *Lambinus, Se ordine quæque suo atque sagaci*: vel, *Se ordine so quæque atque sagaci*. *Gifan*ius, *Ordine se quæque atque sagaci*. Non aliunde quam diximus illud atque exortum: nam suo in unam syllabam contractum non magis mirum quam in duas 'seorsum,' 'deorsum,' 'tenuis,' 'levius.' in tres 'oriandi' et lib. 2. 660. 'et equorum duellica

proles.' Ubi frustra Lambinus: *equorū duellia.*' Gronov. Quæ quidem mihi explicatio jam arripit, licet meminerim aliter emendatum a me fuisse hunc versum libro primo, conjectura forsitan non pœnitenda; alterutram sibi lectionem eligat lector, quæ sibi scilicet maxime placeat. *Hav.*

430 *Tandem conveniant; ea quæ conjuncta, &c.*] Ita vet. libri nostri, diserte. In aliis, *quæ convenere*, non male. Vulg. male, *ea quæ conventa.* *Conjuncta*, etiam mox, vs. 445. *Gifan.* *Tandem ea conveniant, quæ ut convenere repente.* Alii, *Tandem conveniunt ea quæ conjuncta, &c.* Et melius. V. 2. 1169. In seq. versu pro *sæpe* Faber legit *nempe*. Ut et lib. 2. 1060. At profecto vox 'repente' modum tantum conjunctionis exprimit, ideoque illa, quam jactat Faber, emendatio nulla est. Vid. 2. 1060. *Creech.*

430 *Quæ ut convenere*] Cum in omnibus libris manuscr. scriptum reperissem, *quæ convenere*, non, ut est in quibusdam vulg. *ea quæ conventa*, sic repositi, *quæ ut convenere*, i. e. ea principia, quæ cum convenerunt et congressa sunt, &c. Licet tamen hunc locum emendare ex illo qui est huic simillimus, et plane geminus, 2. 1060. 'Tandem cooluerint ea quæ conjuncta (vel, ut alii legi volunt, *conlecta*;) repente,' &c. licet etiam legere, *ea quæ conjuncta repente*. ut inf. 'poterant conjuncta manere.' Harum emendationum Zoilus postremam arripuit, ut suam. *Lamb.* Gifanus hoc loco vulgatam lectionem damnat, *ea quæ conventa*; cum tamen apprime faciat ad confirmandam conjecturam, quam 2. 97. amplexus est, et exponit in Indice, ad vocem 'Consecta.' Forsan etiam hand male. Vide Festum in, 'Consecta conditio,' et 'Conventus.' *Preig.*

431 *Magnarum rerum fiant exordia sæpe*] Jam antea monui, qua ratione emendandus hic locus videretur: ita-

que nihil addam. Vide quæ ad 1. 1061. *Faber.*

433 *Solis rota*] Græcis *βίανος*. Confer. Turn. Adv. 8. 17. et 18. 27. Rotam candidam dixisse Sidonium docet: 'Inde patefecit radii rota candida cælum.' Vitruvii locos addit idem 22. 29. *Hav.*

434 *Altitrolans*] Sic legendum, et ita habent duo lib. manuscr. et aliquot impressi. ita denique legit Macrobius lib. 6. Saturn. vulgati enim mendose habent, *Alta volans*. Talia sunt illa, 'claricitat,' infra eod. lib. et 'altitonans,' ibidem. *Lamb.* *Alti-volans*. Ita recte vet. libri, et Macrobius. In aliis, *Alta volans*. *Gifan.*

438 *Inde loci*] I. e. ab illo loco, seu potius ab illo tempore. sic Ennius apud Festum, 'Inde loci lituus sonitus effudit acutos.' et iterum Lucret. inf. eod. lib. 789. 'inde loci mortalia sæcla creavit,' &c. *Lamb.* 'Locus' sæpe pro tempore ponitur. Itaque 'inde loci' significabit postea. Plaut. Ter. Lucil. *Faber.* I. e. Postea. Inf. vs. 740. 'Inde loci sequitur calor.' *Creech.*

439 *Discludere*] Virg. Ecl. 6. 36. 'Tum durare solum et discludere Nerea ponto Cœperit.' Nam Macrobius Saturn. 6. 4. hæc Lucretiana cum illis Virgilianis comparat. 'Discludere' autem, i. e. discernere, distinguere, disparare. *Lamb.* Discernere, Distinguere, &c. At 'disclensis' et 'discludere' 3. 172. et 6. 239. diruptis sonat, et perrumpere. Macrobius 6. 2. his comparat illa Virgilii in Sileno: 'Namque canebat uti magnum per inane coacta Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent, Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis Omnia, et ipse tener mundi concreverit orbis: Tum durare solum, et discludere Nerea ponto Cœperit,' &c. *Creech.*

441 *Discordia quorum*] Istud quorum jungi debet, non cum *discordia*, sed cum *intervalla, vias, &c.* *Faber.*

447 *Hoc est a terra*] Non poterant principia (inquit) inter se dare motus convenientes, hoc est, non poterant a terris cælum separare, &c. *Lambin.* Explicatio illarum vocum, 'dare motus convenientes,' i. e. inquit, separare cælum a terra, &c. *Faber.* Alia vero, quam posui, interpretatio non est inepta; et 'cælum' recte aërem interpretor. *Creech.*

448 *Secreto*] Sejuncto, segregato. *Faber.*

449 *Scorus item*] Macrobius, *Scorum.* Gifan.

450 *Quippe etenim*] Cum rudis et indigesta corpusculorum congeries in ordinem redigatur per motum, omnisque motus a gravitate oriatur, recte inquit Poëta quid atomi gravissime agant. Existimavit autem Epicurus coærcvatas confusasque atomos irrequieto et ingenito suo motu ita sese convolvissæ, revolvisse, susque deque exagitasse, ut postremo crassiores omnes versus medium confluerint, et tenuiores extrusione facta a crassioribus versus circumferentiam avolarint. Porro ex crassioribus quidem illis conflatum fuisse terræ corpus, quod semina aquæ in se contineret, ut quæ non potuissent perinde avolare cum cæteris. At o cæteris, quod varii in ipsis tenuitatis gradus forent, quasdam restitisse non longe a terra, constituisse aërem, reliquas altius emersisse, et constituisse ætherem, et extrusa simul corpuscula ignea coiisse in eas moles, quæ in illo adhuc collucet, et appellantur sidera. Corpora denique illa minora rotunda, lævia, fuisse ad eum motum in circumferentiam per elisionem, seu expressionem a crassioribus factum sic determinata, ut cum ex massa tamen non exirent vils parallelis, neque juxtim inciderent, idcirco in ipso progressu sibi varie obscuritarint, impetumque acceptum mutuo refrerint, quo usque impetu denique cessante, quæ promotiores,

sive a medio remotiores extiterant effectæ sunt sibi invicem implicite, seseque mutuo continentes, comprimentes, atque idcirco speciem quandam mæniorum mundi creantes; et quæ deinceps eo appulerunt, ita sunt ab illis reflexæ, ut ab aliis subinde occnsantibus tota illa ætherea atque cælestis regio fuerit exinde concinata. Licebit id forte intelligere ea comparatione, qua Lucretius rem explicat, dum id potuisse fieri ostendit, ut quando vapores et halitus ex aqua terraque prodeuntes, et sublimè elati ita sursum addensantur, concreascentque in nubila, ut illic fiat quasi Laquear, sub quo aër qui restat nobis aspectabilis contineatur. Hæc vs. 21. vide etiam Plutarchum l. 4. de Placit. Phil. *Creech.*

451 *Perplexa*] Implicata et conexa. *Creech.*

Coibant In medio, atque imas capiebant] I. e. coibant et subsidebant in medio, qui locus est infimus. Sic autem emendavit Adr. Turnebus. Nam vulgo legitur, *coibant, In medioque imas capiebant omnia sedes.* sic Epicurus: *Κἀπειρα ἐκ τῶν διοκαθίζόντων ἐγεννήθη ἡ γῆ,* &c. i. e. 'Deinde ex iis corpusculis quæ subsidebant, facta est terra.' *Lambin.* *In medio; imas,* &c. Sic nos. Marullus, *atque imas.* In libris fere, *que imas.* Male etiam interpunctum Vulgatis. Vide etiam vs. 487. 'In medio ut propulsa suo condensa coiret;' et Indicem, de 'Versuum' Hiatu. *Gifan.*

454 *Tam magis expressere*] Epicurus: *Ἐκ δὲ τῶν μεταωρισμένων, οὐρανός, πῦρ, ἀήρ.* i. e. 'Ex corpusculis autem quæ sublimè ferebantur, factum est cælum, ignis, aër.' Idem apertius: *περικεκόμμενα δὲ ἀλλήλοις κατὰ τὴν περιελασίαν, τὸν οὐρανὸν ἐγεννήσαν:* i. e. 'implicata autem inter se et perplexa, cælum fecerunt.' Sequitur deinceps: *τῆς δ' αὐτῆς ἐχόμενα φύσεως αἱ ἕτοιμοι, ποικίλαι οὐσαι, καθὺς εἰρηται, πρὸς τὸ μεταωρον ἐξωθούμεναι, τῆς*

τῶν ἀερίων φύσιν ἀερίων. i. e. 'Ea vero corpuscula quæ eandem naturam erant adepta, cum essent varia, quemadmodum dictum est, in sublime expressa atque extrusa, astorum naturam perficiebant.' 'Expressere' igitur, i. e. quod Græci dicunt, et Epicurus usurpabat, ἐξέλασθαι. 'per expressionem seu exprimendo emisere.' *Lambin.*

456 *Omnia enim magis hæc*] Nempe mare, sidera, sol, luna: vel ær, sidera, sol, luna. Nam sic quidam legunt sup. *Expressere ea quæ æra, sidera, solem, &c.* *Lamb.*

459 *Æther Signifer*] Sic habent omnibus lib. et manusc. et typis excusis. nonnulli tamen legunt *Ignifer*: et ita inf. paucis post versibus, 'inde æther ignifer ipse.' sed §. 480. perspicue et sine controversia 'signiferum' dicit æthera: 'Urget enim quoque signiferi super ætheris æstus.' Aristot. quidem lib. de Mundo, et lib. 1. de Cælo, negat æthera esse igneum, idemque ait dictum esse ἀπὸ τοῦ ἀλθεῖν, non ἀπὸ τοῦ ἀθεοῦ: i. e. 'ab eo quod semper currat et moveatur,' non 'ab ardendo.' *Lamb.*

463 *Gemmantis*] Sic sup. §. 319. 'Invitant herbæ gemmantis rore recenti.' *Lamb.*

464 *Exhalantque*] Et exhalant nebulam, ἐπερρηκίως. de quo sup. *Lamb.*

466 *Conciliantur*] Congregantur. *Lamb.*

467 *Sublevent nubila cælum*] Eleganter; cujus contrarium vidimus, ad vs. 268. hujus libri, apud Statium tribui Auroræ et ortui solis, 'cælum' nempe 'retexere.' *Preig.*

468 *Sic igitur tum æ*] Sic legendum, tum autem, i. e. cum mundus nasci cepit. *Lamb.*

Diffusilis] Qui facile diffunditur, πανοικίως διασπόμενος. Nam quamquam hoc Epicurus de aqua dixit, idem tamen in æra quadrat, quippe qui humidior sit, quam aqua, ut vult Aristoteles. quadrat et in naturam

ætheris, propter incredibilem levitatem, ac mobilitatem, et liquidissimam naturam. Itaque inf. non longe liquidissimus appellatur, et levissimus. *Lamb.*

471 *Avide*] Vasto et ingenti, ut sup. 202. 'Inde avidam partem montes, silvæque ferarum,' &c. *Lamb.*

472 *Hunc*] Nempe æthera, exordia solis et lunæ sunt subsecuta, i. e. post æthera creati cæpti sunt sol et luna. 'exordia' autem pro primordiis videtur usurpasse. *Lamb.* Ita terram totius mundi fundamentum, ita ætherem, mundi mœnia (cæteros planetas negligit) constituit, solem autem lanamque mediis inter ætherem et ærem naturæ, quorum nempe principia erant aërii leviora, graviora ætheris, in ipsis ætheris aërisque confinis collocat, ubi perpetuo, ut pulmones et corda in animalibus, moveantur, vs. 9. *Creech.*

473 *Inter utroque, &c.*] Hic versus delendus, ut spurius, minimeque Lucretianus. *Lambin.* Hunc putat esse nothum *Lambin.* In quibusdam, *utroque; auræ.* Videtur vel circumseribendus hic versus, vel potius nota parentheses includendus. *Gifan.* Ubi luculentissimis versibus exposuit Lucretius, quæ ratione effectum sit, ut a terra paulatim sese extulerit æther, tum hoc adscribit: 'Hunc exordia sunt solis lunæque secuta; dein versum quemdam addit, qui rotæ, qui saxum et crux gentis Grammaticæ vocari possit, nisi commode emendatur. En tibi: *Inter utroque globi quorum vertuntur in auris.* Ad eum locum sic scribit interpres: 'Hic versus delendus ut spurius, minimeque Lucretianus.' et recte quidem *Lambin.*, qui correctionis viam non videbat, ita existimavit. At *Gifan.* se se hinc ingeniose expedivit, o jecur Crætæ! 'Includendus,' inquit, 'hic versus est nota parentheses.' Nihil, ita me Deus juverit, commodius quam isthæc parentheses machina; ad illam

ne comparanda quidem est helepolis Demetrii; nil certe ejusmodi reperisset Archimedes. Atque utinam explicasset quod Lambinus videre non potuerat; novum fecisset: Gifanius enim, (semel dictum esto) quem tanto plausu, tamque faustis acclamationibus exceperet Lambini obrectatores, et qui cum illo similitates exercebant, quem vulgus esse credit hanc, is non erat, uti pro certo constabit, si quando Lucretium *κατὰ τὴν ὁδὴν* exponemus. Sed, ne te diutius teneam, pro corruptis illis, *Hanc exordia sunt solis lunæque secula: Inter utrosque globi quorum vertuntur in caelis*, sic legendum est, sic distinguendum: *Hanc exordia sunt solis lunæque secula, Astrorumque, globi quorum vertuntur in caelis*. Nempe cum solis lunæque ortu, astrorum quoque ceterorum ortum conjunxerit, necesse est; hincque adeo factum, ut cum de motibus astrorum infra ager, de ortu tamen illorum nihil quidquam scripturus sit. Sed ea est, spero, hujus nostræ emendationis perspicuitas et necessitas, ut plura his addenda non sint. *Faber*. Hanc versum delet Lambinus, parenthesi includit Gifanius: *Faber* legit *Astrorumque, globi*: quam emendationem excute, et nulla videbitur. Astrorum enim ortum vs. 460. docuit: 'Se sustulit æther Signifer, et multos secum levis abstulit ignes.' Deinde, vs. 477. in quo *Corpora bina non viva* legendum, totam istam de astris fabulam evertit: Dele igitur versum, qui e vs. 477. natus videatur. *Creech*.

474 *Quæ*] Solis et lunæ exordia, i. e. primordia, ex quibus sol et luna creati sunt. *Lamb*.

475 *Quod neque tam fuerint*] Aliquot libri manuscr. habent *fuerunt*. quæ scriptura non est rejicienda. *Lamb*.

476 *Per summas labier oras*] Sic habent libri manuscripti. quidam tamen legi volunt *auras*. ego nihil mutandum censeo, et *summas oras* inter-

pretor extremitates mundi, quas æther occupavit. *Lamb*.

477 *Et tamen inter utrosque*] Inter æthera et terram; mendose enim legitur vulgo, *inter utrasque*. *Lamb*.

Ut Corpora viva] Legendum olim putabam, *corpora bina*, vel reclamantibus libris omnibus, non *corpora viva*. nam si hanc vulgatam scripturam probarem, sequeretur, solem et lunam esse animatos: quos paulo ante negavit vitali motu sensuque esse præditos. Itaque secum ipse pugnaret. Ac ne quis miretur, hoc mendum in omnibus libris etiam veteres irrepsisse, redeat in memoriam eorum quæ alias dixi: solitos esse librarios illos scribere interdum *a pro b*, et contra *b pro a*. ut supra in versu illo, 'Vitali causa valido consueti bidenti Ingemere,' libri manuscripti habent, *consueti videnti*: et sexcenta similia reperiuntur. Ita cum a librario scriptore scriptum esset *vina pro bina*, existimabam semidoctam aliquem ex voce *vina*, fecisse *viva*: atque ex uno errato duo fecisse, ut solet facile propagari et multiplicari mala. Nunc tamen non sum ausus hac tertia editione scripturam receptam mutare, satis esse putans, quid aliquando senserim, et quid suspicatus sim, lectori indicasse. Præterea video hujus scripturæ probabilem esse rationem. Potest enim aliquis dicere, sic esse dicta 'corpora viva' solis et lunæ corpora, quomodo dicuntur 'vivi lacus,' et 'saxum vivum,' a Virgilio: 'sæpes viva,' et 'aqua viva' ab aliis: vel quod snapte natura, et sine arte, aut opera divina moveantur, vel quod assidue. Postremo licet dicere, 'viva corpora' dici solem et lunam, vel tanquam igneis, quemadmodum supra libro 1. 1033. 'et vivat labentes ætheris ignes.' et 4. 1131. 'Quod cupido adfixum cordi vivescit, ut ignis.' et *Plant. Aulul. 1. 2. 15.* 'Nam si vivet ignis, tu extinguere extempulo.' vel tan-

quam lumina, ut apud Hor. Od. 3. 21. 'vivæque producent lucernæ, Dum rediens,' &c. *Lamb.* Ita omnes libri. *Lambinus, bina. Gifan.*

479 *Quod genus*] Cujus generis, qualia. *Lamb.*

480 *Membra manere, tamen cum sint ea, quæ moveantur*] Vulgati: manere tamen, c. s. e. q. moveant nos. Male inf. vs. 518. 'Ut possit cælum omne manere in statione, tamen cum,' &c. *Gifan.* Cum sint ea, quæ moveantur. Sic habent quattuor libri Manuscripti, in quibus est Memmianus. nam vulg. habent quæ moveant nos, plane mendose. Hanc emendationem arripuit Thraso suo more. *Lamb.*

481 *Hic igitur rebus, &c.*] Sed opus nondum perfectum est; nullibi enim, aqua, aër, ignis: fœculenta igitur ista congeries, quæ in imum confluit, solis radiis ætherisque æstu ex omni parte pressa se contraxit, inde mare tanquam sudor emanavit; leviores autem particule altius evectæ elementum ignis et aëris constituerunt: cum vero hujus congeriei particule quædam duræ magis essent rigidæque, omnes non pariter subsidebant, inde cava loca mari recipiendo idonea, inde etiam fluviorum alvei, inde denique plani campi, et montium altitudo vss. 18. *Creech.*

482 *Pontiplaga cærula*] Mare. Virgil. maria 'cærula' appellavit simpliciter. *Æn.* 3. 208. 'Annixi torquent spumas, et cærula verrunt,' qui verus iteratur lib. 4. sic et Tull. lib. 5. de Fin. 'Nam nemo est unquam hæc transvectus cærula cursu,' &c. Lucretius autem l. 1089. 'cæli cærula' dixit: 'Et cæli flammam per cæli cærula pasci.' et inf. 5. 770. 'magni per cærula mundi.' et 6. 95. 'Principio tonitru quatiuntur cærula cæli.' et eod. lib. vs. 481. 'cærula' simpliciter pro cælis, sen cælo, 'Et quasi densendo subtexit cærula nimbis.' *Lamb.*

483 *Et salso suffudit*] Codd. Memm.

habet, et salso suffudit. ex qua scriptura conjiciebamus ego et Muretus legendum *suffudit*. Nam libri vulgati habent *suffodit*, fortasse mendose; nisi quis dicat, *suffodit fossas* esse atticisimum, neque aliud hic dici a Lucretio, quam quod dictum est ab Epicuro, ut refert Plutarchus, *ἐκὼλασε τοὺς βροχευμένους τόρους*, i. e. 'excavit subjecta loca.' Verumtamen *suffudit* malim. *suffudit* autem interpretor subtus perfudit et complevit. *Lamb.*

485 *Cogebant*] Compellebant. *Lamb.*

486 *Extrema ad limina apertam*] Hujus loci restituito Adr. Turnebo debetur: qui cum videret una mecum ita legi in omnibus libris tum excusis, tum manusc. *Verberibus crebris extrema ad limina partem: εὐτοχόταρα* sic, ut excudendum curavi, emendandum conjecit, *Verberibus crebris extrema ad limina apertam*. Quam scripturam sic explico: Et radii solis cogebant terram 'apertam,' i. e. nudam, nondum arboribus consitam, nondum frugibus herbisque vestitam, cogebant (inquam) verberibus crebris ad extremas oras, ut propulsa in medio suo coiret. Licet etiam 'apertam' conjungere cum 'verberibus crebris' et ita interpretari, expositam verberibus crebris. Sed illo modo malo. *Lamb. Apertam.* Sic Turneb. et *Lambin.* egregie. Libri: *partem. Apertam*, congruit verbis: 'cogebant,' 'condensa coiret.' *Gif.*

488 *Expressus de corpore sudor*] Ex sententia Empedocli. Vide Emendationes ad librum 2. *Faber.*

489 *Camposque natanteis*] I. e. et æquora maris, seu mare ipsum. sic 6. 404. 'quid undas Arguit, et liquidam molem, camposque natanteis?' sic Virg. Georg. 3. 196. 'tum segetes altæ, campique natantes Lenibus horrescunt flabris.' *Lamb.*

492 *Densebant*] I. e. densabant, ut sæpe alias. *Lamb.*

493 *Sidebant*] Subsideobant. *Lamb.*

494 *Subsidere*] I. e. ita sidere, ut planitiem efficerent. *Lamb.*

499 *Inde mare, inde aër, &c.*] Motus astrorum ut rectius explicet vs. 11. præmittit, quibus docet ætherem levisimum et liquidissimum super inconstantem et turbulentum aërem evertum procellarum omnium esse expertem, et constanti æquabilique motu fluere; neque enim iste motus ætheris incredibilis, cum perennis neque unquam recurrens sit Ponti Euxini in Propontidem fluxus. *Creech.*

Inde aether ignifer] Sic habent omnes libri et manuscr. et typis excusi. adjuvat autem hanc scripturam Epicuri et Lucretii sententia, qui volunt æthera esse igneum, et ex ignibus liquidissimis constare: quod item putabat Zeno, et Anaxagoras: quamquam negat et refellit Aristoteles. Volebant iidem illi (Anaxagoram, Zenonem, et Epicurum dico) stellas igneis esse: quod item negat Aristoteles, ut supra diximus. Ex Stoicorum sententia sunt illa Marci Tullii lib. 2. de N. D. 'Hunc aëra rursus amplectitur immensus æther: qui constat ex altissimis ignibus,' &c. sequitur deinceps, 'Ex æthere igitur innumerabiles flammæ siderum existunt, quorum est princeps sol omnia clarissima luce collustrans,' &c. sic Virg. *Æn.* 2. 153. 'Sustulit exutas vincias ad sidera palmas: Vos, æterni ignes, et non violabile vestrum Testor numen, ait.' *Lamb.* *Æthera* 'igniferum' vocat, quod solem, lunam, stellas tremulo jubare ostendet. Solis ipsius igniferum hinc orbem agnovit Lucan. 3. 41. 'Titan jam pronus in undas Ibat, et igniferi tantum demerserat orbis, Quantum,' &c. *Hav.*

500 *Omnia pura*] Terra enim limus et fœx totius mundi positus subsedit. *Creech.*

505 *Turbare*] Παθητικός. *Faber.*

506 *Suos igneis*] Sua astra: ex quibus, cum sint ignes, dicitur 'ignifer': et rursus, quia sunt signa quædam,

'signifer.' *Lamb.*

Impete] Impetu. sup. 2. 396. 'Transmittunt valido quatientes impete campos.' et 4. 418. 'Despectum præbet sub terras impete tanto.' et item alibi sæpe. *Lamb.*

507 *Modice*] I. e. moderate. *Lamb.*

Atque uno posse Æthera nisu] Atque uno et eodem impetu, seu tenore, &c. *Lamb.*

508 *Significat Ponti mare*] Vet. libri, *Ponto*. Sed lego, *Ponti*. Nam ut Ovidius *Met.* 7. 267. 'Oceanum mare' dicit 'refluum'; ita 'Pontum mare non' esse 'refluum,' sed unum servare æstus tenorem Strabo, Plinius, et alii scribunt: quod et vult Lucretius. Miror, quid Lambinus velit, qui reponit *tantum*. Gifan. in prima editione. In prima editione cum me offenderet vulgata et recepta scriptura, a qua non discrepat antiquissima, *ponto mare*, scripseram *tantum mare*. ad quem locum hæc quæ sequuntur, sine ulla varietate, adscripseram: 'Ordo est, tantum et tam latum mare, quod certo æstu fluit et refluit, et quod unum et eundem fluendi tenorem retinet, significat et arguit, æthera uno et eodem modo circumagi. Omnibus autem libris reclamantibus excudendum curavi, *Significat tantum mare*, &c. cum habeant *ponto mare*. Quæ scriptura quid sibi velit, nescio, nisi dicamus, intelligendum Pontum, aut Hælespontum. quod si placeat, legendum esset *Ponti mare*.' Hæc igitur olim scripseram: quæ cum apud me legisset Zoilus, quod postremo loco posui, quodque erat optimum, arripuit, sibi que vendicavit. illud alterum *tantum mare*, quod idcirco scripseram, quia *Ponto mare* corruptum judicaram, vellicavit, et adscripsit, se mirari, quid sibi Lambinus velit, qui *tantum* reponerit. Quid est aliud esse *βδανωω* et sycophantam? Nunc igitur, quod meum est, meo jure repeto, atque assero liberali causa manu. *Lamb.*

Significat Ponto mare. Sic bene omnes vet. libri. Subaudi, in *Ponto*. Lambinus, *tantum*. Gifan. in sec. editione. *Significat Ponti mare.* Perennem ætheris cursum probari ex motu perenni Ponti Euxini in Bosphorum Thracium, inde in Propontidem, Hellespontum, &c. sine refluxu; sed vide tamen Gyllium. Poterunt et ea legi quæ olim ad primariæ nobilitatis Virum Philippum Jancurtium Vilarnolizæam scripsi. Epistola edita est. *Faber*. Ita recte Lambinus, qui aliquando scripsit *Tantum mare*. Non autem fluxus refluxusque oceani, quod ridicule Fayus existimavit, (unde enim isto oceani motus similis sit uni ætheris nisi?) sed maris Euxini cursus intelligendus est: *Ponto* Gifan. i. e. in *Ponto*, absurde: sed *Ponto* in libris invenit: ita vero, quasi *Ponto* vel *Pontou* pro *Ponti* Codices nunquam exhibent. *Creech*.

510 *Motibus astrorum*] Nunc de motibus astrorum disserere meditatur atque incipit. qua de re sic Laërtius: *Τὰς τε κινήσεις ἀστῶν οὐκ ἀδύνατον γίνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ ἔλου οὐρανοῦ δίσκῳ ἢ τοῦ οὐρανοῦ ἡραμοῦντος, τοῦτον δίσκῳ γίνεσθαι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου ἀνάγκη ἀπογεννηθεῖσαν ἐπ' ἀνατολῆς. εἴτα τῇ θερμασίᾳ τοῦ πυρὸς διὰ ἐπὶ τοῦ ἐξῆς τόπου λόγος.* i. e. 'Astrorum autem motus nihil obstat quo minus fiant ex cæli totius vertigine: aut, eo stante et quiescente, horum vertigo fiat ex ea, quæ ab initio in origine mundi ei attributa et imposita est ad ortum solis, necessitate: deinde ex eo, quod calor ignis semper ad loca conjuncta confluerit.' *Lamb.* Physicorum munere se probe fungi existimant Epicurei, si possibiles quasdam motuum cælestium causas assignent. Id jam agit Lucretius vs. 25. Nam si totum cælum moveatur, tum potest esse aër duplex, alter qui superne premat, cælumque in occasum urgeat, alter qui inferne quasi subtervehat. Si quiescat orbis, tum

rapidæ quædam ætheris particule, exitum in inane spatium querentes, nec valida mundi moenia perfringere valentes, circumversantur, et secum astra rapiunt. Vel aër aliqua externas irruit et versat, vel tandem ipsa prorrepunt astra, prout corporibus igni suo alendo idoneis per cælum ducuntur. *Creech*.

511 *Si vertitur*] Ut certe vertitur. Sed Epicurus de cælo, et de iis quæ ad cæli motum et naturam pertinent, et de iis quæ *μετέωρα* Græci appellant, disputat Academicorum more, nihilque certo affirmat, neque unam harum rerum causam affert, sed plureis. *Lambin.*

512 *Ex utraque polum parti*] I. e. ex utraque parte. utrumque enim dicebant veteres, 'parto' et 'parti,' 'voce' et 'voci,' 'contage' et 'contagi,' et similia, in sexto et septimo casu. *Lamb. Parti. Vulg. parte.* Gifan. Si tamen ob metrum tantum *parti* præfertur τῇ *partē*, immerite quidem id fit; sequuntur enim duæ consonantes in voce 'premere,' præterquam quod posterior in *partē* pedem inchoat. Alia res est, ex. gr. 3. 610. v. 928. *Preis.*

513 *Extraque tenere*] Cam in libris quattuor manuscr. reperissem scriptum *ex utraque*, in Memmiano autem plans *extraque*, et in vulgatis Florentinis, non sum veritus hanc scripturam sequi. Adde quod sententia postulare videtur, ut vel ita legamus, ut ego excudendum curavi, parva immutatione facta ab antiqua scriptura; vel hoc modo, *Dicendum est, et utrinque, &c.* Hæc enim totius hujus loci sententia videtur esse: Si cælum vertitur (quod quidem credibilis est) dicendum est nobis, aëra ex utraque parte, id est a dextra et læva, premere atque urgere polum, et ab utraque parte extrinsecus eum tenere, et includere: alium præterea esse aëra, qui supra cælum, et supra verticem nostrum extrinsecus labatur, eodem

que intendat, quo una cum cælo sidera ferantur: alium postremo esse sub terra, et sub pedibus nostris, qui cælum extrinsecus subvehat et sustolat, quemadmodum videmus a fluviis rotas et haustra sublevari et circumversari. Omnino propius accedamus ad scripturam antiquam, si et *utrinque tenere* legamus. licet etiam *legere, et utraque tenere, et claudere utrinque*. Sunt autem 'haustra', rotarum cadi, ab hauriendo nominati, ut docet Nonius. *Lamb. Dicendum est; et utraque*. Ita omnes vet. rectissime. Marullus et Lambinus, ex *utraque*. Gifan.

515 *Quo volenda micant æterni sidera mundi*] Contra Epicuri doctrinam est isthæc cæli æternitas (nam 'mundus,' ut sæpe alibi, hoc loco cælum est.) Tum, si quatuor aut quinque illos versus leges, qui sup. qui inf. occurrunt, cum de motu astrorum, deque motus ratione agatur, illos, inquam, si pensiculate et attente leges, non, ut opinor, invitus mecum legeris, *Quo volenda micant æterni sidera mundi*. Vocat autem 'mundum,' seu cælum, *alternum*, quod alternis dierum noctiumque vicibus modo sol modo stellæ prodeant, et cælum vertatur. *Faber*. Cælum Epicurus non dixerit æternum: Faber autem legit *alterni*, mundum vero seu cælum *alternum* dixit, quod alternis dierum noctiumque vicibus modo sol modo stellæ prodeant, et cælum vertatur. *Creech*.

517 *Ut fluviis versare rotas, atque haustra*] Profert hunc versum Nonius in voce haustrum. *Lamb.*

518 *Est etiam quoque*] Fieri etiam potest (inquit) ut cælum stet, sidera autem moveantur, sive quod ætheris ignes inclusi, dum exitum quærunt, circumversantur, et passim se per cælum circumagunt et circumvolvunt; sive quod ær extrinsecus fluens, igneis ætheris impellit ac versat: sive quod iidem ignes eo ferun-

tur, quo quemque cibus invitat. qua de re plura dicemus infra eodem lib. ad illum locum, 639. 'Brumaleis usque ad flexus,' &c. Fuerunt autem et alii philosophi, qui cælum stare et quiescere, terram moveri et versari dixerunt: quod videtur etiam Plato probare in Timæo: sed obscurius, ut ait M. Tull. Hoc autem 'Est etiam quoque,' dictum est *ἐκ παραλλήλου*. *Lamb.*

522 *Volunt se*] Istud *se* delendum. *Creech*.

Immania templa] Sic habent aliquot libri manuscr. *immania* autem, i. e. ingentia, et immensa. alii *inania*. quæ scriptura illa quidem non est rejicienda: sed *immania* magis probo. Arnobius lib. 6. 'Templa enim hæc quid sunt? Si humanam infirmitatem roges, nescio quid immane atque amplum, si Deorum potentiam metiaris,' &c. Virg. 6. 18. 'Redditus his primum terris tibi, Phœbe, sacra vit Remigium alarum, posuitque immania templa.' Templum Varro lib. 6. de L. L. docet tribus modis dici; a natura, ut 'templa cæli;' in Hecuba, 'O magna templa cæli, commixta stellis splendidis.' ab auspicio, in terra, ut in Peribœa, 'Scrupea saxa Bacchi templa prope aggreditur:' a similitudine, sub terra; ut in Andromacha, 'Acherusia templa alta Orci salvete infera.' Idem ibidem paullo ante profert hunc versum nescio cuius, nisi forte sit Ennii, 'Unus erit, quem tu tolles in cœrula cæli Templa.' *Lamb.* Male Gifan. *inania*. *Faber*. *Inania templa*. Ita vulg. et vet. quidam, quod rectissimum puto; nam ad 'inane' hic respicit, in quo omnia volvuntur, et moventur. In quibusdam tamen *immania*, quod non est malum. *Gifan*.

525 *Quo cuiusque cibus vocat*] Negat Aristotel. stellæ et sidera humoribus pasci. sed hac de re dicemus ad illum quem dixi locum, 'Brumaleis

usque,' &c. *Lamb.* *Cibus.* Astra enim vaporibus pasci putabant. Virg. et alii. *Faber.*

526 *Pascentes corpora flamma*] Ut 3. 12. 'Depascimur anrea dicta.' Alii autem, *Pascentes corpora sua flamma.* Creech.

527 *Nam quid in hoc*] Ita loqui solebat Epicurus, cum ageret de rebus incertis et obscuris, et a natura involutis: *οὐδὲν γὰρ τῶν φαινομένων τοῖσιν ἀντιμαρτυρεῖ*, i. e. 'nihil eorum quæ sunt in promptu posita, contra hæc testimonium dicit,' et ταῦτα οὐ μάχεται τοῖς φαινομένοις, i. e. 'hæc non pugnant cum iis quæ sunt in promptu posita,' et οἱ τὸ ἐν λαμβάνοντες τοῖς τε φαινομένοις μάχονται, καὶ τοῦ, εἰ δυνατὸν ἀνθρώπων, θεωρήσαι διαπεπτόκασιν, i. e. 'qui unum principium rerum omnium sumunt, et iis quæ sunt in promptu repugnant, et facultate cognoscendi, sitne in hominis potestate positum, exciderunt.' *Lambin.*

529 *In variis Mundis*] Supra enim docuit, innumerabileis esse mundos. *Lambin.*

530 *Plureloque sequor disponere causas*] Sic Epicurus apud Diogenem Laërt. *Διὸ δὴ καὶ πλείους αἰτίας ἐβρίσκειν τροπῶν, καὶ δόσεων, καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἐκλείψεων, καὶ τῶν τοιούτων τῶν, &c.* i. e. 'Quocirca et plureis causas reperimus conversionum, et casuum, et ortuum, et defectuum, et huiusmodi rerum,' &c. *Lambin.*

531 *Omne*] Τὸ πᾶν. sic Plato Tim. τὸ γὰρ δὴ πᾶν τόδε τὸ μὲν αὐτὸς ὁ θεὸς παρενόμενον ἐμποδίζει, καὶ συγκυκλεῖ, &c. i. e. 'Hoc igitur omne Deus ipse dirigit et versat,' &c. Sed Platoni 'omne' et 'mundus' idem valent, non item Epicuro, ut et alibi diximus. *Lambin.*

533 *Quæ vegetat motum signis*] Olim cum reperissem in omnibus fere libris ita scriptum, *Quæ vigeat motum signis*; sic reposueram, *Quæ vigeat motu in signis.* sententia autem quæ ex hac

scriptura elicitur, hæc est: Lucretium plureis afferre causas motionis astrorum, ex quibus hæc etiam una sit quæ valeat ad movenda signa: sed quæ sit earum, &c. Nunc conjecturam probo hominis ejus qui me injuste et contumeliose læsit, nulla a me injuria lacessitus, si modo ejus est, et non aliena, *Quæ vigeat motum signis.* 'Vegere' autem (ut docet Nonius) interdum est vegetare, vegetum reddere, agitare, excitare. Pomponius, 'Animos Venus veget voluptatibus.' *Lambin.* Vet. libri, et vulg. *vigeat motum signis.* Ego, *vegeat.* Vide Indicem. Posset etiam legi, *Qua vigeat motus*, ex quibusdam vet. et Marullo. *Gifan.*

Vegeat] Agitet. activum est ut alibi, et apud Lucil. *Faber.*

534 *Haud quaquam est pedetentim progredientis*] Sic inf. eod. lib. 1451. 'simul experientia mentis Paullatim docuit, pedetentim progredientis.' *Lamb.*

535 *Terraque ut in medio*] Nunc qui fiat, ut terra in medio quiescat, docet. Epicurus, *τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐπαχέσθαι, ὡς συγγεῆ,* i. e. 'terram in aëra vehi, ut cognatam,' dicebat. Aristoteles ideo terram in medio loco consistere docet, quia gravis omnia medium locum petunt, terra autem elementorum omnium gravissima est. Plato in Phædone, *ισορροπίας* ipsius terræ, i. e. 'ponderis et momenti æquabilitatem,' vult esse hujus rei causam. sic Ovid. princip. lib. 1. Met. 'Nec circumfuso pendebat in aëre tellus Ponderibus librata suis.' *Lamb.* Merito autem aliquis inquirat, cum telluris grave pondus toties memorat Lucretius, cur in medio aëre quiescat, cur non perrumpat et in infinitum inane præceps descendat. Respondet poëta vs. 16. quod quamvis telluri aër solus circumfusus esse contingat, quia tamen tam aër quam terra cognatione vincta tenen-

tur, ejusdemque totius partes ab ipsa sui origine sunt, ideo aëri terra non est oneri, sed quasi omni gravitate compressioneque deposita illi insidet. Secus autem foret si terra hæc ex alio mundo adveheretur; sic enim suo pondere aërem istum premeret, quemadmodum minimum pondus nostris corporibus sentitur si extrinsecus apponatur, cum tamen nec capnt, nec cætera membra sibi mutuo sint gravia, quod sibi mutuo congenita sint, communique jure vinciantur. Epicurus ad Herodotum dixit *ἔρη γῆν τῆ ἀέρι ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ*. Hanc vero telluris cum aëre connexionem probat vs. 6. quia fulmine, quod violentos in aëre motus excitat, concussa tremitt. Deinde ne quis miretur aërem, qui sit res adeo tenuis, sustinere molem tantopere crassam, subjungit vs. 8. tenuissimam rem, animam viz. nostram, sustinere corpus ponderosum, imo saltu in altum tollere valere. *Creech.*

539 *Quibus insita sedit*] Secutus olim codices vulg. et manuscr. edideram, *Quibus insita vivit*: atque hæc, quæ sequuntur, his iisdem verbis annotaram: Non dicit terram vivere, ut quæ sit omnium elementorum maxime bruta et stolidi: sed *vivit* hoc loco accipiendum est pro eo quod est, statum suum conservat. sic l. 1033. 'et vivant labentes ætheris ignes.' quamquam longe majore ratione dicuntur ignes, quam terra, 'vivere,' ut alias notavimus. Hæc olim annotaram. Nunc ex antiquæ scripturæ, quæ reperitur in codice Bertin. vestigiis, venit mihi in mentem rectissime legi posse *insita sedit*. quamquam *vivit*, quod reperitur in omnibus fere libris, ferri potest, si interpretemur, firmiter hæret, stabilis manet. Lege quæ notavimus ad illud sup. eod. lib. 'ut corpora viva versent, et partes ut mundi totius existant.' *Lamb.* Optime *Lamb.* sed

non ita *Gifan.* qui, *vivit.* *Faber.*

541 *Ut sua quoique homini*] Probat a simili, terram non esse aëri oneri, neque in hanc vel illam partem propendere, quia pars est mundi et una cum ceteris mundi partibus nata est: hoc modo: Quemadmodum sua cuique homini membra non sunt oneri, neque pedes in toto corporis pondere sustinendo laborant; sic terra non est oneri mundo, aut alicui ejus parti. *Lamb.*

546 *Usque adeo magni refert, quoi quæ adiaceat res*] Sic restitui conjectura ductus, cum ita scriptum reperissem in duobus libris manuscr. *quid quæ adaqueat res.* quæ restitutio facilis et proclivis est. 'adaquat' enim scriptum fuit pro adiaceat, 'quid' pro quoi, seu cui. Hanc quoque emendationem paulullum a se immutatam, et vero depravatam, arripuit Zollus nihil a suo ingenio alienum faciens: cum enim in libris vulg. legatur *quid quæ queat res*, in manuscr. *quid quæ adaqueat res*; egoque ex hac scriptura fecerim, *quoi quæ adiaceat res?* ille scripsit, *quid quæ adiaceat res*, ut aliquid, immo ut hoc totum invenisse videretur. sic solent fures et *κακοῦργοι*. *Lamb.* *Quid quæ adjuceat res.* Ita ex vet. libris scripsi. *Vulg. quid quæque queat res; ἀποσδιωχῶς. Gifan.*

547 *Sic igitur tellus, &c.*] Vult terram aëri non esse oneri, propterea quia una cum aëre nata est, et quia ei jungitur, ut neque a se alieno, neque ipsa ab illo aliena, sed suis partibus, quibus eum contingit, ad ejus partes accommodatis. *Lamb.*

548 *Objecta*] Quidam legunt *adjecta*: quod tametsi non improbem, nihil tamen mutò. *Lamb.*

551 *Præterea grandi tonitru*] Alio argumento probat terram esse partibus mundi et ipsi mundo cognatam, nempe quia terra, grandi tonitru commota, ea quoque, quæ sunt in aëre,

corticem detrahere, et ita deterere et minnere, χαλέπτω, λέπω. Nonius: 'Delibratum,' i. e. decorticatum. Quod ad principium autem versus attinet, *Ilia ipsa intervalla, &c.* hanc item emendationem initio probavit Zoilus totam: deinde, sententia mutata, sic legendum existimavit, *Nil visus intervalla de corpore libant*, plane inepte, et inscite, atque adeo inscienter. *Lamb. Libant.* Quidam vulg. *librant.* Lambinus: *libant*; male. *Gif. 570 Contractior]* Minor. *Lamb.*

572 *Et loca tingunt]* Refer hoc ad lumen, quo loca tinguntur, quamvis dixerit numero multitudinis 'et loca tingunt.' calor enim pervenit ad nostros sensus, i. e. ad tactum: lumen suo fulgore loca tingit. sic 6. 172. 'Hoc etiam pacto volucri loca lumine tingunt.' inf. 720. 'Dimidia ex parti candenti luminæ tinctus.' Hanc emendationem initio Zoilus probavit, post rejectit, et vulgatam, quæ ferri nullo modo potest, et *loca fulgent*, restituit. *Lamb. Et loca fulgent.* Ita vet. libri omnes, et vulg. Male ergo Lambinus, *tingunt.* Vide Indicem. *Gifan. Et loca tingunt.* Alii, et *loca fulgent.* Et versu sequenti *flumque* Lambinus: vid. vs. 581. dum vulg. *sublime*: et Gifanius *illimque*, i. e. *illineque*. Frustra. *Sublime* autem ferri potest, cum vs. 584. legimus 'Tanta hinc videatur in alto.' *Creech.*

573 *Debet, flumque videri]* Cum magna esset hoc loco scripturæ varietas, aliique codices haberent, *debet, illinque videre*; alii, *lumenque videri*; alii, *lunaque videri*; alii, *illumque*; alii, *ilumque videri*; ego olim *sublime* reposueram. Hanc enim sententiam Lucretii esse existimabam, atque ita hanc lectionem tuebar: quoniam calor solis ad sensum nostrum pervenit, lumenque suo candore loca complet atque illustrat; sequitur, ex his formam etiam solis non imminutam in cælo ex terra a nobis videri. *sublime* autem, i. e. in alto, seu in sublimi:

neque est quod quisquam de ultima syllaba dubitet. corripitur enim cum apud hunc, tum apud Virgilium. *Lucret. 2. 206.* 'Nocturnasque facies cæli sublime volanteis.' *Virg. Georg. 3. 108.* 'Jamque humiles, jamque elati sublime videntur Aëra per vacuum ferri.' Post in sec. editione, Turnebi conjecturam secutus sum, si non in contextu ipso verborum, at in variis lectionibus seorsum positis. Nunc igitur hanc lectionem plane rectam esse arbitror, omnibus aliis rejectis. *flum* autem, i. e. lineamentum, et quasi ductus extremus totius corporis solis. utitur eodem nomine tum alibi, ut ostendimus, tum inf. eod. lib. non longe, 581. 'Quam minimum flum.' et *Arnob. lib. 3.* 'fluo etiam Deos atterminatis humano.' Quod autem Zoilus vult legi, sententia mutata, *illinque videri*, ferri non potest. Non enim dubitatur, aut quaritur, quantum Sol illinc videatur, sed quantum hinc, id est ex loco ubi sumus. Sed piget me hanc ineptissimam lectionem refellere, sua sponte confossam, et jacentem. *Lamb.* Sic *Lamb.* e vestigiis *Ms. itum*. optime. namque ita alibi *Lucret. al. sublime.* *Faber. Illimque videri.* Sic restitui ex vet. libris; in quibus erat, *illumque, illinque.* Vulg. *lumenque.* *Lambinus, sublime.* Omnia male. *Gif. 574 Addere vere]* Duo libri manuscr. habent, *addere ceris.* *Lamb.* In quibusdam vet. *ceris.* *Gif.*

575 *Lunaque sive notho fertur loca]* *Notho lumine*, i. e. luco non sua, sed aliena: quæ est opinio probabilior, et ab omnibus fere recepta. Et Festus in voce 'mulus,' duas causas afferens, quamobrem mulus vehiculo lunæ adhibeatur, hanc ponit secundam, quod muli non ex suo genere, sed ex equis orientur. *Catull. carm. Sæcul. 'Tu potens Trivia, et notho es Dicta lumine Luna.'* *Virg. Georg. 1. 397.* 'Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna.' *M. Tull. lib. 2. de N.*

Deor. Luna autem, quæ est, ut ostendunt mathematici, major, quam dimidia pars terræ, iisdem spatiis vagatur, quibus sol: sed tum congre- diens cum sole, tum digrediens, et eam lucem, quam a sole accipit, mittit in terras, et varias ipsa muta- tiones incis habet. Sic Parmenides, *Νυκτι φῶς περι γαίαν ἀλόμενον, ἀλλό- τριον φῶς*, i. e. 'Nocte vagans lumen circum terram, idque alienum.' Quem versum profert Plutarchus lib. *πρὸς Καλόγην*. Apuleius lib. de Deo So- cratis: 'Nec modo ista præcipua, solem diei opificem, lunamque solis æmulam, noctis decus, seu cornicu- lata, seu dividua, seu prætumida, seu plena sit, varia ignium face, quanto longius facessat a sole, tanto longius collustrata, pari incremento itineris ac luminis mensem suis acti- bus, ac disparibus dispendiis termi- nans: seu illa proprio ac perpeti candore, ut Chaldæi arbitratur, parte luminis compos, parte altera cassa fulgoris pro circumversione oris, oris discoloris, multivaga, palana, spe- ciem sui variat, seu tota proprii can- doris expers, alienæ lucis indiga, denso corpore seu lævi, seu quodam speculo radiis solis obstitit adversi et (ut verbis Lucretii utar) notham jac- tat de corpore lucem,' &c. inf. eod. lib. 703. Lucret. 'Luna potest solis radiis percussa nitere,' &c. *Lamb.*

578 *Quam cernimus*] Scripturam vulgatam servavi, quæ etiam in non- nullis veteribus libris reperitur: cu- jus hæc ratio ac sententia est; Luna (inquit) nihilo majore figura fertur, aut movetur, quam esse videtur ea figura, quam oculis nostris cernimus. quidam docti legi volunt *cum cerni- mus*; in nonnullis libris legitur *qua cernimus*: quæ lectio ferri non potest. *Lamb.*

579 *Nam prius omnia, quæ longe remota, &c.*] Hujus loci hæc senten- tia est: Nam omnia (inquit) quæ longe remota cernimus, prius cerni-

mus 'confusa,' i. e. non subtiliter distincta, neque definita, sed indistincta, specie ipsa, ipsoque adspec- tu: prius (inquam) ea confusa cerni- mus, quam 'minimum eorum filum,' i. e. minimum lineamentum, et duc- tum oculis usurpare possimus. Ver- bi gratia, si Socratem e loco longia- quo cernamus, primum ex adpectu corpus, deinde animal, deinde homi- nem esse cognoscam tantum, neque eum a ceteris hominibus distinguere poterò, non enim mihi licebit per loci distantiam proprias quasdam Socra- tis notas, quibus figura Socratis a ceterorum hominum figuris differt, inspicere: deinde, ubi ad eum pro- prius accessero, tum proprias illas notas, et propria quædam oris lineame- nta, tum naris simas, tum oculos Socratis prominentes cernam. *Lamb. Remota tuemur.* Ita vet. libri. *Vulg. remota.* Vide Indicem, 'Remota.' et sup. 4. 271. *Gifan.*

581 *Quapropter luna necesse*] Quo- niam igitur (inquit) certa et clara lunæ figura, certaque lineamenta, et oræ extremæ certæ et claræ a nobis cernuntur, necesse est etiam, ut, quantumcumque est, tanta hiac nobis in cælo videatur. *Lamb.*

584 *Quanta hæc cumque fuit, &c.*] Cum reperissem scriptum in duobus lib. manuscr. *Quanta quoque hæc fuit, &c.* varie autem hic versus legeretur in vulgatis; assensus sum Mureto, ita legendum censenti. *suam* autem, valet *sim*, vel *fuërim*. Afranius: 'Ca- vo ne pendens, si suas in questione.' Virg. *Æn.* 10. 103. 'Tros, Rutulusve fuit, nullo discrimine habebò.' Lu- cret. sup. 4. 641. 'Ut, quod aliis ci- bus est, aliis fuit acre venenum.' Piget ex Plauto et aliis exempla colligere. *Lamb. Quanta hæc quoque fuit, tanta hinc videatur in alto.* *Vulg. Quanta quoque est, tanta hinc nobis ri- deatur.* In vet. quibusdam, *Quanta quoque hæc fuit.* Nos hinc restitui- mus. Lambinus, *cumque*; forte rec-

tissime. *Gifan.* Vera hand dubie lectio est, quæ hic turbas excitat. Eam Lambinus et Gifanius proferrunt, et hæc est: *Quanta quoque hæc fuit, &c.* Veteres enim vocalem *u*, puram nimirum, sive ante aliam vocalem, in huiusmodi vocibus producere amant, adjecta *u* consonante. Scribo itaque et lego: *Quanta quoque hæc fuvat, &c.* sic 1. 387. 'Nempe aër omne necesse est Inter corpora quod fuvat, possidat inane.' sic 'fluvidum' prima producta pro fluidum, 2. 465. 'Nam quod fluvidum est, e lævibus atque rotundis Est,' &c. similiter, 6. 492. 'Omnia quo pacto fiant, quareve creentur,' *Mss. Voss. habent fluant.* Et nisi fallor, etiam Ennius 'cluebat,' prima producta, pro cluebat allicubi posuit. Non abimile est, quod passim in vocibus, 'ei,' 'rei,' similibusque committi videmus apud Nostrum, quoties producendæ priores Syllabæ veniunt, et *j* consonans interponitur, ut fiat 'eji,' 'reji,' &c. *Preig.*

587 *Tremor est clarus*] Hinc 'tremulum' jubar solis inf. 696. 'Sub terris ideo tremulum jubar hæsitat ignis.' et lumen 'tremulum' lumen *Virg. Eæ. 7. 9.* 'splendet tremulo sub lumine pontus.' notante *Turneb. Adv. 6. 6.* et tremere dicitur æther nostro 1. 1088. *Hav.*

588 *Mutare videtur*] Ordo est, ignea perparvum quiddam mutare videtur filum in alterutram partem, i. e. in plus vel minus. *Lambin. Palmerius Mutare videtur, i. e. mutari filum:* Hac observatione potuimus carere. *Creech.* Legi hic non potest *mutare videtur,* licet nonnunquam *mutare* passive sumatur, ut plura talia verba, quæ enumerat *Voss. de Anal. l. 3. cap. 3. p. 16. Hav.*

589 *Filum*] I. e. lineamentum, ductum, extremitatem. *Lambin.*

Cum longius absint] Secutus sum codices vulgatos omnes, præter pau-

cos, in quibus legitur, *quo longius absit.* nam in manuscriptis scriptum reperi, *quoque longius absit:* ut credibile sit, legendum esse, *quo longius absint. absint* autem legendum videtur potius quam *absit,* ut referatur ad 'ignes:' quod si quis contendet legendum *absit,* cohærebit cum voce 'filum.' *Lamb. Longius absit.* Ita vulg. quidam, et vett. *quoque longius absit.* Alii, *cum longius absint. Gifan.*

592 *Illud item non est*] Nunc docet: quamobrem sol, cum sit tam parva figura præditus, tantum lumen mittere ac profundere queat. *Lambin.* Sed tantus ille calor et lumen per universum, quæqua patet, æthera diffusum e tantulo et quasi pedali sole emanare vix posse videatur. Huic difficultati ut satis faciat *Lucretius,* docet *vss. 11.* solem concipi posse ut fontem pereanem lucis et caloris, quod in ipsum ex toto mundo semina lucis et caloris confluant, tanquam in scaturiginem, ita ut non unius solis, sed totius mundi lumen et calorem sentiamus. Deinde subjungit *vas. 10.* forte aërem vicinum soli ab illo accendi, multasque igneas particulas nobis quidem inconspicuas circa solem esse, et inde tantus calor, lumenque tam longe et late profusum. *Creech.*

593 *Tantulus*] Tam parvus: non major, quam videtur, aut non multo, fortasse etiam minor, ut paullo ante dictum est, et ut volebat *Epicurus.* 'tantulus' autem 'sol,' tantum lumen, 'ætheris.' *Lamb.*

596 *Nam licet hinc*] Fieri potest (inquit) ut sol sit fons quidam omnium ignium ac luminum: ad quem confluant omnes ignes, omniaque lumina: et unde tantum lumen, tantusque calor emanent, quæ totum orbem terrarum compleant. *Lamb.*

597 *Largistuum fontem*] Vult solem esse fontem quendam omnium luminum, quemadmodum fontes aquarum dicuntur proprie, unde et scaturit

aquam, et oriuntur flumina. *Lamb.*

Scatere] A verbo scato, is, tertiae inflexionis, sic eod. lib. 950. 'Et partim plano scatere, atque erumpere campo.' et 6. 890. 'spirat fons dulcis aquai, Qui scatit, et salsas circum se dimovet undas.' Ibid. 896. 'Et scatere illa foras in stuppam semina,' &c. *Lambin.*

Atque erumpere flumen] Sic fere omnes habent nostri vet. codices, quibuscum consentiunt aliquot vulgati. Alii tamen *lumen*, quod quamvis non damnem, *flumen* tamen nihilo magis rejicio: est enim illustris tralatio cum superiore continuata, et consentanea: 'Largiflumi fontem.' Nam sic sup. lib. 4. semen hominis large profusum, 'flumen' dixit: quemadmodum hic luminis copiam, 'flumen.' *Lamb.* Alii *lumen*, fortasse melius. Alias de solis lumine, de quo vs. 598. objectionem instituit, nihil dixisse videntur. *Creech. Flumen. lumen* fortasse recte. *Gifan.* Atque ita meliores Mas. confirmare videtur vs. Lucretianus sup. 282. 'Largus enim liquidi fons luminis ætherius sol.' in quo 'fons' et 'lumen,' ut et hic, conjunguntur. De veterum autem sententia, qua lumen esse statuebant effluviū corporis luminosi, vide Gevart. ad Stat. Sylv. 1. 3. cap. 27. *Hav.*

606 *Ex omni mundo, quo sic*] Ordo est: quo, i. e. ad quem solem, sic elementa vaporis ex omni mundo undique conveniunt, et sic coniectus, seu coniectus, seu congestus, et acervus eorum confluit, ut tantus calor ex uno capite profuāt. Est autem hoc loco memoria repetendum, atque attendendum, quod dicit Aristot. Meteor. lib. 1. non esse unum certum aquarum locum, aut alveum, aut receptaculum inexhaustum, unde perpetuo manent aquæ, undeque scateant fontes, et erumpant flumina; nam ne tanta quidem concavitas, quantus est orbis terrarum, tantam

vim aquarum suppeditare posset, quanta quotidie effluit; sed esse quendam aquarum capita, ad quæ ex locis editioribus confluunt paulatim, et pene dicam guttatim aquæ, hæc capita fonteis, seu fontium origines, et scaturigines aquarum appellamus, ex his manant aquæ per rivos initio parvos, atque angustus: qui longius fluentes ac labentes, aliis rivis additi, magnos postea fluvios gignunt. *Lamb.*

Elementa vaporis] Sic repositi, cum in aliquot libris manuscr. *vaporis* autem scriptum reperissem. *vaporis* autem, i. e. caloris. Sed negat Aristoteles ætheris, et cæli, aut astrorum naturam esse calidam aut igneam, ut sup. diximus. *Lamb. Vaporis.* Ita vet. nostri. In aliis, *vapores.* Vulg. *vapora.* *Gifan.*

599 *Conveniunt*] Ita vet. nostri rectissime, et vers. seq. *Confluat.* Vulg. *conveniunt, Confluit.* *Gifan.*

Coniectus] Nihil muto, quamvis nonnulli legendum putent *conlectus.* 'conjectum' autem interpretor congestum, confluentem, congressum. Neque tamen *conlectus* rejicio: quod et sup. indicavi. *Lamb.*

600 *Ex uno capite*] Nam caput amnis Latini vocant. *Faber.*

603 *Est etiam quoque uti*] Fieri etiam potest (inquit) ut, cum solis ignis non sit admodum magnus, neque acer, magnis tamen fervoribus aër exardescat, quia sit idoneus ad incendium accipiendum. Sed negat Aristoteles, ut dixi, solem esse igneam aut calidam. 'Etiam quoque,' autem, *σχῆμα* est *ἐκ παραλλήλων*, ut sup. *Lamb.*

605 *Percipiat*] Occupet, comprehendat, ut sup. 4. 733. 'Quam quæ percipiunt oculos, visumque lacesunt.'

607 *Quod genus*] Cujus generis, quemadmodum. *Lamb.*

608 *Accendere ex una, &c.*] Ita vet. libri, et vulg. nisi quod *Accedere* quidam, et *Accendi.* Florentini libri

vulg. *Accipere*, quod Lambinus probat; ego veteres Codd. sequor. Ex numeris manavit mendosa varietas: sic et alii. *Accipere* Marullus supponit. *Gifan. Accipere ex una scintilla*. Secutus sum hoc loco cod. Florentinos, ut omnium hoc loco emendatissimos. nam ceteri vulg. habent vel *Accendi*, vel *Accendere*, plane mendose. manuscripti autem partim *Accedere*, partim *Accedere*: quod postremum depravatum est ex vero *Accipere*: nam ex *Accipere* factum est primum *Accidere*, *p* inverso; deinde *Accedere*; deinde ex *Accedere*, *Accendere*, et *Accendi*. Jam, præterquam quod veritas et ratio hanc scripturam confirmat, etiam exemplo adjuvatur. Sic enim idem loquitur 6. 149. 'Aridior porro si nubes accipit ignem.' eadem ratione ab eodem dictum est 'concupere ignis semina,' et 'concupere ignem,' lib. eod. 270. 'Quippe etenim solis de lumine multa necesse est Concupere.' 'multa' subint. ἀπὸ κοινῶ 'semina.' Idem ibid. 306. 'cum multa rigoris Corpora dimittens ignem concepit in auris.' ex hac re autem similitudinem duxit *Virg. Æn. 2. 411*. 'In segetem veluti cum flamma furentibus Austris Incidit,' &c. *Zoilus* hanc scripturam non probavit, non aliam (opinor) ob causam, quam quod scripseram eam in codicibus Florentinis reperi: eamque a Marullo dixit esse excogitatam et substitutam. Ego sive hoc sit verum, sive non sit, alio nec posse, nec debere aliter legi. Nam primum 'accendere incendia' dici Latine non potest: deinde versus verbum *Accendere* hoc loco recipere non potest, quidquid blateret nebulo, qui 'extra numerum de numeris' disputat, quique 'numeros innumeros,' et 'versus inversos,' et 'modos immoderatos' et ipse facit, et *Lucetio* poetæ optimo affingit. quos cum audio, aut lego, soleo illud *Aristophanis* continuo usurpare, ὅτε μοι

λεκάνη: tantam mihi nauseam movent, nec mihi solum (ne quis me dicat 'esse fastidiosum') sed omnibus hominibus humanitate politis et eruditis. *Lamb.*

609 *Forsitan et rosea*] Tertia ratio. solebat enim Epicurus earum rerum quæ a Philosophis in controversiam vocantur, et de quibus sensus non facile judicare potest, plureis afferre rationes. quod testatur *Laërt.* his verbis: Τὸ δὲ μὴν αἰτίαν τούτων ἀποδοῦναι τῶν πλεοναχῶς φανομένων, μακρὸν, καὶ οὐ καθήκοντως πραττέμενον διὰ τῶν τῆν ματαίων ἀστρολογίαν ἐξηλακτόων, καὶ εἰς τὸ κενὸν αἰτίας τινῶν ἀποδοῦναι, &c. i. e. 'Unam autem harum rerum afferre causam, quæ multis modis videntur disputari posse, furiosum est, neque recte fit ab his qui inanem astrologiam studiose consecantur, et qui temere quarundam rerum rationes reddunt.' *Lamb.* Aliud est: 'accipere incendia,' aliud 'concupere ignem,' 'flammas,' &c. Hoc probatissimum genus loquendi, illud inusitatum saltem. Omnino, ut verum fatear, recto mihi talo videtur stare *Gifanii* emendatio: *Accendere ex una scintilla*, &c. 'Accendere' autem 'incendia,' ut 'accendere bellum,' lib. 1. dixit. Verum *e* in penultima elidenda erit, ut lib. 2. 680. in 'contingere parato.' sic sup. 2. 1024. *Accedere* pro *Accidere* habet uterque ex *Vossii* Codd. *Preig.*

610 *Possideat*] Est, ut possideat: fieri potest, ut possideat. *Lamb.*

Cæcis] Obscuris, et oculorum sensum fugientibus. *Lamb.*

611 *Nulla qui sit fulgore notatus*] Qui non fulgeat, et idcirco non cernatur a nobis. *Lamb.*

612 *Estiferum*] *Estifer.* *Gifan.*

Exaugeat] I. e. valde angeat. sic autem habent libri Manuscripti, et nonnulli typis excusi. ntitur eodem verbo *Ter. Heaut. 2. 2. 2*. 'Concurrunt multæ opinioniones, quæ mihi animum exaugeant:' i. e. quæ me magis

adducant ad credendum illam esse corruptam. et Plant. Sticho 2. 1. 9. 'Heræ subveni: benefacta majorum tuorum exange.' vulgati autem mendose habent *exaudiat*. Lamb. Ita et nostri vet. et Lambinus. Vulg. *exaudiat*. Gifan.

613 *Nec ratio simplex*] Nunc de solis et lunæ conversionibus quas *τροπὰς* Græci vocant: earumque, ut et aliarum rerum superarum, et naturalium, plureis causas affert, ut solebat Epicurus. Non est (inquit) una ratio, neque certa, quo modo ex partibus æstivis, id est ex orbe solstitiali, atque a cancro, transeat ad ægocerotæ, seu capricornum; i. e. ad orbem brumalem. Hac de re sic Laërtius: *τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης ἐνδέχεται μὲν γίνεσθαι κατὰ λόγισμω οὐρανοῦ, ὅπως τοῖς χρόνοις κατηγορηματικῶν ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ αἴρος ἀνθέξωσιν, ἢ καὶ ὅλης αἰὲ ὁπερθεῖας ἐχομένης, τῆς μὲν ἐπιπλάμενης, τῆς δὲ καταλιπομένης, ἢ καὶ τῆ ἐξ ἀρχῆς τοιαύτην δίνην τοῖς ἕστροις τοῦτοις καταληθῆναι, ὅσπερ οἰά τε εἶναι ἔλαττα κινεῖσθαι*. i. e. 'Fieri potest, ut solis et lunæ conversiones fiant ex obliquatione cæli, temporibus ita coacti: similiter autem etiam ex adversa vi aëris, qui solem modo a signis æstivis ad brumam, modo a bruma ad æstivam regionem detrudere queat: aut etiam materia semper idonea, atque opportuna, eum partim contingente, partim deserente: aut etiam eo, quod talis vertigo his astris sit attributa atque impressa, ut possint per aliquos flexus moveri.' *Lambin.* Annum solis, et menstruum lunæ cursum per duodecim signa zodiaci ut explicet, primo vs. 23. proponit sententiam Democriti, qui docuit inferiora sidera a summo cælo rapi et circumferri, celerius aut tardius pro rata unincjusque sideris a summo isto cælo distantia. Sol igitur celerius quam luna, ideoque illum rarius quam illam signa assequuntur et prætereunt, neque mirum si luna uno

mense signa omnia, in quibus duodecim terit sol, percurrere videatur. Deinde vs. 13. duos aëres lunæ solique inservientes introducit, quorum altero a Cancro ad Capricornum detruduntur, altero a Capricorno ad Cancrum stato tempore subvehuntur. Et ne illud incredibile videatur, jubet nubes spectare quas diversi venti in partes diversas protrudunt. *Creech.*

614 *Ægocerotis Brumales flexus*] Mox *metas* vocabit, eleganter. *Manil.* lib. 3. *nodos*, ut et lib. 2. non minus eleganter. sed Lucretii imitatio est; infra enim, 687. 'anni nodus umbras exæquat.' *Ægoceros* autem Capricornus. *Faber.*

615 *Brumales adeat flexus*] Tralatio est a certaminibus Olympicis, et similibus curulibus. significat autem id quod vulgus solstitium brumale appellat. *Lamb.*

Revertens . . . vertat se] Ut 6. 52. 'Depressosque premit.' *Preig.*

616 *Canceris*] Ita olim dicebatur: nunc 'Cancri.' *Faber.* Apud S. Cyprianum p. 234. 'veluti Cancere infecta' legimus. *Creech.* De morbo ita dicto similiter *Arnob.* lib. 1. *Adv. G.* p. 30. 'Illi haud aliter contumaciam canceris sævi ad subeundam cicatricem circumscriptionibus cogitationibus compulerant.' De solstitio autem seu solstitiis multitudinis numero pro æstivo tantum plura congessit *Jos. Castalio* in V. L. cap. 17. pag. *Fac. Critic.* 570. *Tomi quarti. Hav.*

Vertat metas se ad solstitialeis] I. e. (ut vulgus loquitur) 'ad solstitium æstivum' se vertat. Nam apud probatos Latinitatis auctores 'solstitii' nomen solstitium æstivum duntaxat significat, 'vel quia' (ut scribit *Varro* lib. 5. de L. L.) 'sol eo die sistere videtur, vel quod sole ad nos verso, proximum est solstitium.' *Lamb.* *Ut vertat metas ad.* Ita recte omnes fere libri. *Lambinus*: *ut metas vertat se ad.* *Gifan.* Et ita optimi *Mass.* passive enim, ut multa talia apud

nostrum, usurpatur. *Hav.*

621 *Democriti quod sancta, &c.*] Hic versus sup. jam positus est 3. 372. *Lamb.*

622 *Quanto quæque magis*] I. e. quanto sint nobis propinquiora, atque ita a cælo remotiora. *terram propter* autem, i. e. propter, seu prope terram. *Lambin.*

623 *Cæli turbine*] *Turbinem cæli* dixit pro cælo, quod turbinis in morem, h. e. *βύβον δίσκου*, circummagitur et circumvolvitur: vel pro rotunditate cæli volubili, ut Virg. 'saxi turbinem' *Æn.* 12. 531. 'Præcipitem scopulo, atque ingentis turbine saxi Excutit.' Sic Catullus 'fusi turbinem' *carm.* de Pelei et Thetid. *Nupt.* 'Libratum tereti versabat turbine fusum.' *Lamb.*

624 *Illius*] Cæli turbinis. *Lamb.*

625 *Relinqui Paullatim solem*] *Ἀπολείεσθαι*: celeritate superari. *Lamb.*

627 *Inferior multo*] Ita libri veteres nostri. *Vulgati, multum.* *Gifan.*

628 *Et magis hoc*] Et magis lunam relinqui sole, seu quam solem. *Lamb.*

Et quanto] Sic legendum, ut ait hic Lucretii sensus: et quanto lunæ cursus 'demissior,' i. e. humilior, et inferior cum sit, longius abest a cælo, &c. tanto posse minus, &c. *Lamb. Lunam, quanto demissior.* In quibusdam vulg. *quanto et.* *Lambinus, et quanto.* *Gifan.*

630 *Tendere cursum*] *Tendere* ponit *ἐπεργηκώς*, ut sæpe alias, pro celerare: idem valet 'contendere cursum.' sic dixit 1. 67. 'tendere oculos.' *Lamb.*

631 *Flaccidiore*] Languidlore, et tardiore. *Lamb.*

632 *Tacto magis, &c.*] Quanto etiam (inquit) luna cum sit sole inferior, languidiore et tardiore impetu et circuitu fertur, quam sol, tanto magis cetera signa superiora eam assequuntur, atque adeo prætereunt, et superant. *Lamb.*

635 *Ad hanc quia signa revisunt*]

Nihil mutandum censeo, quamvis quidam legi velint *recurrant*, aut *recursant*. Nam cum ita, ut excudendum curavi, habent omnes libri manuscr. et vulgati, tum usitatum est Latinis genus loquendi, 'visere,' et 'revisere ad hoc,' aut 'illud.' *Laer.* lib. 6. 1236. 'Nam, quicumque suos fugitabant visere ad ægros,' &c. ad quem locum plura. *Lamb.*

636 *Fit quoque ut e mundi*] Alia ratio. *Lamb.*

638 *Æstivis Signis*] A cancro. *Lamb.*

639 *Brumaleis usque ad flexus*] Ad capricornum, et ad brumam. *Tralatio* est a ludis *Circens.* in quibus cum ad metas quadrigæ pervenerint, 'flectendus' cursus est, et 'metæ fervidus' sunt evitandæ rotis, ut loquitur *Flaccus* noster. ex quo 'flexus' appellatur a Latinis, *καμπήρης* a Græcis. Itaque statim eadem translatione solstitium, et brumam, 'solis metas' appellabit, 689. 'Distinct æquato solis discrimine metas.' Fuerant autem nonnulli, qui humidum quod e terra et mari sursum tollitur, causam esse solstitii et brumæ putarunt, quasi sol pabulum sequatur. quam opinionem refellit et rejicit *Aristoteles* lib. 2. *Meteor.* his verbis: *Διὸ καὶ γελοιοὶ πάντες, ὄσοι τῶν πρότερον ἐπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφεσθαι τῆ ὑγρῆ καὶ διὰ τοῦτ' ἐπιὸ καὶ φασὶ ποιεῖσθαι τὰς τροπὰς αὐτῶν οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ δύνασθαι τόπους παράσκεινδ' αὐτῶ τροφῆν. ἀναγκαῖον δ' εἶναι τοῦτο συμβαίνει περὶ αὐτῶν, ἢ φθείρεσθαι: καὶ γὰρ τὸ φανερόν τ' ἔσθ, ὅτις ἀν' ἔχει τροφῆν, μέχρι τούτου ζῆν, &c.* i. e. 'Quocirca ridiculi etiam sunt omnes, quicumque e veteribus solem ali humido existimaverunt: et iccirco nonnulli aiunt solem suas ad solstitium et brumam conversiones facere. Non enim eadem semper loca posse ei cibum præbere. Necessæ autem esse hoc ei accidere, aut interire: nam et ignem ante oculos, atque in promptu positum, quoad pabulum habeat, eo usque vivere.'

Humidam autem tantum igni cibum esse, quasi humidi pars ea, quæ sit extenuata, quæque subvehatur, ad solem perveniat, aut quasi hic humidus ascensus talis sit, qualis qui flammæ orienti et viventi contingit. ex qua argumento probabili sumto, sic et de sole existimarunt. Sed hoc non est simile. Flamma enim fit ex continuo humido et sicco variantibus, neque alitur. Non enim manet eadem ullo tempore fere. Soli autem fieri nullo modo potest ut hoc accidat. Nam si eodem modo, quo modo illi dicunt, alatur, perspicuum est eventurum, ut Sol non solum, quemadmodum censet Heraclitus, quotidie novus sit, sed semper et continenter novus. M. Tullius opinionem illam Cleanthi adscribit lib. 3. de N. D. his verbis: 'Quid enim? non eisdem vobis placet omnem ignem pastu indigere, nec permanere ullo modo posse, nisi alatur? Alii autem solem, lunam, reliqua astra, aquis alia dulcibus, alia marinis? Eamque causam Cleanthes affert, cur se sol referat, nec longius progrediat solstitiali orbe, itemque brumali, ne longius discedat a cibo?' Sic Miancius in Oct. sub persona Octavii: 'Fontium dulci aqua marisve mundum nutriri: in vim ignis abiturum, Stoicis constans opinio est, quod consumto humore mundus hic omnis ignescat: et Epicureis de elementorum conflagratione et mundi ruina eadem ipsa sententia est.' *Lamb.*

642 *Magnos annos*] Stellarum periodos, et Saturni, Jovis, Martisque revolutiones respicere videtur. *Creech.* *Annos* pro quibusvis non temporis tantum periodis, sed et spatii circulis posuit. Similiter, 1. 312. 'Quin etiam multis solis redeuntibus annis,' et vs. 1028. 'Et multos etiam magnos servata per annos.' *Preig.*

645 *Nonne vides*] Quod multi quidem negant, etai constet numquam fere tempestatem fulminantem fieri,

quin hoc eveniat. *Faber.* *Vegetius* 4. 38. 'Hi sæpe singuli, interdum duo, magnis autem tempestatibus etiam tres pariter flare consueverunt.' Quem locum, ut et Homeri aliorumque, adducit *Brodæus* ad *Calabrum* pag. 371. ubi *Lucretium* defendit. *Hav.*

649 *At nox obruit*] Nunc incipit diei et noctis causas explicare. *Lamb.* Diem sequitur nox, quia vsa. 6. sol longo cursu languidus, occasurus enim languescere videtur, extinguatur, vel quia eadem vi qua supra terras diurno temporeolvebatur, subter terras nocturno fertur. *Epicurus* in *Epistola* ad *Pythoclem* ortum et occasum solis et lunæ κατ' ἐμφάνειν τε ὑπὲρ γῆς, καὶ πάλιν ἐπιρυσφῶν, vel κατ' ἄναψιν, καὶ κατὰ σβέσιν posse fieri contendit. *Creech.*

650 *De longo cursu*] Post. vide quæ ad 1. *Extima* autem cæli vocat hoc loco partes occidentis ad *Atlanticum*. *Faber.*

Ultima cæli] Sic ex vet. libris scripsi; in quibusdam codd. vet. *vetima*, *vestima*. Hinc *Marullus* *extima* prouocudit, ut et vulg. *Gifan*. Alii libri habent *extima cæli*, quod interpretor *extimas* partes cæli, alii *ultima cæli*, et ita legi volebat *Adr. Turnebus*: cui assentior. *Lamb.* Sive *Ultima*, sive *Extima* legas, perinde est. *Creech.*

651 *Suos efflavit languidus ignis*] *Efflavit suos igneis*, i. e. extinctas est. fuit etiam hæc valde pinguis, stollida atque anilis *Epicari* opinio, astra orientia accendi; occidentia, extinctui: quam et *Cleomedes* libro secundo commemorat ac refellit his verbis: καίτοι πρὸς ἀπασί τοῖς αἰρημένοις ἀσπυράτοις ὄσων, ἐτι καὶ τὰ ἄστρα ἀνεφθίγαστο, ἀνατέλλοντα μὲν, ἐξάπτουσαι δυόμενα δὲ, σβέννυσθαι. ὑπερ ἁμοιβημάτων ἔστων, ἕς αὖ τις ἀραιμένους μὲν ἀσπυράτους, ζῆν λέγοι. μὴ ἀραιμένους δὲ, ἀποθνήσκουσιν. καὶ ἐπι τῶν ἄλλων ὅσα ἔστων ὁρατὰ, τὸν ἁμοιον λόγων ποιῶται. οὕτω δ' ἔρα σιωπῆς καὶ

δαμόσιος ἀνὴρ ἴσται, ἔστ' οὐδ' ἐπ' αὐτῷ ἐκεῖνο, ὅτι τῆς γῆς σφαιρικῆ ὀχλήματι κεκρημένης, ἔλλοτε παρ' ἄλλοις ἕκαστα αὐτῶν καὶ θυεταί, καὶ ἀνατέλλει. καὶ τοῦτου ἕνεκα δεήσει ἔμα καὶ σβέννυσθαι αὐτὰ, καὶ ἐξάπτεσθαι, καὶ κατὰ πᾶσας τὰς τῶν ὀριζόντων μεταπτώσεις ἐκ παραπλησίαις ἀναλογίαις γίνεσθαι ἀπλήτους φθορὰς φθειρομένων τε καὶ πάλιν ἐξαπτομένων, κατὰ πᾶσαν μετάπτωσιν ὀρίζοντος, τοῦτου συμβαίνοντος, &c. i. e. 'Atqui ad illa omnia quæ sunt absurdissima, præterea etiam pronuntiavit (Epicurna) astra orientia quidem, accendi: occidentia vero, exstingui. quod simillimum est, ut si quis homines qui cernantur, vivere dicat: qui non cernantur vero, mori. Et in aliis rebus, quæ sub sensum videndi cadunt, similem sermonem habet. Ita autem scilicet intelligens et divinus vir est, ut ne illud quidem ei in mentem venerit, quod, cum terra sit globosa figura prædita, alias apud alios singula astra et occidunt, et oriuntur: atque ob hanc causam necesse erit ea simul et exstingui, et accendi, tum pro omnibus finientium, seu horizontum, mutationibus, paribus proportionibus interitus innumerabileis fieri et morientium, et rursus reviviscantium ignium, cum hoc contingat pro omni finientis mutatione,' &c. Idem aliquot versibus post: "Ἡ πῶς αὐτὸς ὁ ἥλιος σβεννόμενος, πάλιν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν παραγίνεται; ἀλλὰ γὰρ μυθολογία γράβει πιστεύσας, ὡς τῶν Ἰβηρῶν ἱστοροῦντων, ἐμπέπτοντα τὸν ἥλιον τῷ ἕκαστῷ ψόφῳ ἐμποιοῦν σβεννόμενον, ὡς διακίρον σίδηρον ἐν ὕδατι: ἐπὶ ταύτην ἦλθε τὴν δόξαν ὁ μόνος καὶ πρῶτος ἀνθρώπων τὴν ἀλήθειαν ἐξευρήσας καὶ οὐδ' ἐκεῖνο νεύηκεν, ὅτι πᾶν μέρος τοῦ οὐρανοῦ τὸ ἴσον ἀπέχει τῆς γῆς, ἀλλ' εἰς τὴν θάλασσαν αὐτὸν καταδύεσθαι ὑπέλαβε, καὶ πάλιν ἐκ τῆς ἀνατολικῆς θαλάσσης ἀνατέλλειν καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἀνατολικοῦ ὕδατος ἐξάπτεσθαι, ἀπὸ δὲ τοῦ πρὸς ὄψεις σβέννυσθαι. i. e. 'Aut quomodo sol ipse exstinctus, rursus ad eam cæli partem, ex

qua oriri solet, pervenit? At enim cum fabellæ cuidam anili fidem habuisset, quæ ab Hispanis tradita est, solem in oceanum incidentem, strepitum in eo mittere, tamquam suos igneis efflantem, et marcescentem, quemadmodum ferrum candens dum in aqua exstinguitur; hanc opinionem mente sua comprehendit is qui solus et primus veritatem invenit: et ne illud quidem intellexit, partem omnem cæli æqualiter a terra distare, sed eum in mare demergi existimavit, et rursus ex orientali mari exoriri: et ab aqua quidem orientali accendi, ab occidentali vero exstingui.' Jam quod ad loquendi genus attinet, attendat lector, quod antea admonuimus, hæc verba, 'exhalare,' 'exspirare,' 'efflare,' quasi activa, jungi cum accusandi casu, ut hic 'efflavit igneis,' et §. 719. 'Unde cadavera, rancenti jam viscere, vermeis Exspirant?' ad quem locum hac de re plura. *Lambin.*

652 *Concussos itere]* Conquassatos et fractos labore itineris. 'itere' pro itinere. sic enim infectebant veteres, 'iter iteris,' et 'itiner itineris,' teste Nonio. Nævius Lycurgo: 'Ignoti iteris sumus: tute scis.' Attius (Enomao: 'Præsto etiam adsum: exprome. quid fers? nam te longo itere cerno vadere.' Idem Telepho: 'Stadiumque iteris reprime.' *Lamb.*

Itere] Sic veteres pro itinere. *Fab.*

653 *Aut qui sub terras cursum]* Fuerunt etiam nonnulli philosophi, qui solem non sub terris moveri, sed circum terras dixerunt: iccirco autem ex oculis nostris evanescere, et noctem fieri, quia terra, ursæ subiecta; alta et edita est. ex quo fieri, ut solis luminibus officiat. Aristot. lib. 2. *meteor.* cap. 1. in extr. *Lambin.*

654 *Supera quæ terras pertulit orbem]* Ordo est: quæ vis pertulit orbem, videlicet solis, supra, seu supra terras. quidam tamen legunt, *supera terræ quæ pertulit orbem.* ut subintel-

ligatur 'solem.' *Lamb.*

655 *Tempore item certo*] Cur tempore certo aurora existat. *Lamb.* Ante solis exortum splendor quidam, qui aurora dicitur, illustrat cœlos, quoniam sol sub terras ab occasu in ortum revertens antequam ipse appareat effundat radios, vel quia dispersa hesterno itinere ignis semina ibi confluent, et prius quam formarentur ant accenderunt solis globum debili luce æthera illustrant. Posterioriorem causam fabula, quæ apud Pomponium Melam, 5. 6. et Diod. Sic. lib. 17. legatur, confirmat; et si constantia illius confluxus cuiquam incredibilis videatur, is consideret non minorem in multis aliis rebus constantiam deprehendi. *Creech.*

Matuta] M. Tull. lib. 3. de N. D. 'Quid deinde? Inodea dicitur, quæ Leucothea a Græcis, a nobis Matuta dicitur, cum sit Cadmi filia.' *Lamb.*

656 *Auroram*] Auroram roseam, *ῥοδοεικέλιον.* *Lamb.* Hoc loco 'Aurora' Dea, seu persona, non est, sed splendor. 'Auræ' enim vel apud Virgil. *Æn.* 6. 206. 'auri aura refulsit.' splendorem notat, ab *αἶρος*, quod in vetusta illa Græcia 'aurum' significabat, unde *θήραυρος*. De Matuta autem seu Leucothea, unde 'matutinus,' &c. res nota est. *Faber.*

Differt] Mas. quidam *differt*, i. e. late spargit, quo sensu videlicet sæpina apud nostrum verbum 'differre' occurrit, uti 2. 673. 'Unde ignem jacere, et lumen submittere possint: Scintillasque agere, ac late differre favillam.' 6. 690. 'Funditque ardorem longe longoque favillam Differt.' et 2. 24. 'Mobiliter solvens differt primordia vini.' Denique 1. 273. 'Ingentesque ruit naves et nubila differt.' Verum in omnibus hisce vis aliqua infertur rei quæ 'differri' seu dispergi dicitur, ita ut vis ejus comminatur et soliditas solvatur. At de splendore Auroræ hoc non dici potest, qui alletus a Matuta crescit assi-

due usque ad justum solis lumen. Consideratur itaque hic Matuta ut Auroræ paronympha. *Hav.*

659 *Aut quis conveniunt ignes*] Minutius in Octavio: 'Sic congregatis ignium seminibus, soles alios atque alios semper splendere: sic exhalatis terræ vaporibus nebulas semper adlescere,' &c. *Lamb.*

661 *Quæ faciunt solis nova semper lumina*] Aliter Aristoteles *meteorol.* β. cap. 2. quo loco negat, solem all humido, quem paullo ante protulimus. Volens enim veterum quorundam opinionem refellere, qui arbitrantur solem all humido, docet hoc absurdi ex eo eventurum, ut sol non solum allo atque alio die novus sit, verum etiam semper et assidue novus. ex quibus verbis intelligere licet, falsum illi visum esse, nova semper gigni solis lumina. *Lamb.*

662 *Quod genus*] Cujus generis, vel quemadmodum. *Lamb.*

663 *Idæis fuma*] De Ida monte, omnium, qui sunt in Hellesponto, altissimo, sic Diodorus Siculus lib. 17. pag. 491. 'Ἴδιον δέ τι καὶ παράδοξον συμβαίνει γίνεσθαι περὶ τοῦτο τὸ ὄρος. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ Κινῶς ἐπιτολήν ἐπ' ἕκρας τῆς κορυφῆς διὰ τὴν νιφίαν τοῦ περιέχοντος ἄερος ὑπερπετῆ γίνεσθαι τὴν ἕβραν τῆς τῶν ἀέμων προῆς ὄρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἐπὶ τῆς νυκτὸς ὁμοῖα ἀνατέλλοντα τὰς ἑκτάδας, οὐκ ἐν κυκλοτερεῖ σχήματι τετραμήκρον, ἀλλὰ τὴν φλόγα κατὰ πολλοὺς τόπους ἔχοντα διεσπαρμένην, ὥστε δοκεῖν πυρὰ πλεῖον θιγγάνειν τοῦ τῆς γῆς ὄρεοντος. i. e. 'Proprium autem et admirabile quiddam in hoc monte fieri solet. Nam sub Canis ortum, qui fit in summo montis vertice, propter aëris circumfusæ quietem, ab omni motu ventoque vacuum, hunc verticem a ventorum flatu immunem atque intactum esse: cerni autem solem eum etiam nox est, radios suos exproponentem, non in figuram rotundam conversum et conformatum, sed flammam in diversas partes disper-

gentem, ut complures ignes extremum terræ terminam, quem finientem appellant, attingere videantur.' Simile quiddam narrat idem Diodorus libro tertio accidere in Arabia fortunata, quod ad solis ortum attinget, his verbis: ἐκ μέσου δὲ τοῦ πελάγους φασὶν ἀναφανόμενον αὐτὸν [ἥλιον] δρᾶσθαι μὲν ἔνθα καὶ παραλήσιον τῷ πυρροδοτάτῳ, σπυρῆρας δὲ ἀπ' ἐαυτοῦ μεγάλους ἀποβάλλειν. i. e. 'Ex medio autem mari aiunt solem exorientem cerni prænæ candentissimæ similem, scintillas autem ex se magnas jacere,' &c. *Lamb.*

670 *Et certo dimittunt*] Sic habent aliquot libri manuscr. et non pauci vulgati, melius (opinor) quam *demitunt*. *Lamb.* *Demitunt*. Ita ex quibusdam vet. malui, cum Marullo. In aliis: *dimittunt*. *Gifan.* vs. 757. 'Sol dimittit languidus ignes.' *Creech.*

671 *Nec minus in certo*] Sic legendum, *in certo* divisim, non *incerto* conjunctim, atque illo modo scriptum est in tribus lib. manuscr. et in Florentinis. *Lamb.*

Imperat] *Tralatio*. Sic sup. l. 176. 'Viteis auctumno fundi suadente videmus.' *Lamb.*

672 *Veste*] *Lanugine*. et ita *Nonius*. unde 'investes,' impuberes. sic *Virg. Æn.* 8. 659. 'Aurea cæsaries olliis, atque aurea vestis.' *Læcret.* iof. eod. lib. 887. 'juventas Occipit, et molli vestit lanugine malas.' *Lamb.* *Lanugine*. Grammatici passim et *Virg.* interpretes. *Faber.* *Virg. Æn.* 8. 659. 'Aurea cæsaries illis, atque aurea vestis.' Hoc est *Barba*, unde e contra *investes* dicimus *imberbes*; unde est *Æn.* 8. 160. 'Tunc mihi prima genas vestibat flore juventas.' *Servius.* *Creech.*

675 *Non nimis incertis*] Sic habent tres lib. manuscr. et Florent. et sane ut ita legatur, ratio postulat, nisi quis dicat, legendum item ut supra, *divisa voce, in certis*, et retinendam vulgatam scripturam *minus*. Cum hoc

loco congruit is qui est 6. 356. 'Ancitumnoque magis stellis fulgentibus alta Concutitur cæli domus undique, totaque tellus.' *Lamb.* *Non nimis incertis*. Ita vet. quidam, manu formisque descripti. In aliis: *Non minus incertis*. *Gifan.* Hæc scribit interpres, 'Sane ut ita legatur ratio postulat; nisi quis dicat, legendum item ut supra, *divisa voce, in certis*, et retinendam vulgatam scripturam, *minus*.' Bis errat; nam si ita legeretur, gravissimum in versu meodum esset; sic quippe haberet: *Non minus in certis sunt partibus anni*. Una syllaba, ut vides, brevior est quam oporteat. Sed hæc quidem incogitantia est hominis alio properantis. Quod autem ait lectionem illam, quam ipse in suo contextu, ut nos in nostro, exhibuit, eam esse quam ratio postulet, id quoque ejusmodi est, ut vix cuiquam credibile sit, qui cum cura legerit. Scribendum enim esse ostendam, *Non minus hæc certis sunt in partibus anni*. Antea dixerat *Læcretius*, *Miraris* quod tam certo tempore ignea confluere possint; car id facias nulla equidem causa est, cum tot res alias certo itidem tempore fieri cernas, &c. postremo nimbis, fulmina, grandinea, venti, &c. illa omnia non minus in certis partibus anni fiunt; quæ tu tamen tantopere mirabilia nunquam duxisti. 'Nec tamen illud in his rebus mirabile debet Esse, quod hæc ignis tam certo tempore possint Semina confluere, et solis reparare nitorem; Multa videmus enim, certo quæ tempore fiunt Omnibus in rebus, (exempl.) florescunt tempore certo Arbusta, et certo demittunt tempore florem. Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas Tempore, &c. Fulmina postremo, nix, imbres, nubila, venti, Non minus hæc certis fiunt in partibus anni.' Idque ut plañissime et ἀναμφισβητήτως probet, addit, quod ad confirmationem emendationis no-

stræ facit maxime, 'Consequa natura est jam rerum ex ordine certo.' Vide, ut opinor, hanc lectionem illa aliquanto esse meliorem, quæ ab interprete Lucretii, quasi longe optima esset, probata fuerit. *Faber.*

676 *Namque ubi sic fuerunt, &c.*] Alterutrum horum versuum, vel hunc, vel deluceps sequentem, puto ab aliquo esse interpositum, nec esse Lucretianum. Malui tamen hunc delere, et alterum retinere, vel ita, ut in omnibus libris legitur, vel paullum immutatam, nempe hoc modo, *Namque uti res mundi, &c.* *Lamb. Fuerunt.* In vet. quibusdam: *fuerant.* Versum sequentem eruit *Lambinus. Gifan.* Ecce autem de integro; occurrit aliud in hoc ipso loco quod festinanti moram objiciat: 'Namque ubi sic fuerunt causarum exordia prima, Atque uti res mundi cecidere ab origine prima, Consequa natura est jam rerum ex ordine certo.' Duorum posteriorum versuum alterutrum *deBeiffæ Lambinus*, neque de illo, *Atque uti, &c.* dissentit *Gifanius*. Ego priorem prorsus delendum arbitror, hac primam causam, quod istud sic stare non possit cum *Atque uti*, quod iis qui Latine sciunt, notissimum est; dein, prioris versus, 'ubi sic fuerunt causarum exordia prima' eadem plane sententia est quæ secundi; sed versus 'Atque uti res mundi cecidere ab origine prima,' is vero Lucretio parente longe dignior est quam ille alter projectitius; nam *res cecidere sortem*, temeritatem, et casum notat, sumpta ab *alæ* ludo metaphora, 'Si illud quod opus est jactu non cadit.' *Ter.* unde, quod multi non observarunt, natum et illud, quod vulgo Latine dicimus, 'Belle cecidit,' &c. Sed cum hoc loco rationem afferre assertionis suæ dehuerit poëta, particula 'ætiologica' opus est; itaque, expuncto illo priori, sic legere soleo, *Namque uti res mundi cecidere ab origine prima, Consequa natura est jam*

rerum ex ordine certo. Hæc ad emendationem; cetera in notis. *Faber in Emend.* Hunc versum delet *Faber*, et in sequenti legit, *Namque uti res mundi, &c.* retineri vero potest iste versus si legatur, *Namque uti sanxerunt.* Sic l. 581. 'Et quid quæque queant, per fœdera naturæ, Quid porro nequeant, sancitum quandoquidem extat.' Ita igitur conjicio legendum, nec pudet conjecturæ. *Creech. Ubi sic fuerunt.* Istud 'sic' referri debet ad *res* 'atque' in versu sequenti, i. e. *itidem ac. Faber in Not.*

678 *Consequa*] *Consequens. Lamb.* E vet. Cod. *Gronovius Consequæ que rerum sunt ex ordine certo. Creech.*

679 *Crescere itemque*] Nunc quamobrem dies et noctes augeantur et minuantur. *Lamb.* Dies noctesque anni decursæ sic increcere et decrecere, ut prolixitatis ac brevitatis utriusque vices exquisite per hyemem æstatemque alternentur, res mira semper visa est; id vero fit, quoniam circuitiones solis supra ac infra terram nunc celerius, nunc tardius fiunt, quatenus ipsæ locorum seu viarum, quibus sol incedit, longitudines sunt alternæ, vs. 16. In quibus describit poëta inæqualia arcuum diurnorum nocturnorumque segmenta in positu spheræ obliquo, æquatorem tamen ab hac lege excipit, qui in quavis etiam obliquitate in duas æquas partes ab horizonte dividitur; ex quo fit ut sol bis in ipso iutra annum constitutus duo ubivis gentium faciat æquinocia: hinc signum illud in quo nodum æquinoctialem esse dixit intelligendum duplex est, 'Aries' viz. et 'Libra,' in cuius utriusque initio mutua sit signiferi æquatorisque intersectio. Deinde subjungit vs. 5. id fieri posse, quod certa sunt per ætherem loca, quæ possint a sole ob factam majorem minoremque resistantiam velocius segniusve percurri. Demum vs. 3. quia alternis anni partibus tardius aut citius convenient isti

ignes qui faciunt, vel accendant solem. *Creech.*

Tabescere] Minui. tralatio est. sic 2. 1171. 'Nec tenet, omnia paullatim tabescere,' &c. *Lamb.*

680 *Cum sumant augmina*] Cum au-
gescant. sic locutus est 2. 188. 'Sursus enim versus gignuntur, et augmina sumunt.' Quod autem quidam hoc ordine hunc versum legi volunt; cum noctes augmina sumant, incidunt in κακώφατον et αλοχολογίαν cum no. quod vitandum censet Cicero in Orat. *Lamb.* Cum noctes augmina sumant. Ita vet. quidam. Elegantior Ecpohnia, quam vulg. cum sumant augmina noctis. *Gifan.*

682 *Imparibus currens anfractibus*] Dum impariter et inæqualiter circumagitur. hac de re sic Laërt. Μήκη νυκτῶν καὶ ἡμερῶν παραλλάττοντα καὶ παρὰ ταχέας ἡλίου κινήσεις γίνεσθαι, καὶ πάλιν παρὰ βραδείας, ὑπὲρ γῆν, i. e. dicebat Epicurus, 'Noctium et dierum longitudines ex celeribus, et contra ex tardis solis motibus supra terram fieri.' *Lamb.*

Anfractibus] Cursibus et itineribus flexuosis. Cæsar lib. 7. de B. G. Oppidi murus a planitie, atque initio adscensus, recta regione (si nullus anfractus intercederet) cix. cc. passus aberat. *Lamb.*

686 *Donicum ad id signum*] Ita Latinus. In aliis: *Donec.* *Gifan.* *Ad id signum*, ad ἰσημερινόν, i. e. (ut Latini appellant) 'æquinoctium.' *Lamb.*

Anni Nodus] *Nodus anni* dixit translate pro eo solis circulo, qui cælum medium quasi cingulo cingit, ac circumdat. non dissimili admodum translatione dixit lib. 2. 'animæ nodos,' et lib. 4. 'Veneris nodos:' videlicet, conjunctiones quasdam arctas et adstrictas, συνδέσµους. *Lamb.* *Nodus.* Quidam Veteres, *Mabus.* *Gifan.* *Equinoctia* intelligit. *Faber.* Propter intersectionem zodiaci et æquatoris. *Creech.*

688 *Nam medio cursu*, &c.] I. e. in-

ter aquilonem et austrum; seu solstitium et brumam. vox 'flatus' autem patrii casus est. *Lamb.*

689 *Cælum*] 'Cælum' accipio, ut sit recti casus, numeri singularis. Hæc quantumvis licet levia, notavit Zoilus ut sua. *Lamb.* 'Cælum' est recti casus; 'flatus,' patrii. *Gifan.*

Metas] Solstitium, et brumam: seu circulum Cancræ, et circulum Capricorni. sunt enim veluti metæ solis; ad quas cum pervenit, iter cursumque suum flectit. *Lamb.*

690 *Propter Signiferi posituram totius*] Propter situm Zodiaci obliquum. M. Tull. de Div. lib. 2. 'Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græce ζῳδιακός dicitur.' *Lamb.*

691 *Contundit*] Conterit, consumit, ut sup. 618. 'Annua sol in quo consumit tempora cursu.' *Lamb.*

693 *Eorum*] Astrologorum, et eorum qui scripserunt phænomena. *Lamb.*

Qui loca cæli] Astronomi. *Faber.*

696 *Propterea fit*] Hunc versum, secutus aliquot cod. manuscr. hoc loco posui: qui tamen mox iteratur. *Lamb.*

Aut quia crassior est] Alia ratio. *Lamb.*

696 *Tremulum jubar hæsitat ignis*] Sol. *Lamb.* *Hæsitat.* Tardius se se expedit: miror itaque dicere *Gifanium*, 'hæsitare' sumi pro micare motitari. Hæc tamen vulgo mirantur. Explicationem certe nostram planissime veram esse ostendit versus qui hunc sequitur, 'Nec penetrare potest facile atque emergere ad ortus.' Itaque hæsitat, quia emergere non potest. at ridiculum sit dicere: Micat quia emergere non potest. Imo micat, quia emersit. *Faber.*

698 *Propterea noctes hibernæ*] *Virg.* *Georg.* 2. 481. 'Quid tantum oceano properent se tinguere soles Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstat.' *Lamb.*

699 *Cessant*] Longiores sunt: ut tardæ noctes apud *Virg.* æstivæ sunt;

quæ ideo 'tardæ' dicuntur, quod propter longitudinem dierum tardius adventant. male itaque Interpres, qui locum hunc ('noctes cessant') per locum illum Virg. Georg. 2. 481. explicandum credidit; quod ei cum multis, neque sane indoctis, commune est: 'Quid tantum oceano properent se tingere soles Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.' *Fab.* Eleganter de noctibus; desumptum, ut videtur per metaphoram, ex illo: 'Aut ubi si cesses,' quod et Persio inter alia ejusdem Comici observabatur, in hisce: 'At si nectus cesses,' &c. *Preig.*

Insigne diei] Ita vocat orbem solis. *Fab.*

700 *Aut etiam]* Tertia ratio. *Lamb.*

701 *Confluere ignes]* Ex quibus nova semper solis lumina gignuntur, ut supra dixit, vs. 669. 'Aut quia conveniunt ignes, et semina multa Confluere ardoris conserunt tempore certo,' &c. *Lamb.*

702 *Qui faciunt, &c.]* Versum proximum: 'Propterea fit uti videantur dicere verum;' quia in quibusdam vulg. non erat; et in vet. partim hic, partim paulo ante, post illum: 'Omnia disp.' est positus, et quia inepte videtur inculcatus (mox enim sequitur) et sententiam vitiat, propterea, inquam, non admisi. *Gifan.*

Certa de surgere parte] 'Αναστροφή, de certa parte surgere. *Lamb.*

703 *Luna potest solis]* Cur lunæ figura varietur, et modo plena sit, modo dimidiata, modo bicornis, modo nulla. *Lambin.* Quod ad lunam attinet, si lucem a sole accipiat, si globosæ sit figuræ, et sub sole cursum suum peragat, tum varium illius multiplicemque vultum recte illi explicant, qui varia solis illustratione prout ad solem accedit, vel recedit a sole, phases lunæ variari existimant vs. 11. Si vero lucem aliunde non accipiat, tum concipi potest aliud corpus opacum quidem, et cassum omni lu-

mine, quod una cum luna fertur, et illius radios avertit vs. 5. Vel intelligere possumus lunæ globum ex dimidia tantum parte lucidum, qui, si circa suum centrum volvatur, varias quas videmus phases exhibebit vs. 9. Quibus hæc omnia dispicent isti habeant lunas quotidie nascentes et intereuntes: id enim certo tempore fieri posse multa alia demonstrant, vsa. 20. *Creech.*

Percussa] Sic legendum, et ita habent libri aliquot manuscr. vulgati. *antem percussa*, mendose. 'Percussa radiis solis,' i. e. icta lumine solis. sic locutus est sup. 2. 799. 'Recta aut obliqua percussus luce refulget.' ibidem vs. 870. 'quodam gignuntur luminis ictu.' et hoc eod. lib. sup. 853. 'Ut queat accendi parvis ardoribus ictus.' Unde 'verbera radio-rum' dicuntur tum solis, tum lunæ. sup. eod. lib. 486. 'Et radii solis coge-bant undique terram Verberibus crebris,' &c. Sed de hac variatione lunæ luminis et figuræ sic Epicurus apud Laërtium. 'Ετι δὲ ἐνδέχεται τῆν σελήνην ἐξ ἑαυτῆς ἔχειν τὸ φῶς. ἐνδέχεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Καὶ γὰρ κατ' ἡμῶν θεωρεῖται πολλὰ μὲν ἐξ ἑαυτῶν ἔχοντα, πολλὰ δὲ ἀπ' ἑτέρον καὶ οὐδὲν ἐμποδοσ-τατεῖ τῶν ἐν τοῖς μετεώροις φαινομένων, &c. sequitur, 'Ἡ δὲ ἔμφασις τοῦ προσ-ώπου ἐν αὐτῇ δύναται μὲν γίνεσθαι καὶ κατὰ παραλλαγὴν μερῶν, καὶ κατὰ προσ-χώρησιν, ἢ ἀναχώρησιν, ἢ κατ' ἐπιπέδη-θησιν, καὶ καθ' ὅσον ἂν τρέπον θεωροῦτο τὸ σύμφωνον τοῖς φαινομένοις. i. e. 'Præ-terea fieri potest, ut luna a seipsa lu-men habeat: contingere etiam pe-dest, ut a sole. Nam etiam apud nos multa cernere licet, quæ id quod habent, ex seipsis habeant: multa, quæ ab aliis: neque quidquam eorum quæ in aëre apparent, obstat, quo minus ita sit, &c. Vultus autem ejus varius et multiplex, qui sese nobis exprimit atque ostendit, potest nasci et ex im-mutatione partium, et ex accessione ejus ad solem, aut recessione, aut ex

obtractione sen offectione, et ex alia causa, in qua spectetur id quod consentaneum est iis quæ sunt in promptu.' *Lambin.*

706 *Donicum eum contra, &c.*] I. e. donec contra eum, nempe solem, i. e. donec ei opposita, &c. *Lambin.* *Donicum eum.* Ita vet. libri nostri. Vulg. *Donec.* *Gifan.*

707 *Atque oriens, &c.*] I. e. et tunc orta est, cum sol occidit. *Lambin.*

708 *Condere lumen*] Abscondere lumen, obacurari, sic dictum 'condere lumen' a *Lucretio*, ut ab *Hor.* 'condere diem,' *Od.* 4. 5. 29. 'Condit, quisque diem collibus in suis:' nisi quod apud *Horat.* 'condere diem' dicitur 'in collibus suis,' qui in collibus suis usque ad occasum solis manet: hic autem apud *Lucretium* luna 'condere lumen' dicitur, cum obscuratur ob solis propinquitatem. sic idem sup. 4. 435. de sole: 'Sol fit uti videatur obire, et condere lumen,' &c. Idem non multo secus 3. 1103. 'Proinde licet quotvis vivendo condere sæcla,' &c. *Lambin.*

709 *Debet item*] *Pius* ait in vet. libris esse: *Debeat, it, quanto.* *Gifan.*

710 *Per orbem*] *Junge* cum τῶ 'signorum:' intelligit zodiacum. *Faber.*

714 *Est etiam quoque uti*] Quod dixerunt *Anaximander* et *Antiphon.* *Lamb.* Hæc dicitur *Anaximandri* opinio, quæ tamen ab illius sententia maxime distat; nam si forsan *Lunam* dixerit ἴσον ἔχειν φῶς *Plut.* de *Pl. Phil.* 26. et 28. (ἴσασκεν τε σελήνην ψευδοειρή, καὶ ἀπὸ ἡλίου φωτίζεσθαι: *Lucretius*) aliud tamen corpus quod una feratur, quod omnibus modis occurrat et officiat, ne quidem in somnis vidit *Plut.* de *Pl. Phil.* 2. 26. *Creech.*

716 *Corpus enim licet esse aliud*] I. e. nam feri potest, ut sit corpus aliquod aliud quam luna quod una cum ea feratur et labatur, eique occurrando atque officiendo faciat ut luna varias formas reddat. *Lamb.* *Corpus enim.* In nostris vet. item;

male, nisi fallor. *Gifan.*

719 *Versarique potest*] Nempe luna. Alia est ratio, quare luna varias figuras reddat. *Lamb.* Ita docuit *Berosus* sub *Antiocho Sotere* astronomia clarus. *Creech.*

Globus ut, si forte, pilas] Emendabat olim *J. Douza Filius:* *globus ut sit forte pilas,* &c. de quo ita in annotationibus quibusdam *Mss.* vir doctus, cujus mihi manus ignota est: *Berosi* sententiam enarrare voluisse poetam his versibus, elegantissimi acutissimique ingenii adolescens *J. Douza Filius* monnit, in *Notis* ad *Catullum* cap. 4. *Berosi* porro doctrinam multis verbis explicat *Vitruvius*, 9. 4. sed sententia ejus, ut brevissime perstringam, hæc est; 'Corpus lunæ pilam esse dimidia parte candidam, altera cæruleam: in coitu solis ardore corripit, convertique partem ejus candentem ad solis lumen, cæruleam ad nos, quæ quod candens non sit obscura videtur. Septimo vero die a coitu, quod dimidio cæli spatio luna distet a sole, item dimidia candentis partem ad nos conversam esse. Quartadecima autem die, pleno orbe totam candentem partem nobis ostendi, a qua reliquis diebus usque ad novilunium quotidiana decrecentia aliquid minnatur.' Hæc ille. Vide etiam *Apuleium*, de *Deo Socrate*. 'seu illa proprie est perpeti candore,' &c. *Preig.*

725 *Luciferum*] *J. Douza F. Dimidiam.* *Gifan.*

726 *Chaldaæum*] Hoc rectius ex veteribus quibusdam puto, quam quod in aliis: *Chaldaæum.* *Gifan.* *Chaldaæum.* *Chaldæos* astrologiæ fuisse peritissimos, et *Diod.* testatur lib. 2. his verbis: Τούτο μέντοι γε διαβεβαύσασατο ἐν τις προσσηκόντως, ὅτι Καλδαῖοι μεγίστην ἔξιν ἐν ἀστρολογίᾳ τῶν ἀπάντων ἀνθρώπων ἔχουσι, καὶ δόξαι πλεονηθῆναι ἐπιμέλειαν ἐποφθασιτο ταύτης τῆς θεωρίας. i. e. 'Hoc quidem certe liquido quispiam confirmare possit,

omnium hominum maximum usum in astrologia Chaldaeos habere, plurimumque studii atque operæ in hanc cognitionem contulisse.' et M. Tull. l. de Divin. 'Chaldaei in Syria cognitione astrorum, sollertiaque ingeniorum antecelluerunt.' Babylonios quoque multorum annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas habuisse refert Plin. 7. 56. Zoilus, homo acumine ingenii præstans scilicet, legendum censet *Chaldæam*, pro *Chaldæorum*, non, ut omnes habent libri, *Chaldæam*. quasi vero 'Chaldæam' non sit usitate positum pro Chaldaicam: quemadmodum Horat. dixit, 'Mauris jaculis,' 'Sulpi- tiiis horreia,' et simil. *Lamb.* Gifanius *Chaldæam*; idque sibi rectius videri ait quam *Chaldæam*, ut in editione Lambini legitur. Sed, seu *Chaldæam doctrinam astrologorum*, dicas, seu *doctrinam astrologorum Chaldæorum*, idem plane erit. Itaque jure a Lambino in tertia Lucretii editione reprehensus est Gifanius. Verum uterque erravit. Hoc enim loco poeta noster per 'Babylonicam Chaldæorum artem' intelligit Chaldaeos qui Berosi hypothesim sequebantur contra 'vulgarem astrologiam.' Quid sit docet Plutarchus 2. de Pl. Phil. Lunæ defectum fieri *κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀκρῆτου μέρους*, i. e. 'dum nobis obvertit eam sui partem, quæ ignita non est.' Sed 'Chaldæi' hoc loco sectæ nomen est, non gentis: quod ex Herodoto probari possit. Hunc locum Lucretii non intellexit Casaubonus. Vide Notas illius ad præmium Diogenis. *Faber.* Per Babyloniam Chaldæum doctrinam intelligit Chaldaeos qui Berosi hypothesim contra vulgarem Astrologiam tuebantur. 'Chaldæi' enim hoc loco sectæ nomen est, non gentis: *κατὰ δὲ Βαβυλωνίους, ἢ Ἀσσυρίους Χαλδαίους, Γυμνοσφιστάς παρὰ Ἰβούς*: Laërtius. Idem Cicero in 2. de Div. *Cræch.* Per 'Chaldæos' itaque Berosum in-

tellige, 'qui a Chaldæorum civitate, sive natione progressus in Asiam, ibi disciplinam Chaldaicam patefecit,' ut ait Vitruvius. Vir doctus quidam, (Beverlandus) in marg. cod. nostri. Vitruv. 9. 4. 'Berosus, qui a Chaldæorum civitate sive natione progressus in Asia etiam disciplinam patefecit, ita est professus, pilam esse ex dimidia parte candentem, reliqua habere cæruleo colore. Cum autem cursum itineris sui pergens subiret orbem solis, tunc eam radiis et impetu caloris corripit convertitque candentem, propter ejus proprietates luminis ad lumen. Cum autem ea evocata ad solis orbem superiora spectet, tunc inferiorem partem ejus, quod candens non est, propter aëris similitudinem obscuram videri,' &c. Quæ ibidem fuse sequuntur. De contrariis vero illis sectis et hoc ipso Lucretii loco vide Isaacum Casaub. ad præmium Diogenis Laërtii. *Hav.*

728 *Proinde quasi, &c.*] Eo vide, ut Epicurus probabilia sequatur in his quæ supra terram gignuntur, nihil unum egregie præter cætera affirmet. *Lamb.*

Uterque] Et Chaldæi seu Babylonii, et Græci. *Faber.*

730 *Denique cur nequeat, &c.*] Quod item de sole nonnulli existimaverunt, ut supra dictum est. *Lamb.*

732 *Inque dies privos*] Et in dies singulos. sic eod. lib. sup. 275. 'Innumerabiliter privas mutatur in horas.' *Lamb.*

Abolescere] Cum in libris manuscr. reperissem scriptum *aborisci*que, suspicatus sum eos fuisse corruptos ab iis qui ex *abolescere, aboriri* fecissent: quod tantumdem fere valet. *aboriri* quidem impressum est in codic. Venetis antiquis et Parisiensibus: eo- que verbo usus est etiam S. 156. 'et infringi linguam, vocemque aboriri.' quod si quis malet, non improbo. 'abolescere' autem valet decrescere: quod huic loco maxime convenit.

Lamb. *Aborisei* vet. omnes, ita; aut *aboriacique*. Hinc Marullus: *abolesci*. Alii: *aboriri*. Lambinus, *abolescere*. Gifan. *Aboriaci* Gifanius, qui tamen fatetur se vocem istam nunquam legisse: *Gassendus Aboriri*. Creech.

734 *Difficile est ratione docere, et vincere verbis*] At ego verbis vincam, et iis verbis quæ rationem ducem habeant, vitiosam esse scripturam, sicque, sensu plane contrario, legi hunc versum debere: *Id facile est ratione docere et vincere verbis*. Quod ita esse uti dico vel illi versus, qui infra leguntur, abunde probaturi sint, cum in iis pro certo ponatur, rem in se nihil habere difficultatis: 'Quo minus est mirum si certo tempore luna Gignitur, et certo deletur tempore rursus, Cum fieri possint tam certo tempore multa.' Sed et his addendum aliud: debere videlicet interrogative pronuntiarum versus illos, 'Denique cur nequeat semper nova luna creari Ordine formarum certo, certisque figuris, Inque dies privos abolescere quæque creata, Atque alla illius reparari in parte loeque?' Tum ipse sibimet respondens, *Id facile est* (inquit) *ratione docere*. Faber. Faber, *Id facile*: quem sequatur ille qui conjecturam certitudini præfert. Creech.

Vincere verbis] Pulchre dictam, sic 2. 747. 'Quod quoniam vinco fieri, nunc esse docebo.' et supra hoc eod. lib. 200. 'Et quam difficile id mihi sit pervincere verbis.' et 6. 496. 'primum jam semina aquai Multa simul vincam consurgere nubibus ipsis.' sic et Hor. Sat. 1. 3. 'Nec vincet ratio, tantundem ut peccet, idemque,' &c. *Lamb.*

736 *Prænantius*] *Πρόδρομος*, præcursor. Prænantium autem Veneris dixit Zephyrum, quia Venus tempore verno gaudet. Sic Hor. Od. 1. 4. 'Jam Cytherea choros ducit Venus imminente luna.' *Lamb.*

737 *Vestigia propter: Flora, &c.*]

Male, ut opinor, ita distinguitur; quasi Veneris vestigia aut legere, aut juxta ea incidere dicatur Zephyrus, quem 'Veneris prænantium' dicit poëta, eamque præcedere facit. Haud dubie 'Floræ vestigia' dicit, quibus cuncta præspere fingitur dum in Veris ac Veneris adventum viam omnem coloribus et odoribus opplet. Solo itaque commate hæc separanda, ut relativum 'quibus' respiciat ipsius Floræ Vestigia; hoc modo: *It Ver, et Venus: et Veneris prænantius ante Pinnatus graditur Zephyrus, Vestigia propter, Flora quibus mater præspere ante viai Cuncta, &c.* Ordo est quasi Pompæ ejusdem

VER ET VENUS.

ZEPHYRUS ET FLORA.

CALOR ET CERES.

AUTUMNUS ET EUIUS EUAN.

VOLTURNUS ET AUSTER.

RIGOR ET BRUMA.

ALGOR ET HYEMS.

Ut 'Ver Veneris,' sic 'Zephyrus Floræ' latus claudit, Et 'Calor Ceres,' et 'Autumnus Bacchi.' Porro 'Rigor Brumæ,' 'Algor Hiemis.' Et: 'propter Floræ vestigia' incidere, aut ingredi tantum mihi valet ac comes ei incidere, pari ambulare passu, una cum Flora; Ver et Venerem præcedere. *Preig.*

738 *Flora*] Arnob. lib. 3. adv. G. 'Flora illa genitrix, et sancta, obsecantate ludorum bene curat, ut arva florescant,' &c. Minucius in Oct. 'Sane et Acca Laurentia, et Flora, meretrices propudiosæ, inter morbos Romanorum et Deos computandæ.' Lactant. Firmianus lib. 1. de falsa rel. 'Flora cum magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset, populum Romanum scripsit hæredem, certam pecuniam reliquit, cujus ex anno fœnore suis natalis dies celebraretur editio ludorum, quos appellerent Floralia,' &c. lege et Ovid. Fast. *Lamb.*

741 *Etesia flabra Aquilonum*] 'Ete-

sia, qui item sunt Aquilones: i. e. venti a septentrionibus flantes. hoc tantum interest, quod Etesia certo anni tempore, nempe post solstitium spirant: Aquilones quovis anni tempore. *Lamb.* Et tamen ostendere possim, si per otium liceat, Etesias non semper esse Aquilones; et ad eam rem Aristotel. ac Diodorum advocarem. Sed nil ad Lucret. *Faber.*

742 *Eius Euan]* Bacchus a voce Bacchantium *ebot* 'Eius' appellatus. 'Euan' autem Ithonia mons ab eadem voce dictus: Pausanias Messen. *Lamb.*

744 *Vulturus]* Euronotos. *Lamb.*

746 *Crepitans ac dentibus algor]* Hæc est verissima scriptura, ex vet. libris eruta. *Volg. accentibus algi.* *Gifan. Crepitans ac dentibus algus.* Cum tres libri manuscr. et *volg.* Florentini, Veneti recentiores, utriusque Lugdunenses, haberent, *crepitans accentibus algi*; nonnulli, *crepitans ac dentibus algit*, plane inepte, idque olim lectori indicassem; et *crepitans accentibus algi*, ut plerique libri habent, edidissem; venit mihi postea in mentem, verba illa Plauti in *Rudente* 2. 6. 51. legenti, 'Cui. Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem? *La.* Quapropter? *Cui.* quia pol clare crepito dentibus: facillime, et commodissime, et aptissime ex hac scriptura, *crepitans ac dentibus algit*, fieri posse *crepitans ac dentibus Algius*. *Perspicua* enim hic est *συματοποδία*: et *Hiemi, Algo, Volturino, Austro,* corpora affinguntur, poetico more. Idcirco *Algius* scribendum curavi, littera prima majore. Vennste autem, et convenienter, et probabiliter *Algam* dentibus crepitantem facit, quia eos qui algent, dentium crepitus comitari solet, ut et totius corporis tremor, et horror, et rigor, et simil. quod indicat *Plauti* locus, quem modo protulimus. Jam 'algius,' sen 'algius,' frigus significat: atque eadem voce usus est etiam 3. 732. Cum

Delph. et Var. Clas.

hoc mihi statim post secundam editionem venisset in mentem, cujus rei mihi testes sunt viri optimi et ornattissimi, reperi non multo post, idem ab aliquo nescio quo excogitatum esse, idque *Zoilum* pro suo produsse: nisi quod *algor* ab eo scriptum est, quod minus probo, quia longius æquo a scriptura recepta remotum est. *Lamb.* *Vulgatæ* lectionis, *Accentibus algi*, non meminisse, nisi eam *Fayus*, acutus et bellus homo, huic, qua nulla est verior aut venustior, prætulisset. *Creech.*

749 *Cum fieri possint]* In duobus libris manuscr. scriptum est, *Cum florere queant.* *Lamb.*

750 *Solis item quoque]* Nunc de defectibus solis et lune: et priore loco de defectu solis. de quibus sic *Diog. Laërtius*: 'Ἐκλείψης δὲ ἡλίου καὶ σελήνης δύναται μὲν γίνεσθαι καὶ κατὰ σβέσιν, καθάπερ καὶ παρ' ἡμῶν τοῦτο θεωρεῖται γινόμενον, καὶ δὴ κατ' ἐπιτροπθεῖον ἔλλων τινῶν, ἢ γῆς, ἢ οὐρανοῦ, ἢ τινος ἐτέρου τοιούτου, &c. i. e. 'Solis autem et lune defectus potest quidem fieri etiam per extinctionem, quemadmodum et apud nos hoc fieri videmus, et vero per obfectionem aliarum quorundam rerum, aut terræ, aut cæli, aut cuiuspiam aliis talis rei,' &c. Idem paucis verbis post: ἐκ δὲ τῆ δυοκαίδεκάτῃ περὶ φύσεως ταῦτα λέγει καὶ τὸν ἡλίον ἐκλείπειν σελήνης ἐπισκοποῦσης· σελήνην δὲ ἐκ τοῦ τῆς γῆς σκιασματος· ἐτι δὲ κατ' ἀναχόρησιν. i. e. 'Et solem deficere, luna inumbrante: lunam vero ex umbra terræ: præterea vero et ex recessa a sole.' *Lamb.* Demum fit solis defectus, cum luna aut aliud opacum corpus subiectum soli radios illius excipit, et ab ulteriori ad terram progressu prohibet. Luna item deficit, cum incidit in umbram terræ, aut alterius alicujus opaci corporis quod e regione solis interpositum interjectumque sit: aut demique sol et luna, cum loca quædam cæli suis ignibus infesta et

Lucret.

5 E

inimica percurrant, languent, et quasi deliquium patiuntur, vas. 20. Creech.

752 *Secludere Solis Lumine*] Terram separare a solis lumine, et ita privare, ac spoliare. Lamb.

753 *Eji*] Soli. Lamb.

754 *Objiciens cœcum radiis ardentibus*] Objiciens suum orbem obscurum radiis solis. Lunæ enim corpus sapte natura opacum et obscurum est. Lamb.

755 *Tempore eodem, &c.*] Cur (inquit) luna possit terram lumine solis privare, nisi orbis objectu: eodem tempore aliud corpus, quam luna, quod semper nobis sit obscurum non debeat putari idem efficere posse? proinde quasi dicat: non potest afferri ratio, quamobrem aliud corpus, quam luna, idem efficere non queat, quod lunam efficere plerique dicunt. Primus autem Thales dixit, solem deficere eo, quod luna, quæ est terrena et opaca natura, eum subeat ad perpendicularum, i. e. interponatur inter solem et terram. Lamb.

757 *Solque mos*] Hæc fuit Xenophanis opinio. Putavit idem ille novos quotidie soles et occidere et oriri. Lamb.

Dimittere] Ita vet. Cod. *Gifan*.

759 *Flammis infesta*] Non ita dico 'flammis infesta,' i. e. flammis inimica, ut frigida: sed flammis immoderatis oppleta, atque occupata, et quoddammodo infestata ac vexata. sic 2. 520. 'Hinc flammis, illinc rigidis infesta pruinis:' ut quidem legendum putant nonnulli: quibus assentior. Nam alii quidam legi volunt *rigidis in fessa pruinis*. Lamb. Vs. 769. 'Luminibus propriis inimica.' Lambinus autem, flammis immoderatis oppleta vel occupata, et quoddammodo infestata et vexata. Huic vero interpreti ne credas. Creech.

760 *Interstingui*] Interea extinguui, intereaque perire. Lambin.

761 *Et cur terra queat*] Nunc de lunæ defectu. Lambin.

762 *Et oppressum solem super ipsa tenere*] Sic quidem habent omnes libri, et manuscr. et vulgati: quæ lectio, si cui probetur, sic explicari potest: et ipsa, scilicet luna, super, i. e. cum sit super, solem oppressam tenere. Sed ego, invitis libris omnibus, olim sic legendum esse putabam, *et oppressum subter solem ipsa tenere*. hoc enim sentire mihi Lucretius videbatur: Car terra inter solem et lunam intercedens (nam ex hujusmodi interpositione defectum lunæ nasci volunt fere omnes) lunam lumine spoliare, solemque quodammodo ipsa subter se oppressam tenere possit, dum luna in umbram terræ incidit: eodem tempore aliud corpus, quam terra, lunæ succedere et subjici, vel supra solem orbem ferri non queat? Mendum autem existimabam esse natum ex voce *super*, interpositum per *p*, unde postea factum esse *super*: postremo cum syllabæ prioris brevitatem versam corrumpere, mutatam ordinem verborum, et ita scriptum, ut videmus. Veruntamen neque quicquam antea mutavi, neque nunc mutandum censeo. Ad hunc locum pertinet illa M. Tull. lib. 2. de N. D. 'Atque etiam tum subjecta atque opposita soli radios ejus et lumen obscurat, tum ipsa incidens in umbram terræ, cum est e regione solis, interposito interjectuque terræ, repente deficit.' Lamb. *Solem super ipsa tenere*. Hæc verissima scriptura in vet. libris. Forte etiam *supera*: quod respondeat oppresso et inferiori soli. Vide 'Super,' in Indice. *Gifan*. *Super*. Ridicule facit qui in notis suis istud *super* de luna intelligit; imo ad terram referri debet; quod ratio et versus sequentes probant. *Faber*. *Fayus* autem, 'Retinere solem absconditum supra seipsum:' *Ædipum quæras*, ego *Davus sum*. Creech.

763 *Menstrua dum rigidis, &c.*] I. e. dum luna, spatio menstruo curarum suam conficiens, perlabitur ultimam

umbrarum terræ partem. quidam per 'conum' terram significari volunt, quasi sit *κωνοειδής*, cum Aristoteles lib. 2. *μετέωρον*. dicat esse tympani figura, et lineas ab ejus centro ductas duos conos efficere. *Lamb.*

Coni] Vel terram *κωνοειδής* facit, vel macronem seu acumen umbræ telluris significat. *Faber.*

764 *Succurrere*] Succedere, vel subter, aut sursum ire. *Lambini.* Succedere in locum lunæ: *Fayus*: Digna *Fayo* sententia. *Succurrere* autem, subter ire. *Creech.*

766 *Radius*] Solis. *Lamb.*

768 *Cur nequeat certa*] Sic habet cod. *Vatic.* et vulg. *Florent.* *Lamb.*

769 *Pererrat*] Sic emendavi, nam vulg. lectio *pererat*, mendosa et corrupta est: alii legunt *peragrat*. *Lamb.* *Peragrat*. Ita in vet. libris nostris. In aliis, et vulgatis, *per exit*. Versum seq. quia a veteribus aberat et inepte hic inculcatus erat, sustuli. *Gifan.*

Menstrus dum rig.] Frustra hic versus alieno loco iteratur. *Lamb.*

770 *Quod superest, quoniam*] Brevis *ἀνασφαλαιώσις* eorum quæ hactenus explicavit: post quam redit ad initium mundi, et docet, quid primum in mundo recenti natum sit. *Lamb.* Explicatis suo more solis, lunæ, et astrorum motibus, a cælis ad terras vs. 11. descendit, rerum ortum et originem e tellure rerum omnium parente enarraturus. *Creech.*

772 *Solis uti varios, &c.*] Elegans *ἀνασφαλαιώσις*. *Gifan.*

774 *Effecto lumine*] Sic restitui, tres codices manuscr. secutus, in quibus plane et sine litura ita scriptum est: in duobus aliis autem *effeto*, et *effato*, cum vulgati habeant *effeto*, vel *effato*. 'effecto' autem interpretor obducto et obstructo, et per alicujus corporis interpositionem ad tempus excluso. idem 2. 155. 'et extra Officiantur, uti cogantur tardius ire.' *Lamb.* Hæc perspicue vera scrip-

tura, ex vet. libris. *Gifan.*

776 *Consivent*] *Συμπίπτει*, lumen sursum claudunt. Tralatio esset, nisi addidisset 'quasi;' nunc autem est *ελάττω*. *Lamb.* Solem et lunam tanquam duos hujus mundi oculos concipere. *Creech.*

780 *Et incertis tentari credere ventis*] Sic restitui partim conjectura ductus, partim a vet. libris adjutus, partim a sententia ipsa admonitus. Nam cum reperissem in aliis libris manuscr. *tendant committere*; in aliis, *credent committere*; in vulgatis item modo hoc, modo illud, modo *tendat*, numero singulari; viderem autem sententiam postulare verbum numeri singul. præteriti temporis optativi modi, ego ex *tendat* feci *tentari*, ex *credent*, *credere*, suspicatus, vulgatum *committere*, fuisse explicationem verbi *credere*, ad oram libri adscriptam, quæ postea in contextum verborum translata sit, ejecto vero et germano verbo *credere*. *Lamb.* Mira *Lambini* *Eustochasia*. In vet. libris, *tendant committere*; et, *credent committere*. *Vulg. tendant committere*. *Gifan.*

781 *Principio, genus herbarum, &c.*] Ita vs. 18. ortum rerum e recenti tellure enarrat *Lucretius*, ut ipsam originem spectasse videatur: nam primum herbæ, deinde arbores, postea animalia minus perfecta, et demum perfectiora. Quippe cum mures, ranas, et ejusmodi animalia, sponte nasci hodie, cum totus mundus consenuit, videamus, quid a recenti tellure, et adulto æthere sperare non licet? *Creech.*

785 *Inmissis certamen habenis*] I. e. laxatis. *Virg. Æn.* 6. 1. 'Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas.' Sententia autem hujus loci hæc est: arboribusque datum est, a natura scilicet, ut certatim, et hilariter, et sine ulla mora, allove impedimenta crescerent. Allegoria est ducta ab equis, quibus 'habenæ' ab aurigis inter currendum laxantur.

Virgilius propius transtulit ad classem. *Lamb.*

789 *Inde loci*] I. e. ab illo tempore. sic sup. 438. 'Diffugere inde loci partes capere, paresque Cum paribus jungi.' *Lamb.*

791 *Nam neque de celo*] Sic sup. 2. 1153. 'Haud (ut opinor) enim mortalia sæcla superne Aurea de cælo demisit funis in arva.' *Lamb.*

793 *Linguitur, ut merito*] Sic 2. 598. 'Quare magna Deum mater, materque ferarum, Et nostri genitrix hæc dicta est corporis una : ' et infra statim vs. 819. 'Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta Terra tenet merito,' &c. *Lamb.* Superest, igitur, ut, &c. *Faber.*

795 *Multaque nunc etiam existunt*] A simili probat, animalia omnia principio terra humida, solis calore calefacta, exstitisse. *Lamb.*

798 *Atque æthere adulta*] Quidam legi volunt *adulto*. Sed scriptura recepta servari potest, ut subintelligatur ἀπὸ κοινοῦ 'novo.' *Lamb.*

799 *Principio, genus alitum*] Rationem primæ originis animantium explicat ex sententia Anaximandri, et aliorum quorundam veterum Philosophorum : quam pluribus persequitur Diod. Siculus lib. 1. non longe a principio : quæ, quia hunc locum non mediocriter mihi videntur illustrata, adscribere non pigebit. Ταύτην δὲ [γῆν] τὸ μὲν πρῶτον τοῦ περὶ τὸν ἥλιον πυρὸς καταλάμψαντος πῆξιν λαβεῖν, ἔπειτα διὰ τὴν θερμασίαν ἀναξυμουμένης τῆς ἐπιφανείας, συνοιδησαί τινα τῶν ὑγρῶν κατὰ πολλοὺς τόπους, καὶ γενέσθαι περὶ αὐτὰ σπηδεύσας ἡμέτι λεπτοῖς περιεχομένας. ὕπερ ἐστὶν ἐν τοῖς ἔλεσι, καὶ τοῖς λιμνάζουσι τῶν τόπων ἔτι καὶ τῶν ὀρεῶν γινόμενον, ἐπειδὴν τῆς χώρας κατεψυγμένης ἄφω διάφυρος ὁ ἀῆρ γίνηται, μὴ λαβὼν τὴν μεταβολὴν ἐκ τοῦ κατ' ὄλιγον. ζωογονουμένων δὲ τῶν ὑγρῶν διὰ τῆς θερμῆς τῶν εἰρημένων τρόπου, τὰς μὲν νέκτας λαμβάνειν αὐτίκα τὴν τροφήν ἐκ τῆς πικτόσης ἀπὸ τοῦ περιεχοτος ὀμίχ-

λης. τὰς δ' ἡμέρας ὑπὸ τοῦ καθύπευκτος σπηρεοῦσθαι. τὸ δ' ἔσχατον τῶν κροφουμένων τὴν τελείαν αἰχρῶν λαβόντων, καὶ τῶν ἡμέων διακαυθέντων τε καὶ περιφραγόντων, ἀναφυῆσαι, καὶ φαῖναι παροδαποδὸς τύπους ζῴων. τούτων δὲ τὰ μὲν πλείωσθις θερμασίας κεκοινωνηκότα, πρὸς τοὺς μετεώρους ἀπελθεῖν γινόμενα πτηνὰ. τὰ δὲ γρόβους ἀντεχόμενα συγκρίσεως, ἐν τῇ τῶν ἐρπετῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιγείων τάξει καταρωμῆθῆναι. τὰ δὲ φέουσι ὑγρῆς μάλιστα μεταληφτότα, πρὸς τὸν ὀμογενῆ τρόπον συνδραμεῖν, ὀνομασθέντα πλατὰ, &c. i. e. 'Hanc autem (terram) primum quidem cum ignis soli circumfusum eam collinstrasset concrevisse : deinde, cum propterea quod concaluerat, extremæ ejus oræ veluti fermentarentur, multis locis humida quædam intumuisse, et in eis putrores quosdam tenuibus membranis circumdatos exstitisse. quod in paludibus et in stagnantibus locis etiam nunc fieri cernere licet, cum ea loci regione frigida facta, aër repente exarsit, neque sensim fuerit immutatus. Humida autem illa eo, quo diximus, modo calore animata, noctu quidem ex nebula superne cadente cibum cepisse ; interdiu autem ab æstu solidata esse. Postremo iis, quæ in uteris terræ inolevisent, justum incrementum consecutis, membranisque perustis ac perfractis, exstitisse atque exortas esse omnis generis animalium formas. Horum autem ea quidem, quæ plurimum caloris noctæ fuissent, ad superna loca abiisse, volatilia facta : ea autem quæ terrenam retinuisent soliditatem, in reptilium et aliorum terrestrium ordine esse numerata, quæ vero naturam humidam maxime haberent, ad locum ejusdem generis concurrissæ, natatilia nominata.' Idem ibidem quosdam Euripidis versus ex Menalippa profert ab hac sententia non discrepantes : 'Ὅς οὐρανὸς τε, γαῖά τ' ἦν μορφή μία : 'Ἐπεὶ δ' ἐχυρίσθησαν ἀλλήλων δίχρα, Τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκαν ἐς

φῶς; Δένδρα, περὶ τὸν θῆρας, οὐς θ' ἄλλω τρέφει, Γένος τε θνητῶν. i. e. 'Nam terra, cælumque una forma erant simul: Sed alterum postquam seorsum ab altero Junctum est, peperere cuncta, et edidere in luminis Oras, ut arbores, feras, atque alites, Et quas alit mare, et genus mortalium.' *Lamb.* Primum volucres ovis excludantur, verno quidem tempore, id enim tempus maxime opportunum, sed plumis, pennis, iis denique viribus instructæ, ut sponte sua victum quærirarent. Deinde e quibusdam folliculis, quos lucetis appellamus, terræ adhærentibus alia animalia, atque ipsi homines eruperunt, quibus alendis idoneus liquor lacti simillimus e matris terræ venis commode in ora singulorum fluxit, nam parienti telluri non minus quam fœminis læ recte attribui videatur. Ita telus alimentum dedit, temperies aëris fecit ut vestimentis non esset opus, et molle cubile præbebat terra multo gramine abundans. vs. 17. *Creech.*

800 *Exclusæ*] Proprie et nsitate dixit. Gallinæ enim et ceteræ aves pullos ex ovis excludere dicuntur. *Lamb.*

801 *Folliculos ut nunc*] Tunicas appellavit sup. lib. 4. non longe a principio, 'ut olim Quom veteres ponunt tunicas æstate cicadæ.' *Lamb.* et *Gifan.*

803 *Tunc ibi*] Fingit poetice Lucretius post creata cuncta animalia hominem ex humo esse genitum: nutritumque pabulis etiam terrenis. Super qua re Papinius eleganter: 'Oranique ferebant Dura pnerperia, et populos umbrosa creavit Fraxinus, et facta viridis puer excidit orno.' Similiter Maro *Æn.* 8. §15. 'Gensque virum truncis, et duro robore nata.' *Pius.* *Tum tibi Terra.* Sic habent aliquot libri vulg. quibuscum consentiunt tres manuscr. alii, *Tunc ibi.* *Lamb.* In quibusdam, *Tunc ibi.* *Gifan.*

805 *Hinc, ubi quaque*] Sic restitui in secunda jam editione, cum in libris manuscr. scriptum reperissem partim *Hoc ubi*, partim *Ecce ubi*, partim *Ac tibi*, partim *Heccubi*. In prima autem reposueram *Atque ubi*, non male. *Lamb.* Ita in vet. libris nostris. In aliis, *Hece*. In aliis, *Ecce*; ut et in vulgatis. *Gifan.*

806 *Crescebant Uteri*] Profert hunc versum Firmianus de Origine Erroris, 2. 12. totamque hanc de prima animalium sententiam refellit his verbis: 'Aiunt certis conversionibus cæli, et astrorum motibus, maturitatem quandam existisse animalium serendorum: itaque terram novam, semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse, de quibus Lucret. lib. 5. 'Crescebant uteri, &c. eosque, cum maturassent, natura cogente, ruptos, animalia tenera profudisse: deinde terram ipsam humore quodam, qui esset lacti similis, exuberasse, eoque alimento animanteis esse nutritos,' &c. Nam satis est mihi locum indicasse. Eodem pertinet illud M. Tull. lib. 1. de Leg. 'Nam cum de natura omni quæritur, disputari solent nimirum ista, et nimirum ita sunt ut disputantur: perpetuis cursibus, et conversionibus cælestibus existisse quandam maturitatem serendi generis humani, quod sparsum in terras, atque satum, divino auctum sit animorum munere.' Ad hunc eundem locum pertinent illa quæ dicuntur a Dione Chrysost. oratione Olymp. aut de prima Dei noticia: Πρώτην μὲν τροφήν οἱ πρώτοι καὶ ἀνθρώπους νεμόμενοι τὴν γαστήρ, μαλακῆς ἔτι καὶ πλοῦτος τῆς ἰλῶος τότε ὀνόμας, ὅσπερ ἀπὸ μητρὸς γῆς λιχμώμενοι, καθάπερ τὰ φυτὰ τὴν ἑλευσιν ἐξ αὐτῆς ἐκμάδα, &c. i. e. 'Ac primi quidem homines, et ex ipsa terra nati, primum alimentum carpentes terrestre, cum mollis etiam tunc, et pinguis limus esset, tanquam a matre terra lam-

bentes, ac *ingentes*, quemadmodum stirpes et plantæ nunc ex ea humorem trahunt,' &c. *Lamb.*

806 *Terræ radicibus apti]* I. e. in hærentes et affixi terræ radicibus. *Lamb. Xvavpθères.* Vide omnino Diodorum lib. 1. magnum enim operæ pretium fuerit. *Faber. Xvavpθères.* Olim Censorius cap. 2. ut hodie *Fayus*, vocem *radicibus* voci *terræ* adjunxit: sed fallitur. *Creech.*

808 *Fugiens humorem]* Sic omnes libri. *Lambinus* tamen, *sugens*. Loquitur de humore, de quo quarto ab hinc versu; ibi: 'Mnitus,' &c. *Gifan.* Existimaram olim legendum *sugens humorem*, verbis *Firmiani* et similibus locis adductus. Nunc autem lectionem receptam tueor, *fugiens humorem*. Sunt enim hæc quasi consequentia 'fugiens humorem, aurasque petissens.' *Lamb.* In quo viz. humore infantes in istis uteris inclusi natabant. *Creech.*

Aurasque petissens] Sic habent tres libri manuscr. dictum autem 'petisso,' seu 'petesso,' ut 'capesso,' 'lacesso,' 'arcesso:' malim autem reponi *petissens*. Sic enim *Festus*: 'Petissere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua sunt lacessere et incessere. Sed (ut mihi videtur) eo significabant sæpius petere, ut petissant, sæpius petant.' Hactenus *Festus*. utitur hoc verbo et *M. Tull.* lib. 2. de Consulatu: 'Mentesque divina cælum terrasque petissit.' *Lamb. Petissens.* Ita nostri libri; rectissime. *Gifan.*

809 *Convertabat ibi]* Sic quidem habent omnes libri, et manuscr. et vulg. verumtamen *ibus* legendum putabam, ut intelligamus, naturam convertisse foramina terræ ad infantes, seu potius ad uteros illos tempore maturo patefactos. 'ibus' autem antiquum pro iis, teste *Nonio*. *Plaut.* *Mil.* 1. 1. 74. 'ibus denumerem stipendium.' *Pompon.* 'Nunc quando voluisti facere, fac voluptati sis ibus.' *Ve-*

rumtamen nihil mutare ausim. *Lamb. Ibi.* i. e. tum. *Faber.* *Ibus* pro iis *Lambinus*. *Ibi* *Faber*. Tum mihi videtur respicere vocem *Ubi* vs. 805. *Creech.*

813 *Impetus alimenti]* Nil melius poterat; sentiri potest, non explicari. *Faber.*

816 *At novitas mundi]* Hæc pertinet ad id quod quis objicere poterat, neque omisit *Firmianus*. sic enim ille eo, quem paulo ante indicavi, loco. Quomodo autem vim frigoris, aut caloris, ferre aut vitare poterunt, aut omnino nasci, cum sol exurreret, frigus astringeret? Non erant (inquiunt) a principio mundi hiems et æstas, sed perpetua temperies, et ver æquabile. Cur ergo nihil horum fieri etiam nunc videmus? &c. *Lamb.* Quomodo autem vim frigoris aut caloris ferre, aut vivere poterant, aut omnino nasci, cum sol exurreret, frigus astringeret? Quia in principio mundi non erat hiems et æstas, sed perpetua temperies, et ver æquabile, vs. 8. Ab omni igitur retro tate tellus mater jure dicta est, cum volucres, feras, ipsum demique hominem produxit. *Creech.*

818 *Omnia enim pariter, &c.]* Ita quoque æstas et hiems; ista enim hujus versus sententia. *Creech.*

819 *Quare etiam atque etiam]* Sic supra paulo ante: 'Linquitur, ut merito,' &c. *Lamb.*

Maternum nomen adeptæ Terra tenet] *Adeptæ tenet* sic dictum, ut illa quæ annotavi ad l. 1068. 'Amplexi quod habent perverse prima via.' *Lamb.*

822 *Quod in magnis bacchatur montibus passim]* I. e. quod passim per monteis, bacchantium in morem, vagatur. *Lamb.*

824 *Sed quia finem aliquam, &c.]* Cur vero nihil horum fieri etiamnum videmus? Quoniam vs. 11. temporis conditio mutatur, terra desit parere, et quid mirum si mundus

jam senex modo calore, modo frigore nimio, et aliis longæ ætatis incommodis vexatus, sterilis tandem fiat et effectus? *Cresch.*

825 *Destitit, ut mulier*] Sic sup. 2. 1149. 'Jamque adeo fracta est ætas, affectaque tellus: Vix animalia parva creat,' &c. *Lamb.*

827 *Excipere omnia*] Subsequi omnia, *ἑκδιχοῦσαι*, succedere omnibus. *Lamb.*

828 *Omnia migrant*] *Πᾶρα μεταβάλλου*, omnia mutantur et demigrant ex suo statu, aut ex sua forma. *Lamb.* Dulcius, et elegantius esset: *migrat.* *Giffas.*

829 *Et vertere cogit*] *Vertere* absolute positum est, et veluti pro verti. *Lamb.*

830 *Namque aliud putrescit, &c.*] Sic sup. 2. 78. 'sic rerum summa novatur Semper, et inter se mortales matra vivunt: Augescunt aliæ gentes, aliæ minuantur,' &c. eod. lib. 576. 'miscetur funere vagor, Quem pueri tollant, visentes luminis oras,' &c. *Lamb.*

Evo debile] *Ætate* atque annis debilitatum et confectum. *Lamb.*

835 *Mullaque tum Tellus*] Ratione primi animantium ortus explicata, docet, terram, tanquam rudem scilicet et imperitam, non statim perfecta et omnibus suis partibus ac numeris absoluta animalia creasse, sed initio multa portenta, alia sine capite, alia sine ore, alia sine manibus, &c. edidisse: sed frustra, quod ea neque adolescere, neque justum incrementum sumere, neque cibum capere, neque inter se commiseri procreandi causa potuerint. Eo consilio autem hæc ab Epicuro excogitata sunt, ut ostenderet nullam esse providentiam, et homines ceteraque animalia, non divinitus, sed fortuito esse nata. Quam sententiam refellit Lactant. lib. de Opificio Dei cap. 6. his verbis: 'Non possum hoc loco teneri, quo minus Epicuri stultitiam

rarsum coarguam. Illius enim sunt omnia, quæ delirat Lucretius, qui, ut ostenderet animalia non artificio aliquo divinæ mentis, sed, ut solet, fortuito esse nata, dixit, in principio mundi alias quasdam innumerabiles animantibus miranda specie et magnitudine fuisse natas, sed eas permanere non potuisse, quod illas aut sumendi cibi facultas, aut coëundi generandique ratio defecisset,' &c. *Lamb.* Quoniam fortuito nata erant animalia, putandum est in principio mundi alia quædam innumerabilia animalia miranda specie et magnitudine fuisse nata, sed ea permanere non potuisse, quod imperfecta erant, et quod illa sumendi cibi facultas, aut coëundi, generandique ratio defecit, vs. 20. Nam quæcumque videmus animalium genera, aut suis virtutibus aut hominum cura conservantur; leones defendunt vires, dolus vulpes, cervos fuga, &c. Quæ nostris commodis inserviunt, canes, boves, equos, &c. nos ipsi defendimus et tmemur: sed quid imperfecta, et quæ nulli usui forent aleremus? *Cresch.*

837 *Androgynum*] Extat elaboratum omni cum lepore et venere, *Pulicis* antiqui poetæ Epigramma: id dignum visum est, quod nostris his *Vigiliis* inseratur. *Policem* igitur audi: 'Cum mea me genetrix gravis gestaret in alvo, Quid pareret fortur consuluisse Deos. Mas est *Phœbus* sit: *Mars* femina, *Juno*que neutrum: *Camque* forem natus *Hermaphroditus* eram. *Quærenti* letum *Dea* sic ait: occidet armis; *Mars* cruce; *Phœbus* aquis, sors rata quæque fuit. *Arbor* obumbrat aquas: ascendo: decidit ensis *Quem* tuleram casu: labor et ipse super. *Pes* hæsit ramis: caput incidit amne: tulique *Fœmina*, vir, neutram, flamma, tela, crucem.' Non injucundum fore putavi hos poetæ prisci versus inserere ut palmophilos et antiquitatis scrutatores de-

mererè, quos et probo et laudo. Si- quidem nil me perinde reficit et mul- cet quam elogii, aut inscriptionis antiquitatem sobriam et doctam re- dolens Epigramma: quale nuper in- vento marmore in agro Bononiensi inhianti et pendenti mente legi mo- nimentum erutum iis verbis miro chafacteris artificio cœlatis. Q. MA- NILIO. C. F. CORDO LEG. XXI. RAPAC. PRÆF. EQUIT. EXAC. TRIBUT. CIVIT. GALL. post hæc verba in fine lapidis hoc quoque additam fuit. FAC. CUR. CERTUS LIB. IN AGR. P. XLIV. IN PRO. P. XLIV. h. e. 'Quinto Manilio Cai filio Cordo legionis vigesimæ primæ rapacium præfecto equitum: exac- tori tributorum civitatum Galliarum: Faciendum curavit Certus libertus. In agro passus 44. In fronte pas- totidem.' Et ne 'Cordus' vox inso- lens te reddat anxium, scito 'Cordes' antiquos filios appellasse qui sero nascerentur, i. e. qui essent serotini: ut 'corda frumenta' quæ se- ro maturescunt, et 'sœnum cordum.' Auctor est Pompeius. hoc aperiet tibi Quintil. lib. 1. ita scribentem: 'Et ex casu nascentium, hinc Agrippa et Opiter et Cordus.' Sed et eviden- tius rem M. Varro prodit lib. 2. de R. R. 'Dicuntur agni cordi, qui post tempus nascuntur et remanserunt in volvis intimis, vocant chorion: a quo cordi appellati.' Quod vero subdit- tur in agro et in fronte tot passus, aperit quoque versus Hor. Serm. 1. §. 12. 'Mille in fronte pedes, tercen- tos cippus in agrum Hic dabat, hæ- redes monumentum ne sequerentur.' Subdit Porphyrio: 'Solet nempe pri- vatis inscribi monumentis quot pedes in fronte, quot in agris habeant. Item singularibus libris notari: h. m. h. n. s. videlicet ne pro suis habeant in ferendis reliquiis aliorum mortuo- rum.' Sic nempe Porphyrio corri- gendus: quam notandi monumenta formulam in Gallia Cisalpina solerter in veteri lapide consideravi. Piss.

Hunc versum delendum censeo; et spurium: hoc primum. deinde cum varie legatur in codicibus et manuscr. et vulgatis, eam potissimum lectio- nem secutus sum, quæ mihi minus inepta visa est. Omnino ego arbitror hunc versum ab aliquo nugatore esse inculcatum. 'Androgyni' autem sunt, qui utroque sexu præditi sunt, plane monstra naturæ, sed non qualia hic describit Lucret. qui de iis loquitur quæ adolescere, aut omnino ætatem agere nequiverint. At 'Androgyni,' qui sunt iidem hermaphroditis, et vi- vant, et adolescant, et senescunt. Itaque quærit Ulpian. lib. 1. ad Sa- binum, 'utrins sexus habendus sit Hermaphroditus,' et Lucell. lib. 30. 'imberbos' appellat, quasi mulieribus quam viris similliores, apud Noniam in voce 'imberbi,' hoc versu corrup- to, 'In verbo Androgyni, barbati mœchocinædi.' qui sic est emendandus, Imberbi, seu 'Imberbi, Androgy- ni, barbati mœchocinædi.' Lamb. De- lendus hic versus. Faber. *Androgy- num inter utras, nec utraque utrimque remotum.* Ego cum Lambino hunc puto nothum. Ita tamen in vet. quibusdam legitur. In aliis libris aliter. *Gifan.* Quid de varia spurii versus lectione inquiramus, cum totus deleri debeat? Monebo tamen Heinsium ad Claudiani Phœnicem legere *Andro- gynen inter natura, atque ab utroque remotum.* Quicumque hunc versum inseruit Androgynon Platonis (in Symposio) videtur respexisse. *Cresch.* 838 *Orba pedum, &c.*] Vel ex hoc versu apparet versus *Androgynum, &c.* esse alienum. Lamb.

839 *Muta sine ore*] Quidam libr. habent, *Muta sine ore.* non probo. Quamquam etiam hæc scriptura vide- tur ferri posse, atque adeo esse pro- babilis: ut sit antithesis, *Muta sine ore, sine vultu.* iudicent eruditi. Om- nino aptior esset antithesis, si esset, *Muta sine ore, etiam sine visu cæca.* Lamb. *Multa.* Quidam libri, *Muta.*

Gifan. Alii, *Muta*: et venustus. Creech. Recte; *Muta sine ore*, uti mox, 'cæca sine voltu.' Hav.

840 *Adhæsu*] Unus est hac voce supra 3. 382. 'Nam neque pulveris interdum sentimus adhæsum:' et item alibi. Ordo autem et sententia horum verborum est: Et multa portenta comata est creare natura, vincta, et constricta membrorum colligatione et adhesionem, eaque per totum corpus. Lamb.

842 *Quod foret usus*] Sic reposui, conjectura ductus, cum reperissem in uno cod. manuscr. *quod fovet usus*. Lamb. Egregie Lambinus. Vulg. *volet*. In vet. quibusdam, *fovet*. Forte *fovet*. Gifan.

844 *Absterruit*] Sic habent omnes libri et manuscr. et vulg. hoc primum: deinde sententia est optima: postremo verbum *absterrere* est elegantissimum, usitatissimum, significantissimum. Et tamen Zoilus in ejus locum substituere voluit verbum *abstergere*, idque misis omnibus et veneribus invitis ac plorantibus. Nam (si Diis placet) ut huic verbo hic locus esset, novus iste grammaticus ex genere (opinor) Aristarchorum, aut Priscianorum, novum præteritum fluxit, *absterguit*, quod in tota Lingua Latina non reperitur. habet enim *absternit*: idque notum est vel pueris septennibus. Et tu audes, bellua, manibus tuis inquinatissimis bonos scriptores attingere? *és nópaxas* cum tuo fædissimo præterito *absterguit*. Lamb. *Absterguit auctum*. Ita ex vet. libris restitui. sup. 4. 1058. Vulg. *absterruit*. Gifan. Nonius in voce 'Deavevi,' 'Parisitos amovi, leonem ædibus absterni.' Creech.

845 *Nec potuere cupitum ætatis tangere florem*] I. e. nec potuere ad justum ætatis robur et vigorem pervenire. 1. 566. 'summum ætatis pervadere florem.' ibid. paullo post, 565. 'Stare, quibus possint ævi contingere florem.' Lamb.

846 *Jungi per Veneris res*] Coire. Illud Ovidianum huc vergit. 'Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella, Quo pariter debent fœmina virque frui.' Pius.

847 *Multa videmus enim*] Versus est Hypermeter. Sententia autem est hæc: Multa concurrere debere, ut animantes genus suum propagare possint: primum ut sint pabula: deinde ut viæ quædam sint, per quas semina vim gignendi habentia manare possint, membris per rem Veneream laxatis et remissis: postremo, ut mas et fœmina membra habeant, quibus ambo inter se per rem Veneream jungi, et communem inter se voluptatem capere possint. Lamb.

850 *Semina qua possint*] Sic legendum potius, quam *quæ possint*; nam hic ordo est: Deinde ut sit via, qua genitalia semina per artus, membris relaxatis, manare possint. Lamb. In aliis, *quæ*. Gifan.

851 *Habere, Mutua queis, &c.*] Sententia hic eram initio ebd. Florentinos, et nonnullos alios vulg. in quibus impressum est, *habendum, Mutua queis nectant inter se gaudia, utrisque*, cum altera scriptura, quæ reperitur in aliis libris, *habere, Mutua queis nectant inter se gaudia utrisque, &c.* mihi, propterea quod erat repetendum, aut sumendum foris verbum *debent*, vel *debere*, ægre defendi posse videretur. Illam autem sic explicabam: Et ut fœmina cum maribus jungi possit, habendum est utrisque: id est, utrosque, scilicet mares et fœminas, habere oportet membra, quibus mutua gaudia inter se nectant. Nunc magis probo receptam: et subintelligo *debent*, nempe ntrique, mares et fœminæ. vel repete *ἀρδ κορωῶν*, 'videmus debere.' Lamb. *Habere, Mutua queis nectant inter se gaudia, utrisque*. Sic omnes veteres; subaudi, debet, vel, necesse est. Concisus videtur sermo vulg. Marullus, Lambinus, et vulg. *habendum utrisque*. Gifan.

855 *Vesci vitælibus auris*] Virg. *Æn.* 1. 510. 'Quem si fata virum servant: si vescitur aura Ætheria,' &c. idem 4. 445. 'Quid puer Ascanius? speratne, et vescitur aura.' *Lamb.*

856 *Aut dolo, aut virtus, aut denique, &c.*] Quæcumque (inquit) animalia vides vivere, ea aut dolo, aut virtute, aut celeritate salutem suam tutata sunt. sic Tyrinus Max. διαλ. περί τῆς ζωῆς. ἀρωγικῆς. Ὅσπερ γὰρ ἄλλο ἄλλο ζῷον ἀλιεῖμα ἔχει παρὰ τῆς φύσεως εἰς τὸν αἰθῶ βίον, ὅφ' οὐ σώζεται, λέουσιν ἀλκή, ἐλάφοι δρόμοι, θῆραι κωσὶ καὶ τῶ μὲν διερω γένει αἰ πῆξαι, τῶ δὲ μεταρῶ αἰ πῆξαι, τῶ δ' ἰλωστωμένῳ οἰ φαλοῖ, &c. i. e. 'Quemadmodum enim aliud alii animalia a natura vitæ præsidium et munimentum datur, a quo servatur; leonibus robur, cervis cursus, canibus venatio: et generi aquatili natationes, volatili volatus, reptili latebræ,' &c. *Lamb.* Vis, robur, valentia, ut olim loquebantur. *Faber.*

Mobilitas] Vs. 861. Fuga: et quis ferat Barthii *nobilitas*? *Creech.*

858 *Multaque sunt, nobis ex Utilitate*] Ut boves, oves, capræ, equi, mulli, &c. quæ animantes partim ad vescendum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda nobis sunt utiles. *Lamb.*

860 *Principio, genus acre Leonum*] *Sup.* 3. 741. *Gifan.*

Savaque sæcla] Et genera animantium iracunda. *Lamb.*

862 *At levisomna*] Sic habent codices aliquot vulgati: in his Veneti, et Florentini, et Germanici Basileæ impressi. et ita legendum, non *Et levisomna*. nam hic versus refertur et pertinet ad ea quæ sequuntur. 'levisomnes' autem canes appellat, quasi levem somnum dormientis, et qui facile e somno excitentur. vigiles ab Hor. dicuntur *Od.* 3. 16. 2. 'et vigillum canum Tristes excubis.' Hoc etiam probavit Zoilus ut suum. *Lamb.* *At levisomna.* In aliis, *Et*; male. *Gifan.*

863 *Quod est veterino*] 'Veterina' (inquit Nonius) animalia dicuntur omnia quæ vehere quid possunt.' *Lucret.* 'Et genus omne, quod est veterino semine partum.' et *Festus*, 'Veterinam bestiam,' inquit, 'jumentum Cato appellavit a vehendo.' *Opilius* 'veterinam' dici putat, quasi 'veterinam,' vel 'uterinam,' quod onus ad ventrem religatum gerat. *Lamb.*

864 *Et bucera sæcla*] 'Bucerum pecus de bubus dicimus,' inquit *Festus*. idem *Lucret.* 2. 661. 'Bucerique greges, et equorum duellica proles.' *Lamb.*

871 *Quare*] I. e. propter quam rem, seu propter quam utilitatem: nam 'quare' hic non interrogat, sed enuntiando referendi vim habet. *Lamb.* Cui nimium ne credas. *Creech.*

873 *Scilicet hæc*] Refert ad illa superiora: quibus nihil horum tribuit natura, ita ut nec ipsa sponte sua vivere, nec utilitatem aliquam nobis dare possent, &c. *Lambin.*

875 *Donicum*] *Donec*, ut sæpe alias. *Lamb.* Ita *Lambinus*. *Vulg.* *Donec.* *Gifan.*

876 *Sed neque Centauri fuerunt*] *Centauri*, animantes ex homine et equo compacti. sic supra 4. 743. 'Nam certe ex vivo Centauri non fit imago, Nulla fuit quoniam talis natura animalis. Verum ubi equi atque hominis casu convenit imago, Hærescit facile extemplo, quod diximus ante.' *Virg. Æn.* 6. 283. fecit Centauros et Scyllas in vestibulo inferorum stabulare cum somniis: 'quam sedem somnis vulgo Vana tenere ferunt, fellisque sub omnibus hærent: Multaque præterea variarum monstra ferarum, Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes.' *Lambin.* Contra *Eupudoclem* maxime qui hoc asseruerat. *Faber.* At natura rudis licet, et imperita, non ea protulit animalia, de quibus poëtæ tam splendide mentiantur. *Thessalia* nullos unquam

vidit Centauros, neque enim equus et homo conjungi possunt, cum non eadem ætate, eodem alimento, neque iisdem moribus uterentur, vsa. 14. Idem de Scyllis, et ejusmodi monstris dicendum, vsa. 9. Qui autem Chimæram extitisse credidit, non consideravit leonis, æque ac cæcilibet animalis, viscera terri igni, et consumi posse, vsa. 7. Qui denique mira et monstrosa istiusmodi animalia e recenti terra produci posse statuat, credat insuper aurea, lacteaque flumina, et reliqua otiosorum poetarum commenta, vsa. 19. Perpendat tamen multa herbarum et arborum semina hodie, (ut olim omnium animalium primordia,) in terra contineri; at nunquam nascuntur complexæ arbores, neque herbarum herbis conjuguntur, vsa. 9. Creech.

877 *Queat duplici*] In quibusdam libris: *queat*; male. *Gifan*. *Duplici natura*, humana, et equina. *Lambin*.

878 *Potestas*] *Δραγus*, potentia. *Lambin*.

879 *Hinc illinc par vis ut non sic*] Si hujus versus varias scripturas lectori proponere vellem, totam paginam implerem. Satis erit mihi eas referre, quæ reperiuntur in lib. manuscriptis, ut videat lector, me ita hunc locum olim restituisse, ut tamen ab iis non longe discesserim. sic igitur habet Vaticanus, *Hinc illinc par vis ut non sint pars esse potis sit*: Scipionis et Fæрни sic, *Hinc illinc partibus ut non sit pars esse potis sit*: Bertinianus et Memmianus sic, *Hinc illinc par vis ut non sit par esse potis sit*: quæ scripturæ cum sint vitiosæ, ego sic reposueram, *Hinc illinc par vis ut non pari esse potis sit*. Atque hæc quidem scriptura fere in Venetis recentioribus et Lugdunensibus reperitur. sic enim in eis legitur, *Hinc illinc par vis ut non par esse potis sit*. Sententia autem hujus scripturæ, si cui forte obscuro videatur, hæc est: Non potest esse natura seu potestas aliqua

ex alienigenis membris, ut humanis et equinis, compacta et confata, ita alienigenis (inquam) ut ex utraque parte, equi scilicet et hominis, aut aliorum animalium inter se compactorum, vis par pari esse, id est par pari respondere, non possit. de versus autem ratione non est quod quicquam dubitet, propter vocem *pari*, in qua voce syllaba *ri* non eliditur, sed corripitur. nam hoc esse Lucretio ositatum alibi ostendimus. Licet etiam sic legere, ut Turnebo placebat, *Hinc illinc par vis ut non sic esse potis sit*, eadem fere sententia: ut ex hæc et illa parte non possit esse par vis, sic, id est, compactis inter se diversis animalibus. Atque hanc lectionem nunc sequi malui. Licet etiam sic legere, *Hinc illinc par vis pari uti non esse potis sit*. Lamb. *Par vis, ut non sic esse potis sit*. Ita legendum puto. In vet. quibusdam, *par vis ut non sit pars esse*. In vulg. quibusdam, *partibus*. Gif. Nec fuisse unquam Centauros, homines equo mixtos scilicet, neque ullum animal, quod ex duabus naturis adeo diversis constaret, vivere et per subolem propagari posse: 'Sed neque Centauri fuerunt, neque tempore in ullo Esse queat duplici natura, et corpore bino Ex alienigenis membra compacta potestas, Hinc illinc par vis ut non sic esse potis sit.' Magna vero in postremo illorum versuum difficultas est, tanta in Mss. Codd. tamque inconstans et multiplex variantia est. In quibusdam enim legitur, *Hinc illinc par vis ut non sint pars esse potis sit*. I nunc, et mortuos excita, tempus est. In aliis, *Hinc illinc par vis ut non sit pars esse potissit*. Portenta versuum, ut vides; et tamen Gifanus hanc posteriorem, quæ omnibus vitis scætet, recipere se et probare professus est; quo nihil unquam deterius poterat. Sed quo tandem pacto rem adeo intricatam, tamque a recto sensu et a Latinitatis usu remotam, explicare

ausus non est? In ea re una, Lector, visus mihi magnopere est sapere; non poterat; quæ vehementissima causa est. In quibusdam etiam legitur, *Hinc illinc par vis non sit par esse potis sit*. In aliis denique alia, quæ non sunt tanti ut huc transcribantur. Lambinus quidem legi posse putabat, *Hinc illinc par vis ut non pari esse potis sit*. Turnebus, *Hinc illinc par vis ut non sic esse potis sit*. At ego secutus vestigia libri Ms. quo usus olim est Færnus, quique versum hunc ita exaratam exhibet, *Hinc illinc paribus ut non sit pars esse potis sit*, tandem ad 'intectas fronde quietes,' et veritatis latibulum deveni, *Hinc illinc par vis ut partibus esse potis sit*, sensu tam necessario, ut aliter scribere potuisse Lucretium, nemo suscipari possit. Rem tribus verbis exponam: Nullum animal ita ex duplici et diversa natura constare potest (exempli g. Equi et Hominis) ut hinc et illinc (a natura hominis et equi) par vis esse partibus possit, i. e. quæ illæ partes componentes nunquam parem vim haberent; cum species animantium aliæ aliis citius crescant, citius minuantur; quæ ea ipsa ratio est quam affert Lucretius in iis versibus, qui hunc sequuntur. Sed illos sine omni mea opera tutemet legere poteris. *Faber*. Ita Turnebus, nec incommode: alii aliter: *Faber* autem spreto aliorum conjecturis hæc habet, 'Lege *Hinc illinc par vis ut partibus esse potis sit*. Sensu tam necessario, ut aliter,' &c. Denique nescio quis legit: *Hinc pars ut non sit, pars illinc esse potis sit*. *Creech*. Placet Turnebi lectio, quam firmat vs. 889. Distinctionem vero mutavi in duorum præced. versuum fine; vs. 878. enim commæ, vs. 879. punctum ponebatur. *Hav*.

880 *Id hoc*] Id, nempe in Centauro non posse hinc illinc parem pari vim esse. *Lamb*.

881 *Circum*] Circiter, vel dic po-

tins *circumactis*, ut sit tmesis. *Lamb*.

882 *Flores*] *Ἀκμῆς*, viget. Hoc modo ostendit, Centauros esse non posse. non potest unum animal ex inæqualibus, disparibus, disconvenientibus potestatibus et membris esse conflatum. Nam ita pars altera erit imbecilla, altera firma: hæc diuturna, et vivax: altera vitæ brevis, et ad mortem præceps: et quo tempore altera erit ætate corroborata atque adnita, ut equus, qui tribus annis exactis viget, altera vix dum ab ubere matris erit depulsa, ut puer: et contra, quo tempore pars humana erit valida ac robusta, tum equina erit senectute confecta. Postremo non iisdem voluptatibus ducuntur, neque iisdem molestiis afficiuntur homo et equus: Idem de Scylla canibus succincta sentiendum: de qua etiam mox dicet. *Lamb*.

Quin sæpe etiamnum] I. e. quippe etiam cum treis annos natus est, &c. Videtur legendum, *quin sæpe etiam tunc*, vel *etiamnum*: quo modo edidi, non, ut vulgo, *quin sæpe etiam nunc*. *Lamb*. *Etiam tunc*. Ita quidam vulgati; recte. Alii: *nunc*. *Gifan*.

883 *Lactantia*] Lac suppeditantia. *Lamb*. Voss. ad Catull. p. 234. *Lactantia*, quia pueros lætos reddunt; sic 2. 344. 'Lactantia loca aquarum.' *Creech*.

886 *Fugienti languida vita*] Sic dixit 'vitam fugientem,' ut Latini dicunt 'venenum fugiens,' et 'litteras fugientes.' Præterea quam hic 'fugientem vitam' appellavit, eam 'labentem' nominavit inf. eod. lib. 987: 'Dulcia linquebant labentis lumina vitæ.' sic Hor. 'annos fugacelo' appellat Od. 2. 14. 1. 'Eheu, fugaces, Postume, Postume Labuntur anni.' *Lamb*.

886 *Pueris*] Alias, *puerili*. Ego tamen malo *pueris*. Etiam hanc lectionem probavit Zollus. *Lamb*. Hoc rectius ex veteribus etiam libris nostris, quam in aliis: *puerili*. *Gifan*.

Juventas] Juventutis Dea, et ipsa juventa. *Ἰσθμ* appellant Græci. *Lamb.*

887 *Et molli vestis lanugine*] Sic sup. eod. lib. 672. 'mollem vestem' dixit pro molli pilo, et lanugine: 'et impubem molli pubescere veste.' *Lamb.*

888 *Ne forte ex homine*] Hunc versum profert Nonius. *ne forte* autem, i. e. hæc dixi, ut ne forte credas, &c. *Lamb.*

889 *Confieri*] I. e. confici. utitur eod. verbo sup. 3. 413. 'Id quoque enim sine pernicie confiet eorum.' et sæpe Virg. ut *Æn.* 4. 116. 'nunc quæ rationes quod instat, Confieri possit,' &c. et Cæsar lib. 7. de B. G. 'Postquam id difficilium confieri animadvertit,' &c. *Lamb.*

890 *Aut rapidis canibus succinctas*] *Scyllam* sic describit Homer. *Ὀδυσ.* μ. 85. 'Ἐσθα δ' ἐνὶ Σκύλλῃ ναίει, δαδὸν λαλακίαι. Τῆς ἤτοι φωνῆ μὲν, ὅση σκύλακος νεογλῆς, γίνεται, ἀπὴν δ' ἀπὸ πύλων κωκὸς, οὐδέ τι τίς μιν Γρήσσειον ἴδω, οὐδ' εἰ θεὸς ἀπιδείων, &c. i. e. 'Hic autem *Scylla* habitat, horribiliter latrans: Cui vox est tanta, quanta catuli recens nati: ipsa autem monstrum est malum; neque quisquam ea visa lætatus fuerit, ne si Deus quidem ei occurrat.' *M. Tull. Verr. de suppliciis:* 'Hoc infestior nautis Verres, quam *Scylla*, quod multo se pluribus et majoribus canibus succinxerat.' *Lamb.*

891 *Scyllas*] *Dux* enim fuerunt, illa *Nisi*, hæc *Glauci*: sed et si una fuisset, δὲ σχήματος dicere posset *Scyllas*, ut *Neronēs, Marios, &c.* cum *Neronem* et monstra illi similia, &c. *Faber.* Ideo et 'Semimarinis canibus succincta' *Nisi Scylla!* At *Ov. Met.* 6. 148. 'At aura cadentem *Sustinuisse levis*, ne tangeret æquora, visa est; Plumæ fuit; plumis in avem mutata vocatur *Ciris*; et a tonso est hoc nomen adepta capillo.' Pro *rapidis canibus leg. rabidis canibus.* *Creech.*

892 *Diacordia*] Legi potest *Dissor-*

tia. Sic *Ov. Met.* 8. 133. de *Minotauro*: 'Dinsortemque utero factum tulit.' Et in prima *Epistola Sabini* 'Nec in uno corpore dissors *Parthenope.*' *Creech.*

893 *Signi*] Signum *ἄεργος* est, probatio, &c. *Faber.*

894 *Neque præficiunt*] Sic jam edendum curavi in sec. ed. *Adr. Turnebo* assensus. 'præficere' autem et 'sæmere' opponuntur: neque pariter, inquit, robora sumunt, i. e. corroborantur: neque pariter adolescent; neque senescunt, aut sætate conficiuntur. *Lamb.*

897 *Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta*] Sic 4. 644. de veratro: 'Præterea nobis veratrum est acre venenam: At capris adipem et coturnicibus auget.' *Lamb. Diog. Laërt.* in *Vita Pyrrhi*, Καὶ τὸ κάριον ὀργυμὲν μὲν τρέφει, ἀνθρώπων δὲ θανάσιμον. 'Cicutam quoque coturnici nutrimentum, homini inferre perniciem.' Adde *Servium* ad *Virg. Æn.* 4. 486. *Hav.*

899 *Flamma quidem cetero*] Probat nunquam fuisse *Chimæram*, etiam hoc argumento, quod, cum poëta fabulentur, eam flammam ore efflare solitam, constet autem *Chimæra* ex leone, dracone, capra, seu ipsa *Chimæra*; leones proinde ut ceteræ animantes a flammis lædantur, et torreatur. Sed non dissimulabo, nonnullos libros habere, *Igneæ flamma quidem.* *Lamb.* Quidam libri: *Igneæ flamma quidem.* *Gifan.*

903 *Prima Leo, postrema Draco*] *Ex Hom. Ἰλ.* ζ. 181. et *Hesiod. Theogon.* 323. *Πρόσθε λέων, ἔπειθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.* Profert et *M. Tull. lib. 2. Epist. ad Attic.* 'Quod de *Q. fratris* epistola scribis, ad me quoque fuit πρόσθε λέων, ἔπειθεν δὲ—quid dicam, nescio.' *Lamb. Prima Leo.* Τὰ πρότερα, i. e. κατὰ πρότερα. Versus notissimus, πρόσθε λέων, ἔπειθεν δὲ, &c. *Faber.*

904 *Ore foras acrem efflaret de corpore flammam*] Hanc potissimum scripturam secutus sum, ut et maxime

probabilem, et maxime eam libris antiquis consentaneam. sic fere loquitur 6. 1152. 'Spiritus ore foras tætrum volvebat odorem.' *Lamb. Effaret. Flaret*, in aliis libris. *Gifan.*

908 *Effutiat*] Nonius docet 'effutire,' idem valere quod 'cum mendacio dicere,' et profert hunc locum. animadverti autem hoc verbum in quibusdam libris scribi duplici *tt.* *Lamb.*

911 *Aut hominem tanto membrorum*] Quamobrem hoc non potuerit initio efficere natura, causam affert 1. 200. 'Denique cur homines tantos natura parare Non potuit, pedibus qui pontum per vada possent Transire, et magnos manibus divellere monteis, Multaque vivendo vitalia vincere sæcla, Si non, materies quia rebus redita certa est Gignundia?' &c. *Lamb.*

921 *Res sic quæque suo ritu procedit; et omnes*] Ita Lambinus acute, cum in omnibus libris esset, *Sed.* Forte etiam sic: *Sed sic quicquid. omnia.* Hoc placuit Marullo, et Florentinis. *Gifan. in prima edit.* Cum in omnibus libris et manuscr. et impressis, præterquam in Florent. sic reperissem scriptum: *Sed sic quæque suo ritu procedit, et omnes, Fodere naturæ certo discrimina servant:* a me impetrare non potui, ut in quattuor vocibus, *quæque, et, omnes, servant,* mendam subesse existimarem, sed in aliqua alia potius. Itaque Florentinam lectionem rejeci, quæ talis est, *Sed sic quodque suo ritu procedit, ut omnia Fodere naturæ certo discrimine servant.* suspicatus autem primam vocem versus esse depravatam, sic reposui, *Res sic quæque suo ritu procedit, et omnes,* &c. Zoilus initio probavit hanc emendationem: deinde e vestigio improbavit, et ita reponendum gravis auctor censuit, *Sed sic quidque suo ritu procedit, et omnia, &c.* *Lamb. Sed sic quidque suo, &c. omnia.* Ita restitui. In veteribus: *quæque, omnes.* Vide 2. 718. et 908. et inf. hoc lib. vs.

1022. *Gifan. in posteriori edit.*

923 *Et genus humanum, &c.*] Nunc de primis hominibus verba facere incipit. *Lamb. Et genus.* Descriptio plane admirabilis usque ad vs. 1029.

Qui relationes recentiorum scriptorum legerunt, hic Margalates, Brasillos, Canibala, et plerosque Indiarum Occidentalis populos agnoscent. *Faber.* Hominum e terra natorum vitam, habitum, ingenium, mores fæse describit, et primo quidem vs. 20. docet primos homines validiori, quam nunc, constitisse corpore, ob innatam durilem, quam e dura terra geniti contraxerant, inde minus obnoxii morbis erant, et longævi. Nemo autem agros coluit, sed glandibus, pomis sylvestribus, et aliis ejusmodi fructibus placabant famem: ad sedandam sitim fluvii fontesque suo murmure vocabant. vs. 8. Nulla illis vestimenta, nullæ domus, præcellarum, frigorisque vim defendebant sylvæ, frutices, et antra, vs. 5. Nullæ leges: nullum commune bonum: vivebant rapto, et promiscua venere (nam vi, blanditiis, aut pretio, glandibus viz. pyris, pomisve mares sibi fæminas conciliarunt) utebantur. vs. 9. *Creech.*

924 *Darius, ut decuit, Tellus quod dura creasset*] Sic fere Virg. Georg. 1. 68. 'Unde homines nati, durum genus.' *Lamb.*

928 *Nec labe*] I. e. nec labe; ut alibi 'parti,' 'contagi,' 'voci,' et multa alia, pro parte, contagio, voce, &c. *Lamb. Labi, Labe,* 'parti' pro parte, &c. passim. *Faber.*

930 *Vitam tractabant*] I. e. vitam trahebant, seu traducebant. quidam tamen legendam putant *tolerabant:* quibus propemodum assentior. Verumtamen nihil mutare amsim. *Lamb.*

932 *Molirier*] Moliri dicitur quidquid cum labore facimus, aut agimus: 'moliri' igitur 'arva' hoc loco positum est pro eo, quod est agros colere, seu ex campis et locis inaratis

agros cultos magno labore efficere: vel, agros laboriosa cultura meliores reddere. Neque vero me fallit, legi in quibusdam libris vulg. *molitrier erua*, gemino *ll*. sed *molitrier unico l*, magis probo. *Lamb.* In quibusdam: *molitrier*; male. *Gifan.*

923 *Nec nova defodere in terram virgulta*] Sic inf. eod. lib. 1364. 'Unde etiam libitum est stirpeis committere ramis, Et nova defodere in terram virgulta,' &c. *Lamb.*

926 *Quod terra crearat Sponte sua*] Ad hunc locum illustrandam pertinent illa Tyrii Maximi *περι τροφης* 'Ἡσαν δὲ του, κατὰ τὴν Ἐπικουρου (φωλ) βίαν, αἱ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις φηγοί, καὶ ἔχουσι. Καὶ δὲ τοῦτο ἐνεφεμισθη φέρου ἢ γῆ τοῖς κερτοῖς αἰτομάτους, ὅτι αὐτοῖς οὐδὲν εἶσι γυναικῶν δὲ ἀνδροφῶν βιοτεύουσι. I. e. 'Vivebant autem scilicet qualem victum adamabat, ut aiunt, Epicurus primi homines glandibus, et piris agrestibus. Atque iccirco fama est, tum terram fructus tullisse sponte sua venienteis: quia nihil eis opus erat agricultura, aut labore rustico, cum victu uterentur sponte sua nato.' Eodem pertinent et illa Platonis *πολιτικῶς*: 'Τὸ δ' οὖν τῶν ἀνθρώπων λεχθὲν αἰτομάτου περὶ βίου, διὰ τὸ τοῖονδε εἶρηται. θεὸς ἔφηεν αὐτοῖς αὐτὸς ἐπιστάτην. καθέπερ οἶν ἑθρομτοί, ζῶον ἐν ἔτερον βαιότερον, ἔλλα γένη φαυλότερα αὐτῶν νομείουσι νόμοτοι δὲ ἐκείνου, πολιτικῶν τε εἰσι ἦσαν, οὐδὲν κτήρεις γυναικῶν καὶ παιδῶν' ἐκ γῆς γὰρ ἀναβίωσκοντο πάντες, οὐδὲν μεμημέτοι τῶν πρόθετον ἔλλα τὰ μὲν τοιαῦτα ἀπὲρ πάντα. κερτοῖς δ' ἀφθόνους εἶχον ἀπὸ τε δρυῶν καὶ πολλῆς ἑλης ἑλλης, οὐχ ἐπὶ γεωργίας φρομείους, ἀλλ' αἰτομάτης ἀναβιόουσης τῆς γῆς. γυναικῶν δὲ καὶ ἑστραται θυραυλοῦτες τὰ πολλὰ ἀνέμοτοι' τὸ γὰρ ἄριον αὐτοῖς ἕλκοντο ἐκείρατο' μαλακῶν δ' οὐδὲν εἶχον ἀναφρομείους ἐκ γῆς τῶν ἀφθόνου, &c. 'Quod igitur de hominum victu sponte sua suppeditante, propter talem causam dictum est. Deus pascere eos, cum ipse eis præ-

esset: quemadmodum nunc homines, animal alterum divinius, alia genera se deteriora pascunt et curant. Illo autem pascente, non erant reip. administrandæ rationes, neque uxorum et liberorum possessiones. Ex terra enim reviviscebant omnes, res præteritas memoria non repentes. Atque hæc quidem talia omnia aberant. Fructus autem uberes et copiosos habebant, tum ex quercubus, tum ex alia silva, non ex agricultura nascentis, quos terra sponte sua gerebat. Nudi autem et sine stragulis vitam colebant. Nam anni tempora cum essent temperata, nullam eis molestiam exhibebant, cubilia autem mollia habebant, multa herba ex terra succrescente,' &c. *Lamb.*

936 *Placabat*] In Macrobio: *placarat*. *Gifan.*

937 *Glandiferas inter curabant corpora quercus*] Hoc eo dicit, quod glans, et primus, et primorum hominum victus fuit ex quo idem sic inf. 1415. 'Sic odium cepit glandis,' &c. *Lamb.*

939 *Arbuta*] Rubra poma silvarum: quæ Plin. *unedones* appellat. *Virg. Georg. 1. 148.* 'atque arbuta sacre Deficerent silvæ.' *Lamb.*

Paniceo] Sic habent libri manuscripti, non, ut vulgati, *Paniceo*. Veteres enim in multis nominibus *æ* pro *u* usurpabant: ita 'mœnera' et 'pœnire' dicebant pro munera et punire, ut supra admonuimus ad illum locum 1. 30. 'fera mœnera militiæ:' et ad illum 2. 829. 'Purpura, Paniceusque color, clarissimus multo,' &c. ubi etiam malim legi, *Paniceusque color*, ut est in lib. manuscr. Talia sunt illa apud M. Tullium in lib. de leg. 'cœra,' 'cœsus,' &c. pro cura, usus, &c. *Lamb. Paniceo*. Ita vet. lib. *Gifan.*

942 *Pabula dia tulit, miseris mortaliūbus ampla*] Si legimus, ut habent nonnulli libri vulg. *Pabula dura tulit*,

ḡc. sic explicabo: pabula tulit dura quidem illa, et agrestia, sed tamen primis illis hominibus ampla, i. e. ἀποῶνρα καὶ ἰκαρά, i. e. quibus illi erant contenti, vel quæ illis satis erant. Sin, ut habent tres libri manuscr. et docti viri magis probant, *Pabula dia tulit*, ḡc. 'dia pabula' interpretabor sua sponte, et sine labore, et quasi divinitus venientia ac nascentia. *Lambin.* Ita vet. nostri; rectissime. In aliis; *dura*. *Lambinus*, *diva*; mendose. *Diva* ita non utimur. *Gifan.* *Diva* habet enim prima *Lambini* edit. sed tu conjunge *dia* et *ampla*, atque distingue post *mortalibus*. *Hav.*

943 *At sedare sitim*] In Macrobio, *Ad. Gif.*

Fontesque vocabant] Sic habent omnes lib. et manuscr. et typis excusi, præter Florent. in quibus legitur, *fontesque docebant*. Ego *vocabant* probo, et interpretor, invitabant. *Lamb.*

944 *Decursus aquæ*] I. e. aqua decurrens, quod est ex loco declivi fluens. sic sup. eod. l. 264. 'magnus decursus aquarum Undique declarat.' *Lamb.*

945 *Claricitat late sitientia*] Cum initio secutus essem libros vulg. *Clarior accitat sitientia*, ḡc. et tamen lectori scripturæ varietatem indicassem; hæc, quæ deinceps sequuntur, annotaram, his ipsis verbis: *Clarior aqua*, quam aliis in locis, 'accitat,' i. e. invitat, sitientis feras. sed non celabo lectorem, in quibusdam libris manuscr. ita scriptum esse, *Claricitate sitientia*, ḡc. in al. *claricitatiæ*: quæ scripturæ sine dubio mendosæ sunt. verumtamen consideret eas lector ingeniosus. Hactenus hoc de loco olim scripseram. Postea scripturam veterem repetitam, ac retractatam, hoc modo supplebam, *Claricitare solet sitientia sæcla fer.* atque hanc emendationem arbitrabar esse rectam. Sic autem dictum 'claricitare,' pro clare aut clara voce citare, ut 'altitonans'

pro alte tonans, 'altivolans' pro alte volans, 'benivolens,' 'blandiloquens,' et simil. pro bene volens, et blande loquens. Nunc Simeoni Bosio assentior, qui in eo meam conjecturam tuetur, quod verbum compositum *claricitate* retinet: in eo autem ab ea discedit, quod pro *solet* facit ex antiquæ scripturæ vestigiis *late*, totamque verbum sic legendum censet, *Claricitat late sitientia sæcla fer. Late* autem, i. e. lato, magno, et denso agmine. Quod vero *Zoilus* reponit, *Clare citat ad se sitientia*, ḡc. ferri non potest. *Lamb.* *Clare citat ad se*. Ita ex vet. libris, qui habebant, vel; *Claricitatiæ* et; vel, *Claritati a te*; vel, *Claricitare*. *Vulgati*, *Clarior accitat*; absone. Nam 'cito' priorem habet brevem semper. 'Excire,' et tamen 'excito' dicitur. Cæterum *Claricitat ad se*, forte rectius. Sed verbum illud nusquam legi. *Gifan.* *Claricitat*. *Simeonis Bosii* conjectura, plausu dignissima. 'Claricitare' autem significat vocare, advocare, invitare, &c. *Faber.*

946 *Noctivagi*] Melius quam *Nota vagia*. *Creech.*

Silvestria templa] I. e. antra, et Nympharum domos. *Lamb.*

947 *Quibus exhibant*] Ex quibus ibant, ex quibus manabant. *Lamb.*

Humore fluente Lubrica] Ordo est: fluente, 'humore lubrica,' i. e. fluente humida et liquida. *Lamb.*

948 *Lacere*] *Lubrica lavere*, i. e. lubrica ad lavandum, vel ut lavarent. licet etiam conjungere cum verbo 'exibant,' ut sit 'exibant lavere,' i. e. ut laverent, quemadmodum loquebantur veteres. *Lamb.*

950 *Et partim*] *Partim* hic solum positum, quemadmodum et alibi. referendum est autem ad verbum illud superiorem, 'Lubrica proluvie larga lavere,' &c. *Lamb.*

Scatere] *Scatere* a verbo scato, is, it, tertie inflexionis. sic G. 990. 'Quod genus endo. mari spirat fons

dulcis aequi, Qui scattit.' Ibid. 896. 'Et scatere illa foras in stuppam aemina.' *Lamb.*

951 *Needum res Igni scibant tractare*] Casis enim et pellibus repertis, certis matrimonii institutis et receptis, ignis usu cognito, tum ingenium hominum mollius esse cepit, ut dicit non ita multis post versibus. *Lamb.*

952 *Pellibus*] Quæ inventori ipsi, elque qui primus gessit, invidiosæ et pestiferæ fuerunt, ut dicit infra eod. libr. extr. vs. 1268. 'Pellis item cecidit,' &c. *Lamb.*

956 *Nec commune bonum poterant spectare*] Hac de re infr. eod. lib. vs. 1107. 'Condere cæperunt urbeis,' &c. Aliquot versuum, qui deinceps sequuntur, ordinem nescio quorum hominum culpa perturbatum, restitui. *Lamb.*

960 *Et Venus in silvis jungebat, &c.*] Ov. 'Antra domus fuerant, cibus herba, cubilia frondes. Constitit ante uno sæmina virque loco.' *Pius.* In quibusdam libris manuscr. reperi scriptum, *Et Venus in silvis lucebat.* ex qua vitiosa scriptura putabam legendum, *Et Venus in silvis laciebat.* Veruntamen receptam lectionem probō. *Lamb. Et Venus in silvis inciebat.* sic restitui. Veteres quidam, *lucibat, jungebat, &c.* *Volg. jungebat.* Gifan.

963 *Vel violenta viri vis*] Hor. Sat. 1. 3. 106. 'sed ignotis perierunt mortibus illi, Quos venerem incertam rapiantes more ferarum Viribus editor cædebat, ut in grege taurus.' *Hav.*

Impensa libido] H. e. magna libido. sic Cæsar 'impenso pretio' dixit pro magno. *Lamb.*

963 *Vel pretium*] Aut illi silvestres viri emebant venerem oblato pretio ex pyris, glandibus, et id genus reliquis nemoralibus fructibus. Idem Propertius ex Lucret. 3. 13. 27. Eleg. 'Illis pompa fuit decussa cydonia ramo, Et dare puniceis plena canistra rubis: Nunc violas tondere manu:

Delph. et Var. Clas.

nunc mista referre Lilia virginæ lucida per calathos: Et portare suis vestitas frondibus uvas, Aut variam plumæ versicoloris avem. His tum blanditiis furtiva per antra puellæ Oscula silvicolis empta dedere viris.' Et pastor ille apud Maron. Ecl. 3. 71. inquit: 'Aurea mala decem missi: cras altera mittam.' *Pius.*

964 *Et manuum mira, &c.*] Hi denique robusti immitesque homines per totos dies feras saxia, stiptibus, et id genus armis persequabantur; et multa cæde fatigati, vel cum nox advenerit, se frondibus foliisque involventes, humi dormiebant securi; securi inquam, neque enim timeverunt (ea erat absurda Stoicorum opinio, 'Nam rudis ante illos, nullo discrimine, vita in speciem conversa operum ratione carebat, Et stupefacta novo pendeat lumine mundi, Tum velut amissis mœrens, tum læta renatis Sideribus.' Manil. 1. 66.) ne adveniente nocte dies deinceps non rediret, ob jam perspectam a prima origine diei ac noctis vicissitudinem, vs. 16. Hæc autem vita erat nonnullis incommodis obnoxia, dormientes feræ invadebant, et inde mors cita, vel longa gravisque (nondum vires herbarum noverant) putrescentia vulnera sequuta est. Multos famas abstulit, plures noxiæ herbæ, quas inscii legerant: ne vero quis putet tot malis obrutum fuisse totum humanum genus, et ad interitum redactum, consideret feras tum singulos lacerasse, noxiis herbis aut alimenti inopia paucos periisse; at quot millia rapit una acies, quot absorbet mare, quot denique luxuries enecat, et venenata pocula! vs. 29. *Creech.*

967 *Multaque vincebant*] Multa viribus corporis obtinebant: raro fugiebant, raroque metu perterriti latebras quærebant, et latebrarum præsidio periculum vitabant. *Lamb.* Raro fugiebant, et latebrarum præsidio periculum vitabant: *Lambinus.* Ultra

Lucret.

5 F

interpretatio melior sit, Lector iudicat. Creech.

968 *Silvestribus membra*] Ita ex veteribus libris, et partim conjectura restitui. Vulgati, *silvestria*, ex Marullo. et *Nudabant*. Gifan.

969 *Nuda dabant*] Sic legendum, non, ut vulgo, *Nudabant terra*. Licet etiam legere *Mandabant terra*, si quis forte malit. Lamb.

970 *Foliis ac frondibus*] Ita vet. libri. Gif.

973 *Sed taciti respectabant, &c.*] Primi illi homines, quos Horatius mutum et turpe pecus dixit, (quippe Epicuri rationem asequeretur, cum id scribebat;) genus hercule mirificissimum erant, quippe qui in soporem dati, in somnum, inquam, *ἄδουρον* dati, aliter longe oculis suis utebantur ac nos hodie utimur. Nos enim, ubi semel cepimus obdormire, nil oculis præter somnum et insomnia videmus: illi, somno gravati et oppressi, perpetuo 'respectabant,' reflexo capite scilicet, solem orientem. Lucretium in eam rem tibi testem dabo: 'Sed taciti respectabant, somnoque sepulti, Dum rosea face sol inferret luminæ cælo.' Sum verus? sic soleo; meum est. Sed jocularia omittamus, ut ad rem, (quamquam non temere scriptum est, quidquid hujus scriptum est,) veniatur, locum illum in *Æn.* 6. 687. qui in multis Codd. sic legitur, 'Venisti tandem, tuque expectata parenti Vicit iter durum pietas,' &c. eruditi sciunt ita scribi debere, 'tuque spectata parenti Vicit iter durum pietas;' idque ita esse constat, non quod Scaliger id primus conjecerit, ut vulgo creditur; sed quia non aliter legisse Servium, excerpta ex commentariis ipsius meridie ipso clarius ostendunt. Verum homines imperiti ita existimabant, graviter in eo versu contra metri rationem esse peccatum; unde pro *spectata rapidiphorum expectata*. Qui autem erroris fons in illo Virgilio

versu fuit, idem propemodum in hec Lucretii est. Homines enim *ἄνομοι* cum rationem carminis non sentirent, locum hunc depravarunt, qui ita corrigendus, *Sed taciti expectabant somnoque sepulti*. Id quod ni ratio probaret satis, saltem castæ Latinitatis consuetudo satis illos admonere debuerat; dicimus enim 'expecto dum sol oriatur;' at, 'respecto dum sol oriatur,' nemo nisi barbarus dixerit, non magis, quam, 'video dum ille aut ille veniat.' Faber. At non magis *expectant*, quam *respectant* dormientes: mallet igitur *respiciant*. Creech.

975 *A pueris*] Quidam libri habent, *A pueris*. Lamb.

977 *Non erat, ut fieri, &c.*] Ordo est: Non erat eis curæ mirari, quomodo id fieri posset: nec curabant diffidere, i. e. non veniebat eis in mentem diffidere, ne terra tenebris sempiternis obsessa permaneret: sed magis illud erat curæ, quod, &c. Lamb.

981 *Infestum miseris faciebant*] Infestam faciebant: i. e. ut M. Tull. loquitur, *infestam habebant*: atque, ut planius dicam, infestabant. sic sup. vs. 759. 'Cum loca præterita flammis infesta,' &c. Lamb.

982 *Saxa lecta*] Antra, saxæas domos. sup. 947. 'silvestria templa.' Lamb.

984 *Atque intempesta*] 'Intempesta noctem' Ælius dicebat, (ut refert Varro lib. 5. de L. L.) cum tempus agendi est nullum: quod alii 'ooncubium' appellarunt, quod fere omnes tam cubarent: alii vero ab eo quod sileretur, 'silentium noctis,' quod idem tempus Plantus 'conticinium' dicit. Lamb.

985 *Hæpitisibus avis*] Scibus silvestribus, leonibus, lupis, ursis, et similibus: a quibus sæpe vorabantur, ut mox dicitur, 986. 'Unus enim tam quisque magis deprentus eorum Fabula viva feris,' &c. Quæ videntur

sunta e Plat. in Politico: Τῆς γὰρ τοῦ
 κεντρμένου καὶ νέμματος ἡμῶν δαίμονος
 ἀπορημέθοντες ἐπιμελείας, τῶν πολλῶν
 ἀδ' ὀφθαλμῶν ὄσα χαλεπὰ τὰς φρένας ἦρ
 ἀναγρημέθοντων, αὐτοὶ τε ἀδοκίμοι ἄνθρω
 ποι καὶ ἀφάλακτοι γέγονόντες διατηροῦντο
 ἐν' αὐτῶν, &c. i. e. 'Nam ab ejus qui
 nos possidet et gubernat Genii pro
 curatione deserti, multis feris, qua
 rum naturæ erant sævus atque aspe
 ræ, efferatis, cum ipsi essent imbe
 cilli, et sine custodiibus, ab iis dir
 piebantur,' &c. Lamb.

986 *Nec nimio tum plus*] Quamvis
 homines tum sæpe a feris dilacera
 bantur, ac devorabantur; non tamen
 tunc multo magis, quam nunc, mo
 riebantur. Lamb.

987 *Dulcia inquebant labentis lami*
na] Hæc ex conjectura reposti, cum
 in libris sit, *lamentis*. Plagiat illud
 pürasis, ut et sententia. Nam vult
 tantum Poëta, tum etiam mori homi
 nes, solitum. De modo ἀποδο
 ρήσως. Ita etiam apud Liv. lib. 4.
 'Comminatioque inter se,' &c. legen
 dum puto: *combinatioque*. Ita olim ex
 'glubo,' 'gluma.' Fest. *Gifm*. Li
 bri quidem omnes et manusc. et ty
 pis excusi habent *lamentis*. Sed pla
 cet mihi M. Antonii Mureti conjec
 tura, qui legendum putat *labentis lu
 mina vitæ*. Nam quod ita quidam
 declarant, 'vitam relinquere lami
 nis,' i. e. cum *lamentis*, senten
 tiam quidem afferunt probabilem, et
 hæc loco consentaneam; sed inusi
 tato loquendi genere expressam. Cum
 hæc olim ita scripsem, nisi quod
 in contextu Lucretianorum versuum
 non postueram *labentis* in prima edi
 tione, sed in secunda demum; Zoffus
 hanc conjecturam vel meam, vel Mu
 reti, arripuit, sibi que ut suam vindic
 avit. Quid plagiarius furacior, quis
 impudentior, quis injustior fingi aut
 excogitari potest? Non dignus est
 quem omnes, qui litteras colunt, no
 tis laurant insignibus ad ignominiam
 sempiternam? Confirmata autem hæc

lectionem illud quod est sup. eod.
 lib. 885. 'Membrae deficiunt fu
 gienti languida vita.' Nam 'laben
 tis vitæ' et 'fugientis vitæ' eadem
 ratio et sententia est. Lamb. Mu
 reti emendatio, quam, solens suo
 more, arripuit *Gifm*. *Mss. lamentis*.
 male. *Faber*.

988 *Magis*] Quam nunc. Lamb.

991 *Viva videns vivo*] Non temere
 haramsyllabarum compositionem que
 sivit, *Viva vid. vivo*. Quod autem ad
 hujus loci sententiam attinet, cum eo
 congruit illud Ennianum: 'Vulturis
 in silvis miserum mandebat homo
 nem. Hæc, quam crudeli condebat
 membra sepulchro' Ad hæc eundem
 locum pertinet et ille ex lib. 3. 1059:
 'Mortua quot prope jam vita est vivo
 atque videntl.' Lamb. *Vivo busto*. Vi
 deor legisse apud Dionysium Longi
 num, incomparabilem illum rheto
 rem, tale quid in scriptore Græco
 (Gorgia Leontino, ut puto) fuisse re
 prehensum, (*γῶρες ἐμψυχοὶ τάραι*) 'vul
 tures, viva hominum busta.' Sed Gor
 gias rhetor erat, artis et οὐδὲν ὀνεί
 ρωτος, homo οὐδὲν ἄλλοθεν, et cui
 hæc non licebant: at Lucretius poë
 ta est; et hæc descriptio multa ex
 grandi genere habet. Itaque nihil
 est quod Longini judicium, quantum
 vis acre et exquisitum, reformidet.
Faber.

994 *Horriseris accidunt vocibus Or*
cum] Horribilibus vocibus mortem
 vocabant, dolore cruciati. Lamb.

995 *Donicum eos*] I. e. donec eos,
 &c. sic autem habent duo lib. ma
 nuscr. reliqui, *Denique*, et item qui
 dam vulgati: quod depravatum est
 ex recto *Donicum*. Lamb. Ita vet.
 nostri quidam. Vulg. *Denique*. Ma
 rusius, *Donec*; male. *Gifm*.

Vermis] Dolores ex vermibus
 membra corrodentibus ac depascen
 tibus, consule Festum. *Lambin*. Vide
 Festum, qui hac voce dolores ex ver
 mibus membra interius rodentibus
 natos significabit. *Faber*. *Vermis*;

sunt tormina, unde 'verminari,' pati tormina. *Voss. de Anal.* 1. pag. 150.

996 *Quid vulnera vellent*] I. e. quid vulnera postularent; seu quæ remedia vulneribus sanandis essent adhibenda. *Lamb.*

997 *At non multa virum*] At non multa virorum millia uno die in prælio cadebant. Dicæarchus libro de Interitu hominum (ut refert M. Tull. l. 2. de Offic.) 'collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiam, vastitatis, belluarum etiam repletinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumpta; deinde comparat, quanto plures delecti sint homines hominum impetu, i. e. bellis et seditionibus, quam omni reliqua calamitate.' *Lamb.*

998 *Nec turbida ponti*] Nec mare ventis turbatum et concitatum navis ad scopulos allidebat, et ita frangebatur. *Lamb.*

999 *Lædebant naves ad, &c.*] Allidebant. *Faber.*

1000 *Sed temere, in cassum mare, fluctibus sæpe coortum*] I. e. sed mare fluctibus coortis, et tempestate commota, temere et frustra sæviebat, seu irascebatur, nempe quia nemo tum navigabat. mendose in quibusdam lib. vulg. legitur, *Nec temere in cursu, &c.* Licet autem etiam ita legere, *Sed temere, in cassum, frustra mare sæpe coortum, &c.* ut habent libri Parisiens. et Veneti utriusque, et Babilienenses. *Lamb. Fluctibus sæpe coortis.* In quibusdam vulg. *frustra sæpe coortum.* Gifan. Codices, *Sed temere, incassum, frustra, Mare sæpe coortum.* Sic 2. 1059. 'Multimodis, temere, incassum, frustra que.' *Voss. ad Catull. p. 230.* 'Sed temere, incassum, frustra mare sæpe coortum sæviebat.' Flustrum autem Tertullianus in pallio interpretatur temperatum maris motum, et medium inter tranquillam mare, et quod decumanis assurgit fluctibus: (vid. Tertullianum de Pallio Cap. 2. et Salmasii notas:)

sed hæc Tertulliani interpretatio Vossii conjecturam refutat, tum enim sævit mare, cum decumanis fluctibus assurgit. *Creæck.* Nescio unde lectionem suam hauserit *Lamb.* aliam constanter servant Mss. et amat *Laetius* ita geminare epitheta; quod nisi esset, posset legi *in cantes*, i. e. scopulos, viris navibusque nullo suo periculo oppositos. *Haver.*

1001 *Leviterque minas ponebat*] Si legemus *miscibat*, ut habent quidam libri, sic videtur hic locus explicandus: et leviter, i. e. sine periculo mortalium, minas inaneis *miscibat*, i. e. frustra minabantur fluctibus. Sin, ut in quibusdam vulgatis, a quibus non discrepant nonnulli manuscripti, legitur *minas inaneis*; quam lectionem nunc magis probo: sic interpretabor: ponebat leviter minas, &c. i. e. facile et cito desinebat minari. *Lamb. Minas miscibat.* Alii, *ponebat.* Gifan.

1002 *Pellacia*] I. e. fallacia, et fallax æquoris tranquillitas, quæ postea in magnos et horribiles fluctus interdum verti solet. sup. 2. 559. 'Subdola cum ridet placidi pellacia Ponti.' 'inyx' appellatur a Græcis talis maris fallacia, et quasi illecebra: videlicet summa tranquillitas, quæ ad navigandum homines invitat. Atque hic locus me admonet, ut locum apud M. Tull. in epistolis ad Atticum, depravatam, emendem; qui est in Epist. 5. 12. Sic autem in nonnullis libris vulgatis legitur: 'Itaque erat in animo nihil festinare, nec me Delo movere, nisi omnia *ἀπαρρητόν* jura vidissem;' quo modo in nostris libris vet. scriptum reperi: in nonnullis aliis, *nisi omnia ἀπαρρητόν jura vidissem.* Malaspina sic putavit legendum, *nisi omnia ἀπαρρητόν jura vidissem:* quam lectionem, quod mihi speciosa videbatur, in mea editione secutus sum. Sed tantum abest, ut hæc sit emendata, ut corruptior sit quam recepta. Ne diu-

tius igitur lectorem suspensum teneam, ex voce *ἀκρα τηρέων*, dum faciendæ sunt, *ἀκρα τηρέων*, et ex 'jura,' *ἰβγγα*. sententia nunc hujus loci plana est. Hoc enim sentit Cicero: Propter difficultatem navigandi, quam superioribus diebus experti sumos, et quia naviculæ Rhodiorum fluctum ferre non possunt, decretum erat mihi festinare, nec me Delo commovere, nisi omnia *ἀκρα τηρέων*, sive *τηρέων*, i. e. 'promuntoria observans,' *ἰβγγα*, i. e. 'tranquillitatem maris ad navigandum allicientem atque invitantem,' vidissem. Hæc igitur est illa maris tranquillitas, quam Lucretius 'pellaciam' appellat, et hoc et secundo libro: quamque M. Tull. se expectaturum dicit, diligenter observata ventorum, qui ex promuntoriis existunt, ratione. Fuit autem vox *ἰβγγα* depravata a scriptore librario, cum eam scripsisset literis Latinis, hoc modo, *jurra*: unde postea factum est *jura*. Verum, ne quid dissimulem, hujus conjecturæ et emendationis laus Simeoni Bosio, viro doctissimo atque ingeniosissimo, debetur. Et quoniam idem in quodam Moschi carmine, quo talis maris illecebra describitur, mendum ab aliis non modo non sublaturum, sed ne animadversum quidem, divina conjectura fretus sustulit, Moschi versus, præsertim cum ad hunc locum illustrandum valde pertineant, non me pigebit huc adscribere. Sic igitur Moschus: *Εἰδ. Ε. 1. Τὰν ἄλα τὰν γλαυκὰν ἔταν ἄνεμος ἀτρέμα βάλλοι, τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεβίζομαι, οὐδ' ἐτι μοῖσα Ἐστὶ φίλα, ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἔμμε γαλάνα. 'Ἄλλ' ἔταν ἀχρήσθι πολὺς βωθὸς, ἃ δὲ θάλασσα Κυρτὸν ἐπαφρίζη, τὰ δὲ κίματα πυκτὰ μωμήση, Ἐς χθόνα παπταίνω, καὶ δένδρεα, τὰν δ' ἄλα φεύγω' Γὰ δὲ μοὶ ἃ πιστὰ, τάχα δ' εὐσκόιος εὐδαεν ἄλα, &c. i. e. ut nos quidem vertimus, 'Cum mare cæruleum lenis pavit aura levisque, Tum mihi titillant mentem lævam atque misellam Æ-*

quora, nec mihi terra placet, sed me magi multo Pellicæ æqua maris facies ridentibus undis. Ast ubi cana sonant ponti freta tristibus Euris; Cum spumant undæ, et fluctus maris æquora turbant; Terram oculis circumspicio, ramosque virentis, Et fugio mare ventosum, fluctusque sonoros: Terra mihi fida est cordi, silvæque salubres,' &c. Ex interpretatione mea Latina facile jam civis intelligere licet, secundum versum esse mendosum, et pro *μοῖσα*, legendum duabus vocibus *μοὶ γὰ*. Quod idem ille Bosius unus et princeps vidit, mihiq; nuper, cum esset domi meæ, indicavit: ego autem continuo ei assensus sum. *Lambin.*

1003 *Pellicere in fraudem*] Suis blanditiis in fraudem allicere. sup. 4. 1201. 'Quæ lacere in fraudem possent, vinctosque tenere.' *Lambin.*

Ridentibus undis] Placidis et lentibus. nam *γέλος θαλάσσης*, i. e. 'risus maris,' pro tranquillitate maris ponitur a poetis. *Lamb.* Nihil enim blandius tranquillo mari. *Creesh.*

1004 *Cæca*] Cur 'cæcam' navigiorum rationem appellat? an quod tunc erat ignota? an quod ab hominibus 'cæcis,' i. e. imprudentibus atque inconsideratis, postea excogitata et inventa est? *Lamb.*

1007 *Illi imprudentes*] Quia ignorabant vires, seu potestates, et naturas stirpium, herbarum, animantium, ceterarumque rerum. *Lamb.*

1008 *Vergēbant*] Infundebant. *Plautus* *Curcul. 1. 2. 12.* 'Ipsam expeto tangere: invergere in me liquores tuos Sino ductim.' *Iterum* *Lucret.* sup. 2. 212. 'In terras igitur quoque solis vergitur ardor.' 'vergendi' verbo utebantur in sacrificiis. *Lamb.* *Infundebant*, *Plaut.* in *Curcul. 1. 2. 12.* 'Invergere in me liquores tuos Sino ductim.' *Virg. Æn. 6. 244.* 'Frontique invergit vina sacerdos.' 'Vergere' autem est conversa in sinistram partem manu ita fundere ut

patera convertatur, quod in inferis sacris fit. Servius. Ideo huic loco vox ista mire convenit. *Creech.*

[*Sollertius*] Ingeniosius. Ex quo venefici appellati sunt. *Lamb.*

[1009 *Inde casus postquam, &c.*] Hæc tenus homines efferos, per sylvas vagantes, et raptò viventes vidimus: alii jam in scenam prodeunt, mansueti, mites, et civilis vitæ studiosi: non enim manebat ista, quæ in novo mundo fuit, æris temperies, sed modo durum frigus, modo nimius calor, procellæ, et tempestates affligebant: inde paulatim fractæ iætorum vires; inde domos struxerunt, quibus sese continentæ privata Venere utebantur, et natorum blanditiis assueti mansuetudinem inducunt. Deinde pellibus contra cæli inclementiam usi, et post repertum ignem ita erant emolliti, ut fœdera et amicitiam inire, a vi et injuriis abstinere necessarium foret, si ipsi salvi esse vellent: ita tandem concordia conservatum est humanum genus. vs. 18. *Creech.*

[*Ac pelleis*] Primum enim pellibus corpora texerunt homines: deinde elegantiorum atque operosiorum vestitum repererunt. Itaque Heronles pelle amictus flagitavit ac pingitavit, ut homines antiquum vestiendi corporis morem memoria repellant. Quod confirmat Diodori Siculi auctoritas lib. 1. his verbis: 'Ομοίως δὲ τὸ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τὴν Λαοτῆν τῆ παλαιῆ κρήσαν' *Ἰταλίᾳ, διὰ τὸ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, μέγα τὴν ὕλην ἀβρῆμένον, τοὺς ἀσθρότους τοῖς μὲν ἔξωθεν ἀμύνεσθαι τοὺς ἀντιπατομένους, ταῖς δὲ ἑσπέραις τῶν θηρίων σκεπαστηρίους χρῆσθαι.* i. e. 'Similiter autem clavam et pellem leoniam antiquo Herculi convenire, propterea quod temporibus illis homines, nondum armorum usu reperto, vim adversariorum suorum ignis propulsabant, pellibus autem corpora tegebant.' *Lamb.*

[1014 *Civibus*] Effectus. Tralatio est. sic §. 127. 'calidique vaporis semina

curare, in membris ut vita moretur.' et 4. 820. 'Quod ne miremur, sepor atque oblivia curant.' et inf. eod. lib. 1162. 'Suscipiendaque curavit solemnia sacra.' *Lamb.*

[*Alsis corpora*] Hæc verissima scriptura, ex vet. libris. In quibusdam vulg. *algida*. Gifan. Sic legi debet, et ita habent libri manuscr. vulgati vero *algida* mendose. sunt autem 'al-sii,' et 'alsiosi,' qui frigus ferre non possunt. Varro de R. R. 2. 3. de capris: 'Stabulatur pecus melias, ad hibernos exortus si spectat, quod est alsiosum.' Hanc quoque emendationem probavit et secutus est Zoilius, tamquam ejus auctor. *Lamb.*

[1015 *Cæli sub tegmine*] Sub divo. *Lamb.*

[1018 *Habentes Finitima*] I. e. finitimi, seu finitimos agros habentes, *ἔμφοι*. Non est autem quod quomquam moveat duorum manuscr. librorum scriptura *æventes*, erratum enim est librariarum, qui sæpe scribebant *æ* pro *β*, contra *β* pro *æ*: et item sæpe aspirationis notam mittebant. *Lamb.* In quibusdam, *æentes*. Quod et Marullus volebat, et legebat, *Finitimi, et Pius. Gifan.*

[1021 *Balbe*] Balbatiens. 'Balbutit,' inquit auctor vocabularii Latino-Græci, 'ἐπιπέπρωταξεν τραλλῆα.' *Lamb.* Quippe qui nondum expedite loqui didicissent, sermone minime ad hoc constituto. *Faber.*

[1022 *Misererier omnis*] In veteribus: *omni*. Marullus: *omnis*; quod probò. In Vulgatis, *omnium*; etiam non male. *Gifan. in edit. pr. Misererier omnium.* Sic habent omnes fere libri vulg. manuscr. autem *omni*, ex quo suscipitur nonnulli legendum *omnis*, seu *omnis*. Omnino scriptura vulgata tolerabilis et probabilis est. Nam in voce *omnium*, fit *omnis* *omni*, seu *omnis* *omni*, ut apud Virg. *Æn.* 1. 731. 'dependent lychni laquearibus aureis,' et apud Catull. *Carm. de nuptiis Pelei et Thet.* 'Qualis adest Thetidi,

qualis concordia Peleo.' *Lamb.* Sic legendum cum vulg. et vet. omnibus. Sed ita depravari consuerunt Versus dactylici. *Gifan. in edit. post.*

1024 *Sed bona, magnaue pars]* Si non omnibus modis poterat concordia gigni; at bona et magna pars fœdera servabat. *Lamb.*

1026 *Adhuc]* Usque ad hoc tempus. *Lamb.* Forte: *ad hæc. Gifan.*

Sœcia] Genera animantium. *Lamb.*

1027 *At varios linguas Sonitus]* Nunc de principio et origine sermonis humani. De quo sic Laërtius: "Ὅθεν καὶ τὰ ἑρμῆα ἐξ ἀρχῆς μὴ θένει γινώσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τὰς φέουσιν τῶν ἀνθρώπων κατ' ἕκαστα ἰθὺν ἴδια πασχούσας πύθη, καὶ διὰ λαμβανούσας φωνάσματα, διὸς εἰς τὸν ἄρα φωνῆν ἐκτίθειναι, σπασσόμεν ἰφ' ἑκάστου τῶν παθῶν, καὶ τῶν φωνασμῶτων, &c. i. e. 'Ex quo et nomina seu vocabula rerum ab initio non ex instituto et consilio esse nata, sed ipsa hominum natura in singulis gentibus, propriis affectibus tactas, et propriis visionibus pulsas, proprie vocem in ærem emittas, ab unoquoque affectu et viso contractam, ut aliquando esset etiam ex gentium locis differentia. Posterius autem in singulis gentibus privata nomina fuisse rebus imposita, ut declarationes cogitationum essent inter se minus ambigua, et breviores, et dilucidiores. Cum autem si qui apud alios sui animi sensa expromere vellent, res illis ignotas, minimeque in promptu positas proponerent; novos quosdam nomina edere coactos esse: illos autem ratiocinatione et conjectura maxima ex parte ductos, quid hi sibi vellent, cognovisse, et eorum sententiam interpretatos esse.' Hactenus Laërtius. Ite etiam hæc de re Diod. initio lib. 1. sed maxime Platonem in Cratylo. *Lamb.* Sed quo modo fœdera inter homines, (mutum et turpe pecus,) qui sentire forsan potuerunt, at quæ sentiebant effari nondum didicerant? Respondet Lucretius, homines istos

primos sum facultatis fuisse conscios, et ut unaquæque res sibi objecta dolorem, gaudium, metum, &c. excitabat, diversos sonos expressisse; id enim coegit natura, et idem faciunt aves, equi, canes, omnia denique animalia quæ respirant. Hoc vero modo *balbe* tantum vs. 1091. significabant. Nondum instituta erant commercia, neque nisi rebus nomina imponerentur institui potuerunt: igitur unusquisque hominum utile sibi aliisque fore sensit certa rebus nomina assignare. Ita omnibus, qui eodem fœdere erant juncti, de iisdem vocabulis inter se convenit, et rerum nomina expressit utilitas. Quod vero dicat aliquis, (non tantum Pythagoram, et Platonem, sed et sacram Mosis historiam mihi videtur convellere,) unum viz. hominem rebus omnibus nomina dedisse, illud ineptum prosum et absurdum. Hæc vs. 68. *Cresch.*

1030 *Infantia linguæ]* *Apuia. Lamb.* Juv. Sat. 10. 199. 'Madidi infantia nasi.' Sed infantiam linguæ recte interpretari videor. *Cresch.*

1038 *Sentit enim vim quæque suam, quam possit]* Cum in omnibus fere lib. vulgatis legeretur, *quod possit abuti*, ego quoad reposueram, ut esset hæc sententia: *sentit quisque vim suam, quousque ea vi abuti possit.* Nam *quoad* unius syllabæ est per *synizesin*, ut sup. 2. 849. 'Quoad licet, ac potis es reperire inolemtia olivi,' &c. Sed cum in uno atque altero lib. manuscripto reperissem, *quem possit abuti*, hanc scripturam secutus sum, ut longe omnium optimam: 'utor' enim et 'abutor' etiam cum quarto casu jangebant veteres. Quod autem ad hujus loci sententiam attinet, cum eo congruant illa ex Minucio in Octavio: 'Quidve animantium loquar adversus sese tutelam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentibus saeptas, et fœdatas unguis, et spicatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pinnarum?' *Lamb.*

Quam possit abuti. Recte Lambinus, ex vet. quibusdam, et ita in nostris vet. In aliis, *quod*. Gifan. Ita Plant. et Ter. 'abuti,' insumere est, &c. *Faber.*

1035 *At catuli pantherarum, scymni-*
que] Profert hunc versum Nonius in voce 'catuli.' Jam 'scymni' Græca vox est, idemque valet quod Latina 'catuli.' *Lambin.* *Scymni.* *Scyrol* plerumque pro catulis leonum, alias generale nomen est. *Faber.*

1037 *Viridum etiam quom sunt]* Cum olim secutus essem omnes fere libros vulgatos, hæc annotaram: In quibusdam libris manser. desideratur vox *ipsis*, ut fortasse legendum sit, *Viridum etiam cum sunt dentes, unguesque creati.* Codices quidem Florentini sic habent, *Vir etiam cum sunt, &c.* Nunc igitur sic legendum censeo, *Vir dum etiam cum sunt, &c.* non, ut vulgo, *Vir dum cum ipsis sunt, &c.* Licet etiam sic legere, *Vir dum eis, cum sunt dentes, unguesque creati.* *Lamb.* *Vir etiam cum sunt.* Ita vulg. Florentini, et Marullus. In vet. *Vir jam cum sunt.* In vulg. *Vir dum cum ipsis sunt.* Et *Lambinus.* *Gifan.*

1038 *Alituum porro genus]* Profert hunc versum Nonius, cum eo qui proxime sequitur, in voce 'auxiliatus.' 'Alituum' autem pro alitum positum. Sic Virg. *Æn.* 8. 27. 'Alituum pecudumque genus sopor altus habebat.' et Lucret. paullo post: 'Postremo genus alituum,' &c. *Lamb.*

1039 *Tremulum auxiliatum]* Propter tremulum alarum motum. *Creech.*

1040 *Proinde putare aliquem]* Hæc contra Pythagoram dicuntur, cui summæ sapientiæ visum est, rebus omnibus nomina imposuisse: et item contra Platonem, qui in Cratylo docet, nomina consulto rebus esse imposita, eumque, qui primus nomina fabricatus sit, *δρωματουργος*, i. e. 'nominum opificem,' et *δρωματοδότης*, i. e. 'nominum impositorem,' seu 'conditorem' nominat. *Lamb.*

1044 *Tempore eodem alii, &c.]* Preinde ac si dicat: si quis unus potuit nomina rebus imponere, et res vocabulis notare, idem et alius eodem tempore facere potuit. *Lamb.*

1045 *Præterea si non alii quoque]* Hujus loci hæc sententia est: Præterea si non etiam alii homines inter se oratione usi fuerant; unde huic uni nata est cognitio utilitatis, quæ ex sermone percipitur? et unde ei data est potestas faciendi, ut alii scirent atque intelligerent, quid sibi vellet? Hic enim ordo verborum est: unde huic data est 'potestas facere,' i. e. potestas faciendi, ut scirent, animoque viderent, quid vellet? *Lamb.*

1046 *Inter se fuerant]* *Fuerent.* *Gifan.*

1051 *Suadereque surdis]* I. e. suadere non intelligentibus, seu iis qui intelligere non curarent. *Lamb.*

1052 *Quid facto esset opus]* Sic necessario legendum, *esset*, quamvis codices omnes reclamarent. Verum tamen adjuvant et confirmant hanc scripturam duo codices veteres, cum quibus consentiunt quidam vulgati, qui habent, *Quid facto sit opus.* *Lamb.*

1055 *Postremo quid in hac]* Postremo (inquit) quid mirum est, homines, quibus natura præcipue vocem et linguam dedit, potuisse suo cujusque arbitrato, ac pro suo cujusque sensu, qui est varius et multiplex, singulas res notare; cum muta animalia suos affectus, qui sunt admodum pauci, dissimilibus tamen vocibus notare possint, ac soleant? Nam animantes rationis expertes dolorem duntaxat, et voluptatem, et ceteros affectus, qui his duobus subjiciuntur, voce inarticulata quidem illa, sed tamen dissimili, significant. *Lamb.* Si enim nomina ipsa per se se cognitionem aliquam τῶν φέροντων afferrent, atque ex sola pronuntiatione trium quatuorve syllabarum singularis aliqua cognitio pararetur, sane mirandum

foret; sed cum ab usu, usus autem a temeritate, fortuna, commoditate, interdum et a popelli imperitia, &c. pendeant, nil sane mirabile est, quod ait Lucretius. *Faber.*

1058 *Pecudes mutæ*] I. e. animalia rationis et orationis expertia, ἄρα λόγα. aliter 2. 342. duobus epithetis conjunctis, 'mutæque natantes:' et eod. lib. 1081. 'sic denique mutas Squammigeram pecudes.' *Lamb.* Apposite Lactant. 3. 10. 'Nam cætera etiam, quæ putantur homini esse propria, in cæteris quoque animalibus reperiuntur. Quæ enim suas voces propriis inter se notis discernunt, atque dignoscunt, colloqui videntur: ridendique ratio apparet in his aliqua, cum demulsa auribus, contractoque rictu, et oculis in lasciviam resolutis, aut homini alludunt, aut suis quisque conjugibus ac foetibus propriis; nonne aliquid amori mutuo et indulgentiæ simile impartiunt?' *Hav.*

1060 *Gaudia gliſcent*] Sic loquitur Pacuvius: 'Sed nescio quidnam sit animi; horrescit, et gliſcit gaudium.' 'gliſcere' (inquit Nonius) est congelascere, et colligi, vel crescere, vel ignescere. sup. 1. 475. 'Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliſcens.' et 3. 479. 'Nant oculi? clamor, singultus, jurgia gliſcunt?' *Lamb.*

1061 *Quippe etenim id licet e rebus*] In quibusdam codd. *etenim licet id rebus.* Gifan.

1062 *Inritata canum quom primum*] Ordo et sententia horum verborum hæc est: Cum primum ricta magna et mollia canum Molossorum, i. e. ex Epiro, irritata, duos nudantia dentis, 'tremunt,' seu 'fremunt;' i. e. cum primum canes magni Epirotici rictu diducto et dentibus nudatis irritati tremunt præ ira, seu fremunt; longe alio sonitu rictibus ita districtis minantur, atque cum jam latrant, et omnia vocibus complent: *tremunt* autem initio reposueram, Nonium

secutus, qui in voce 'rictus,' profere hunc locum, ita videtur legisse, nisi corruptus est. Sed docti quidam, quibus assentior, malunt legi *fremunt*, ut est impressum in codicibus Parisiensibus et antiquis Aldinis: quanquam *tremunt* non rejicio. Præterea *districta* excidendum curavi, adductus auctoritate librorum veterum, cum in vulgatis legatur *distracta*. 'rictus, us,' autem, et 'rictum, i,' pro eodem usurparunt veteres, teste Nonio. Lucr. 6. 1193. 'inhorrebat rictum, frons tenta minebat.' Quod autem Zoilus edidit *tremunt*, ferri non potest. *Lamb.*

1063 *Mollia ricta premunt*] Ita libri vet. et vulg. In quibusdam vulg. *fremunt*. In Nonio: *tremunt*. Ego libros sequor. In quibusdam vet. *minatur*. Gifan. *Minatur*, nimirum vs. seq.

Ricta] Ut 'volta' pro vultus. *Faber.* Ut lib. 4. 'Volta' pro Vultus: et 6. 1193. 'Inhorrebat Rictum.' *Fremunt* autem recte legitur, nec admitendum est Nonii *tremunt*: rejiciendum vero, licet mille Codd. exhibeant, Gifanii *premut*. Creech.

Duros nudantia dentis] De uno ex equis asinum impetentibus Apuleius Asini Aur. lib. 7. 'Dentiumque candidantium renudatis hastis, totum me commorsicat.' *Hav.*

1064 *Rabies*] Tralatitium non est, nec tritum 'rabiem' a Lucretio accipi pro fremitu canis nondum latrantis, sed irrientis, quom (ut Lucilius ait) caninam literam 'Rho' pronunciat canis irritatus. *Turneb. Adv. 30. 22.*

1066 *At catulos*] Sic legendum: et ita scriptum est in quattuor libris manuscr. et in antiquis Venetis. Nam alii vulg. habent, *Aut catulos*, et item nonnulli manuscr. mendose. *Lamb.* Ita vet. libri fere. Vulg. *Aut*; et proximo verso, *Aut*. Gifan.

1067 *Aut ubi eos*] Secutus sum codices antiquos Aldinos: in quibus ita legitur: nam ceteri sunt mendo-

si, in quibus scriptum est, *At ubi Lamb.* Mire lectionem Gifanianam *lactant* confirmat Vos. Pater in *Ety-mos* ad v. 'Lacere.' Filii: *morsuque patente*, quam ad Catull. pag. 6. sup-peditat, elegantior fortasse, quam ve-rior. *Preig.*

Jactant] Sic legendum, non *lactant*. significat enim tempus illud, quo tempore canes ludibundæ suos catulos, aut pedibus *jactant*, aut morsiunculis appetentes, non valide impres-sis dentibus, sed sustentatis et sus-pensis, et faucibus tenere admotis, eos quodammodo haurire velle vi-dentur, ita tamen ut illas suis catu-lis nocere nolle, facile appareat. Zoi-lus hanc emendationem non probat, vel stupore mentis, vel malevolentia, vel utroque (quod credibilis est) impeditus. *Lamb. Lactant*, i. e. trahunt. Atque ita omnes libri. *Ma-le, opinor, Lambinus, jactant.* Gifan.

1068 *Suspensis*] Non graviter im-pressis, sed sublevatis. sup. 3. 197. 'Namque papaverum, aura potest suspensa, levisque, Cogere, ut ab summo tibi distillat altus acervus.' Idem 6. 1126. 'Aut etiam suspensa manet vis aëre in ipse.' Virg. 7. 810. de Camilla: 'Vel mare per medium flucta suspensa tumenti Ferret iter, celereis nec tingeret æquore plantas.' Idem Georg. 1. 68. 'At si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum Arcturum tenui sat erit sus-pendere sulco.' 'suspendere,' sabin-tell. tellurem. *Lamb. Aut ubi eos jactant pedibus, morsuque patentes Sus-pensis teneros imitantur dentibus haus-tus.* Posteriores illam versum jam abhinc sex septem annis emendavi ex occasione quam mihi obtulerat locus quidam Phædri purissimi sua-vissimique scriptoris, cujus editio-nem notulis meis illustratam suscep-erat Salmuriensis Bibliopola. Lo-cum itaque integrum transferam, ne-que enim in eo quidquam mutari necesse est. '*Suspensio pæda.* Nil

facilius: sed quia ad hunc locum ver-sus quosdam Lucretii attulit Schop-pius, in quibus gravissimum errorem esse contendo, mihi quoque illos af-ferre lubet, et, occasione admonen-te, emendationem addere. Lequitur autem ibi de canibus et eorum catulis in hunc modum: 'At catulos blande cum lingua lambere *testant*, Aut ubi eos jactant pedibus, morsu-que patentes, suspensis teneros imi-tantur dentibus hausus.' *Favorem* in tertio versu esse aio. Cum enim id, quod a Lucretio describitur, catu-lis suis faciunt canes, dic, quæso, lector, quid tandem imitantur? non-ne veros hausus? i. e. namque veros catulos suos diducto rictu jam jam hausuræ videntur? quod ipsam et fe-les factitare videmus, ubi cum parva-lo grege sese oblectare volunt. Le-gendum itaque est, '*Suspensis veros imitantur dentibus hausus.*' *Faber.* Alii *Patens*. Certant etiam gram-matici utrum *lactant*, an *jactant* lege-retur. In sequenti versu pro *teneros*, *Faber, veros*. *Negligo. Cruach.*

1069 *Longo alio pacto*] Hanc ver-sum profert Nanius, quanquam cor-ruptam. *Lamb.*

Adulant] Adulantur. *Adulationem* proprie canum esse docet Nonius in voce 'adulatio.' *M. Tull. de N. D.* lib. 2. 'Canum tam amans domino-rum adulatio.' *Lamb.*

1070 *Baubantur*] Latrant. Ver-bum factum a canum voce (inquit Non.) in verbo 'baubari.' Et sanctor vocabularii Latino-Græci, 'baubari,' inquit, 'βαυρεῖν.' *Lamb.*

1074 *Pinnigeri*] Alibi *pennigeri*. cur Cupido fingatur pennatus, consule Propertiam 2. 12. *Lamb.*

Servi] In vet. quibusdam *o' acuit.* *Gifan.*

1075 *Et cum sis*] Ita recte Lambi-nus, cum in omnibus libris esset: sic. Ut et supra, 3. 1038. *Gifan. in ed. pr. Et cum sis alias, &c.* Sic restitui, cum in libris omnibus legeretur, *Et quom*

sic alius; nam quid valet hoc loco sic? Plane otiosum et ineptum est. sic autem, i. e. suis, ut sup. 8. 1038. 'Lumina sis oculis etiam bonus Ancu reliquit.' Lamb. Et cum sic. Lambinus: sis; acute, sed contra vet. libros. Giffan. ed. post.

1076 Ad arma] Quænam arma? Martiane, an Venerea? Lamb. Alius forsitan istarum vocum sensus, sed turpiculus. Cressk.

1077 Postrema, genus altitum, &c.] Sup. vs. 799. 'Principio genus altitum, varisque volucres.' Lamb.

1078 Ossifraga] Ossifraga, aquilæ genus: de quo lege Plin. 10. 2. Lamb.

1081 Et quom de victu, &c.] Proinde ac si ita loquatur, Et mutant cantus partium cum de victu certant, prædaque repugnant, partim cum tempora mutantur. Lamb.

1082 Partim] Illud hic citra geminationem usurpavit Poëta: ita Cicero (docente Magio Miscell. lib. 1. cap. 7.) 2. de Div. 'A nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus ornatis, trucidatas jaceret.' Addit idem Val. Max. locum lib. 2. de Inst. 'Pars capitali judicio damnata.' cui ibi non alia vox est que respondent. How.

1083 Cornicum ut sacra vetusta, Cornuque] Virg. Georg. 1. 388. 'Tum cornix plena pluviam vocat improba soce, Et sola in sicca secum spatiat arena.' Idem ibidem, 410. 'Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant, et sæpe apudibus altis Nescio qua præter solium dulcedine læti Inter se foliis strepitiunt.' Lamb.

Sacra vetusta] Cornicem novem hominum menses vivere testatur Hesiodus, hoc est, annos fere trecentos. sic ille 2. 746. 'Ἐννία τοὶ ζῶν γὰρ τοῖς λαίρην'α κορνίη, i. e. 'Novem menses vivit garrula cornix.' Her. Od. 8. 17. 'Ἄνεσσα κορνίη.' et Od.

4. 28. 'Cornicis vetule.' Lamb.

1090 Illud in his rebus, &c.] Nunc ostendit, unde ignis in terras delatus sit, profert hunc locum Servius Georg. 1. 999. 'Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.' Lamb. Supra ignis mentionem fecit, vs. 1009. Jam vero vs. 17. docet ignem vel fulmine in terras delatum, vel ex arboribus vento jactatis ramisque inter se ceptritis natum primo se mortalibus exhibuisse: illius autem ministerio ad præparandos cibos homines fuisse usus, quoniam observaverant solis calore miltiores fieri et sibi aptiores fractus: inde alius victus, alia vivendi ratio, quam invenit ingeniosa luxuria. Cressk.

1091 Fulmen detulit in terras mortibus ignem] Hoc idem significant poëta, cum faciunt Vulcanum esse, quod claudus esset, a Junone in terras dejectum; a Thetide autem et Eurynoma receptum ac servatum. Nam per 'Vulcanum claudum' significatur ignis noster, qui sine materia constare non potest, per Junonem Vulcani matrem, aër, in quo fulmen et cetera *περὶ αἴρα* gignuntur, et unde nascuntur: per 'Thetidem' vero, situs terræ, per 'Eurynomam,' ignis distributio, et communicatio, et usus. Nam hæc duo, terræ situs, et ab hominibus cognita ignis utilitas, inter ipsos distributa et communicata, ignem conservarunt. Fabula autem est apud Homer. *Ἰλ. σ. 394. Ἡ δὲ τὸ μοι δειψή τε καὶ αἰθόη θάδς ἔσθω, Ἡ μὲ δάδω, δε μὲ ἔλγος ἀφίκετο τῆλε τασάρα, Μητρὸς ἐμῆς Ἰσθρι κορνίηδος, Ἡ μὲ δάδωσκε Κορνίη χαλδὴν ἔδωρα. τὴν δὲ πάθω ἔλγος θυμῶ, Εἰ μὴ μὲ Ἐβρωμένη τε, Θέρις δὲ δρεβέζωρο ἀέλιου, &c. i. e. 'Profecto veneranda et verenda Dea mihi domi est, quæ me servavit, cum me doler tetigit, gravi casu debilitatum, matris meæ impudentis consilio et voluntate: quæ me volebat a conspectu suo et Deorum*

removere, et de medio tollere, quod clandestus essem. Tunc equidem graves animo dolores pertulisset, nisi me Eurynome et Thetis suo sinu excepissent.' *Lamb.*

1092 *Diditus ardor*] Ita ex veteribus libris restitui. In aliis, *diditur*; non tam recte. *Gifan.*

1093 *Multa videmus enim*] Profert hunc versum cum eo qui deinceps sequitur, Nonius Marc. in verbo *fulgere*, penultima correpta. Idem Laeret. 6. 159. 'Fulgit item, nubes ignis cum lumina multa Excussere.' *Lamb.*

1095 *Et ramosas tamen cum ventis*] Significat etiam probabile esse, primum ignem ex duabus arboribus inter se collisis et confictis expressum fuisse: quod fieri solere dictum est sup. l. 896. 'At sæpe in magnis sit montibus (inquis) ut altis Arboribus vicina cacumina summa terantur,' &c. *Lamb.*

1098 *Emicat*, &c.] Servius hunc locum proferens, eodem quem, sup. indicavimus loco, legit *Emicat*; itaque legitur in quibusdam lib. manuscr. quos nunc sequor. nam vulg. habent *Et micat*. *Lamb.* *Emicat*. Hoc in vet. quibusdam exstat. In aliis, *Et micat*. *Gifan.*

1099 *Mutua dum*] *Mutua*, i. e. mutuo: ut sup. l. 369. 'crebra revisit.' ibid. 79. 'et inter se mortales mutua vivunt.' *Lamb.*

1103 *Verberibus radiorum*] Tralatio. Sic sup. hoc lib. 485. 'Et radii solis cogeant undique terram Verberibus crebris extrema ad limina apertam,' &c. *Lamb.*

1106 *Et corde vigeant*] I. e. et cordati erant: consilio et mente præstabant. 'cor' pro animo posuerunt veteres: ex quo 'cordati' et 'excorde.' Ennius, 'Egregie cordatus homo, catus Eliu' Sextus.' Hor. Ep. 1. 2. 25. 'fuisset turpis et excors.' Ansonius: 'Qui reminisco putat se dicere posse Latine, Hic, ubi co

scriptum est, faceret cor, si cor haberet.' Arnob. lib. 6. 'Usque adeone mortales sæculi illius ac temporis corde fuerant vacui?' &c. *Lamb.*

1107 *Condere caperunt urbes*, &c.] Ut communi saluti melius consultum foret, summa potestas defertur uni, quem forma, ingenio, aut viribus præstantem, et plane regem effecerat natura: ille urbes, ille arces condidit sibi subditisque suis ab hostium injuriis præsidium: illius arbitrio agebantur omnia, et O felix humanum genus sub tali principe! Sed subito corruptit avaritia, evertit omnia ambitio, et ita hodie dominantur, ut si vivere velis, rerum publicarum administrationem fuge; difficulter enim obtinetur imperium, et difficilius retinetur: pro voluptatibus caras affert et molestias, instabile denique et infirmum est. Invidia et insidiis undique pettum. Sed quid moneo? Semper rapuit, semperque rapiet homines. 'Ventoso gloria curru.' Hæc vas. 28. *Creech.* *Caperunt tum urbis*. Hoc ex vet. libris interjeci. Ab aliis quibusdam abest. *Gifan.*

1111 *Facies*] Species, *ædos*. Etiam Aristoteles lib. 1. de Rep. scribit, si qui reperiantur ea pulchritudine corporis præditi, quæ in Deorum statutis cernitur, nemini dubium futurum, quin ii aliis imperare debeant. Xenophon præterea in symposio ait pulchritudinem esse quiddam regiam naturam. Eodem pertinet hoc Euripidis, quod est apud Stobæum in iis quæ collegit de pulchritudine: "Ἰδοὺ δ' ἀνδρῶν ἕκαστος ἔρρει' ἀβέβαιον, Πρωτῶν μὲν εἶδος ἀξιῶν τυραννίδος. Πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοῦτ' ἀπάρχων ἐν βίῃ, τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν. l. e. 'Videam eorum filios mares ex maribus prognatos, primum quidem forma et specie ipsa regno dignos. Maxima enim virtus est in hac vita, si cui corpus contigerit dignitate quadam honesta

præditum.' M. Tull. partitionibus: 'Postea de corporis bonis dicendum; in quibus quidem, quæ virtutem maxime significat, facillime forma laudatur.' *Lamb.*

Viresque vigebant] I. e. et qui viribus præstabant, erant in pretio, et aliis imperabant. Sic Varro Margop. 'Qui pote plus, urget, piscis ut sæpe miutos Magnu' comest; ut avis enecat accipiter.' *Lamb.* Nam *facies multum valuit, viresque vigebant.* *Lego, Nam facies multum valuit, viresque vigentes.* Et facies, (i. e. dignitas oris, et corporis proceritas,) facies, inquam, et vires vigentes multum illa tempestate valuerunt. notus est Aristotelis locus in eam rem. *Faber.*

1112 *Posterius res inventa est*] *Res, i. e. pecunia, bona fortunæ.* Hor. Sat. 2. 5. 8. 'Et genus et virtus, nisi cum re, villior alga est.' *Lamb.*

1113 *Quod facile et validis, et pulchris*] Hor. Sat. 2. 3. 94. 'omnis enim res, Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulchris Divitiis parent.' *Lamb.*

1114 *Divitioris*] I. e. ditioris, sic Ter. Phorm. 1. 1. 8. 'semper aliquid addant divitoribus.' et M. Tull. 3. de Orat. 'Divitior dithyrambus.' et Offic. 2. 'Mamerco homini divitissimo.' Et *Emilius Probus*, seu *Cornelius Nepos*, in Alcib. 'Socerum habuit Hipponicum, omnium Græcorum divitissimum.' sic enim edidimus, et ita legendum, non, ut vulgo, *dissertissimum.* Idem in Phocione, 'Fuit enim perpetuo pauper, cum divitissimus esse posset, propter frequentis delatos honores, potestatesque summas,' &c. *Lamb.*

1115 *Creti*] *Crete.* *Lamb.*

1116 *Quod siquis vera, &c.*] *Lege quæ sequuntur, et fateberis Epicurum providum esse et continentem, ab omni avaritia et ambitione alienum, nam utraque curas affert et molestias, neutra promovet fælicitatem. Hinc ipsius effatum, ἥδιον πο-*

λυτελείας ἀπολαύουσι οἱ ἥμισυ τούτης δέδμενοι. *Creecch.*

1117 *Divitias grandes hominis*] Cum sæpe habebat in ore Epicurus parimoniam, continentiam, tenuitatem victus, animi denique æquitatem; tam id, quod verbis laudabat, aiunt eum perpetua vitæ constantia comprobasse. Verba autem ejus hæc sunt apud Laërtium: *Καὶ τὴν ἀντάρκειαν δὲ ἀγαθὸν μέγα νομίζομεν, οὐχ ἵνα πάντως τοῖς ἀλλοῖσι χρέμεθα, ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ ἔχωμεν τὰ πολλὰ, τοῖς ἀλλοῖσι χρέμεθα, πεπερασμένοι γνησίως, οὐ πολυτελείας ἀπολαύουσι οἱ ἥμισυ τούτης δέδμενοι.* i. e. 'Et animi æquitatem nihil externi desiderantem, magnum bonum esse arbitramur, non ut pro sua paucis utamur, sed ut, si non habeamus multa, paucis utamur, vere persuasum habentes, eos jucundissime sumptuoso apparatu victuque perfrui, qui eum minime desiderant.' De ejusdem continentia sic M. Tull. lib. 3. Tusc. 'Negat Epicurus jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur: negat, ullam in sapientem vim esse fortunæ; tenuem victum antefert copioso.' His adde, quæ præterea a nobis dicuntur infra, proemio 6. 11. 'Nam cum vidit hic, ad vitam quæ flagitat usus, Omnia jam ferme mortalibus esse parata,' &c. *Lamb.*

1118 *Neque enim est unquam parvis parvi*] I. e. neque enim unquam hominibus desunt pauca, seu parva. Ita fit, ut sapiens nunquam eget, immo vero ut sit dives. Quod ita colligi et concludi potest: homines non egent rebus parvis, neque paucis: sapiens parvis et paucis contentus est: ergo sapiens nunquam re ulla eget. At qui nunquam re ulla eget, dives est. Ergo sapiens semper dives est. *Lambin.*

1121 *Degere vitam*] Sic habent quattuor libri manuscr. vulg. *ducere vitam.* *Lamb.* *Degere, ducere.* *Gifan.*

1122 *Quoniam ad summum, &c.*] Diversam ab aliis, sed veram interpretationem apponisse video. *Creech.*

1125 *Contemptum*] Duo lib. manuscr. habent *contemptus*, plane mendose. sed tamen de hac scriptura lectorem celatum nolui. *Lamb.* In quibusdam vet. *contemptus*. In aliis, *contemptum*. Forte, *contemptos*; ut *s. etidatur. Gifan.*

1128 *Proinde, sine, incassum*] Secutina stum scripturam vulgatam; nam nonnulli scripti habent *Proinde fidei incassum*, plane mendose, nisi fallor. *Lamb. Sine in cassum.* In quibusdam vet. *fidei*. In aliis, *etde.* *Gifan.*

Sanguine sudent] Sine valde laborent. sudor sanguinis, ingentem corporis laborem, gravemque animi molestiam significat. 'sanguine sudent' antem translate dictum, ut 'sudent humore,' &c. 6. 943. Idem ibidem, 1146. 'Sudabant etiam fauces intrinsecus atro sanguine.' Sic fere *Plantus* in *Pseudulo* 1. 1. 98. dixit 'fiere drachmis argenteis,' non longe admodum a principio. Totum locum adscribam: 'Ut litterarum ego harum sermonem audio, Nisi tu illi drachmis fiereris argenteis, Quod tu istis lacrymis te probare postulas, Non plurius refert, quam si imbrem in cribrum ingeras.' *Lamb.* Valde laborent, Interpretes, quibus credo, quoniam quid melius dici possit nondum inveni. *Creech. Etter ex blood sweeten,* nostra lingua dicimus, idque scilicet præ metu, ne id, quod ambiunt, illis ab aliis præripiatur. *Han.*

1130 *Invidia quoniam*] *Fiacous* Od. 2. 10. 11. 'feriantque summos fulgura (al. *fulminis*) montis.' *Lamb.* Dnos hæc versus, si libri permitterent, delorem, certe: ejectionis istis integra foret sententia quæ illorum intervertu luxata videatur. *Creech.*

Vaporant] Calent, ardent, flagrant. *Lamb.*

1131 *Quæ sunt aliis magis*] I. e. quæcumque aliis sunt editiora atque

altiora. Sic est sntem legendum, non, ut vulgo, *quæ sunt aliis magis edita cunqve.* *Lamb. Aliis.* Ita in vet. nostris, et *Lambini.* *Vulg. altis. Gifan.*

1133 *Ex auditis*] I. e. ex iis quæ audierant et acceperant ab aliis, non quæ ipsi suis oculis viderunt, aut non experti sunt. Sic loquitur *Plantus* *Bacchid.* 3. 3. 65. 'Quin ego, quom peribat, vidi, non ego ex audito arguo.' *Lamb.*

1134 *Nec magis id nunc est*] *Scæper* eadem sient, eadem facta sunt. *Faber.*

1135 *Ergo, regibus occisis, &c.*] *Deturbatis* regibus iterum vis, injuriæ, tumultus, et ad pristinam feritatem rediit hominum vita, tandem placuit magistratus creare, leges constituere, et pœnis coercere injuriosos: prudenter hoc quidem, nam metus vehementissima causa est, et timore homines maxime continentur. Ne vero quis putet se impune fœdera violare posse, quoniam clam peccet, nam garrula est conscientia, et multi vel morbo delirantes vel in somnis suorum scelerum indicium fecerunt. *Creech.*

1136 *Soliorum*] *Sellarum* regiarum. *Lamb.*

1137 *Insigne*] *Diadema,* corona, sceptrum. *Faber.*

Cruentum] *Regibus occisis,* ut supra dixit. *Lamb.*

1139 *Nam cupido conculcatur*] Sententia hæc est: quod homines antea nimis metuerant, ab eis cupido pedibus teritur et conculcatur. Sic fere *M. Tull. Off.* 2. 'Qui vero in libera civitate ita se instruunt, ut metuantur, his nihil potest esse dementia. quamvis enim sint demersæ leges alicujus opibus: quamvis timefacta libertas: emergit tamen hæc aliquando aut judiciis tacitis, aut occultis de honore suffragis: acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis: quam retentæ.' *Lamb.*

Nam cupide concupiscitur, &c.] Locis communis, quo faciunt, quæ Jov. Sat. 10. de 'Turba Remi,' ejusque in Sejanum damnatum ludibriis. Tac. 1. Ann. 'Nihil in vulgo modicum; terrere, ni paveant; ubi pertimuerint, impone contemni.' Et 6. Ann. 'Civium audacia turbidum, nisi vim metuant.' *Freig.*

Nimis ante metutum] I. e. quod homines nimis ante metuerunt. participium passivum veteribus usitatum, posterioribus obsoletum. notat Priscian. lib. 10. *Lamb.*

1140 Ad summam Faecem] Ad infimam plebem, atque ad vulgus hominum. quod genus resp. administrandæ ὀχλοκρατία appellatur a Græcis. *Lamb.*

1141 Summatum] Principatum, summum gradum, supremos honores. *Lamb.*

1142 Docere] Forsan didicere. *Creech.*

1145 Quo magis ipsam Sponte sua cecidit sub leges] I. e. quapropter tanto magis se subjecit legibus et juribus. significat Lucretius, leges esse ab hominibus acceptas, ut eis sine vi sineque injuriæ metu vivere liceret. sic fore Hor. Sat. 1. 3. 3. 'Jura inventa metu injusti fateri necesse est, Tempora si, festosque voles evolvere mundi.' sic apud Herod. lib. 2. Deloces quidam magna de se opinione justitiæ apud Medos excitata, omni de eorum controversiis, ultro ad se delatis, magna cum æquitate sententiam ferret, tyrannidem libentibus illis occupavit. *Lamb.*

1146 Artaque jura] Codex Memmianus habet, *artque iusa*: ex qua scriptura P. Paschallius, vir eloquentissimus, historicus regius, idemque mihi amicissimus, suspicatur legendum, *artaque jussa*: cui propemodum assentior. Nam apud M. Tull. crebro reperitur hæc vox, ut 'jussa populum,' 'scita ac jussa nostra.' Hoc quoque arripit Zoilus, quamvis all-

cui leve videri possit: et homo juvenus, idemque injustissimus, hæc, non meam, sed Paschallii, conjecturam inuncavit. *Lamb.* Forte, *jussa*. Nam in vet. quibusdam: *iusa*. *Gifan.*

1150 Unde] Ex legibus. Nonnulli libri habent *Inde*. *Lamb.* In quibusdam vulg. *Inde*. Ita et Marullus. *Gifan.* Apertior trium horum verborum sententia, si invertatur illorum ordo, *Circum retit enim vis atque injuria quemque, Atque unde exorta est ad eum plerumque revertit, Unde metus, &c.* *Creech.*

Pramia vitæ] Dulcedinem vitæ: seu fructum, qui ex vita percipi debet. *Lamb.*

1151 Circumretit enim] Quia qui vim et injuriam infert alteri, legibus irretitus dat continuo, aut certe aliquando, pœnas. *Lamb.*

1153 Nec facile est placidam, &c.] 'Quia' (ut ait M. Tull.) 'sua quemque frans, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat.' *Lamb.*

1155 Et si fallit] I. e. et si latet. Sic Hor. Epist. ad Quinctium lib. 1. 16. 61. 'Da mihi fallere: da justum, sanctumque videri: Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem.' Atqui Deos nemo fallere potest. Hæc de re autem exstat apud Gell. Peregriini philosophi gravis oratio, 12. 11. Jam vero totius hujus loci sententia ab illo versa, 'Circumretit enim vis atque injuria,' &c. ad illa quæ refert Diog. Laërtius in Epicuro, pertinet: 'Ἡ ἀδικία, οὐ κατ' ἐαυτὴν κενὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ τὴν ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσῃ ὑπὸ τῶν τοιοῦτων ἐφεσθηκέναι καλοῦστας. οὐκ ἔστι γὰρ τὸν λάθρα τι ποιοῦντα ἐν σίνεσσητο πρὸς ἀλλήλους εἰς τὸ μὴ βλάπτεσθαι καὶ βλάπτεσθαι, πιστεύειν, εἰ λήσῃ, κἀν μυριάκις ἐπὶ τοῦ παρόντος λαοῦσθαι: μέχρι γὰρ καταστροφῆς, ἀδύλον, εἰ λήσῃ. i. e. 'Injustitia non est per se malum; sed eo, quod metu afficiatur ex suspitione, si non fallat, aut latebit eos, qui præsumt talib. facinorib. vindicandis.

Non potest enim fieri, ut, qui clam violat aliquid eorum quæ inter homines convenerunt et pacta sunt, ne cui damnum inferant, neve ab aliquo detrimentum accipiant, credat fore ut ignoretur, et fallat, etiam si millies in præsentī tempore ignoretur. Nam perpetuo et usque ad exitum vitæ fore clam, diffidere debet.' *Lamb.*

1156 *Perpetuo tamen id fore clam*] Sic M. Tull. lib. 1. de Finib. 'Cujus in mente consedit temeritas, hoc ipso, quod adest, turbulenta non potest non fieri: et si vero molita quippiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum. Plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum index: multi etiam, ut te consule, ipsi se indicaverunt.' *Lamb.*

Fore clam] Sic Ter. Adelph. 1. 1. 46. 'Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit.' *Lamb.*

1157 *Quippe ubi se multi per Somnia*] Sic sup. 4. 1012. 'Multi de magnis per somnum rebus loquuntur Indici-que sui facti per sepe fuere.' *Lamb.*

1158 *Procraxe*] I. e. palam aperuisse, atque indicasse, et quasi in publico garrisse. Verbum est e Græco detortum κρᾶξις, seu κρᾶξις, quod ipsum a præterito κέρραγα factum est. valet autem κρᾶξις idem quod κρᾶξις, i. e. 'clamo' et 'vociferor,' cujus præteritum κέρραγα: hinc verbum 'procrago, procraxi, procraxisse,' et κατὰ συγκρίσιν 'procraxe,' ut sup. lib. 3. 'abstraxe' pro abstraxisse, et similia. Quamquam hoc loco quidam malunt legi *protraxe*, ut habent plerique libri vulgati: a quibus equidem invitatus dissentio, sed cum *procraxe* reperitur in aliquot libris manuscr. et in antiquis Venetis, et probetur Hermolao Barbaro, et (quod caput est) longe significantius sit, quam *protraxe*, illud potius, quam hoc excudendum curavi. Licet etiam legere *prograxe*. *Lamb.* *Prograxe*. Ita vet.

libri. In aliis veteribus *procraxe*. Vulg. *protraxe*; male. *Glyca*. Ut 'traxe' Virg. 5. 786. 'pœnam traxe per omnem.' Est autem verbum originis Græcæ, a κρᾶξις, ἡκρᾶξις. unde Poëta effinxit τὸ 'procrago.' in al. lib. *protraxe*, non bene. *Faber*.

1159 *Et celata diis in medium peccata dedisse*] I. e. et diu occultata peccata sua in medium protulisse, et vulgasse. *Lamb.*

1160 *Nunc quas causas*] Nunc docet, quæ res opinionem Deorum in animis hominum in se verit, et unde nata sit religio. *Lamb.* A primo hominum ortu religio, et Deorum metus; unde vero ista numinum notities? a simulachris quibusdam, e Diis ipsis (quibus quasi corpus et quasi sanguinem attribuit Epicurus) profuentibus an fortuito natis incertum est. Ista autem simulachra perpetuo in mentes hominum tam vigilantium quam dormientium incursu efficiebant, ut conjicerent homines extare alicubi ipsis consimiles naturas, intelligentiæ capaces, quippe membra movere, et loqui simulachra videbantur: immortales etiam, quoniam eadem semper simulachrorum forma, et immensa illorum virtus, vss. 4. Beatas denique, quoniam neque metu mortis nec periculis erant vexatæ, et nunquam lassatæ æterno quasi otio fruebantur, vss. 4. *Creech*.

1162 *Curavit*] Tralatio. Sic sup. eod. lib. 1014. 'Ignis enim curavit, ut alia corpora,' &c. *Lamb.*

1163 *Quæ nunc in magnis florent sacra rebus*] Eam scripturam secutus sum, quæ reperitur in tribus libris Manuscriptis, et in totidem vulgatis. neque est quod quemquam offendant vox *sacra* iterata. Nam hæc ἐκράσις πᾱ valet ad ornatum ac venustatem. Si quis tamen alteram lectionem mallet, non pugnabo: quæ talis est, 'Quæ nunc in magnis florent rebus-que locis-que.' 'in magnis rebus' autem, verbi gratia, in iis quæ ad bel-

lum, aut ad pacem pertinent, ubi vota pro rep. nuncupantur, et cum res magnæ suscipiunt. Quidam tamen hunc versum existimant non esse Lucretianum, sed inculcatum. *Lamb.* *Florent sacra rebus locisque*, hæc verissima scriptura. Etsi in quibusdam libris sit, *florēt rebusque locisque*. Vide Indicem, 'Repetitio.' *Gifan.* Hic versus vel spurhus est, ut alii viderunt, præter *Gifanium*, vel extra omnem medendi spem jacet. Sensus autem illius esse debuerat, 'Quæ nunc in cunctis fumant arisque focusque.' *Fab.* At sanus videtur versus et integer. *Creech.*

1169 *Celebrare*] Colere, et celebra reddere. *Lamb.*

1166 *Animo facies vigilante videbant*] I. e. animo depingebant et informabant vigilantes, *ἔναρ ἐπαρράσσωτο*. *Lamb.*

1170 *Somnis*] 'Oras'. *Lamb.* *Mirando corporis auctus*] In quibusdam vet. *auctus*. Vide 'Augmen.' Ita *Virg.* de *Crensa* lib. 2. et lib. 1. de *Romulo* *Liv. Gifan.* Mira corporis magnitudine: miro augmento, seu augmine. in quibusdam libris scriptum reperi *auctus*: unde quis suspicari possit legendum, *mirandos corporis auctus*. ut sit hæc sententia: et videbant magis in somnis, quam vigilantes, 'magnos corporis auctus,' i. e. ingentia corpora. Hanc conjecturam meam, molli et levi brachio, et *ἐναρράσσω*, a me propositam, *Zoilus* quasi suam refert, 'Ut puerum sævo credas dictata magistro Reddere.' *Lamb.*

1172 *Vocesque superbas*] Tales enim videbantur ob corporum proceritatem, agilitatem, &c. *Faber.*

1174 *Æternamque dabant vitam*] I. e. et tribuebant ingentibus illis corporibus Deorum immortalitatem: pulchra et valida illa Deorum corpora immortalia faciebant. *Lamb.*

1174 *Quia semper eorum Stuppeditabatur facies*] Nempe *ἐκ συνεχούς ἐπιφθόρεως τῶν ὀφθαλμῶν εἰδῶσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ*

Delph. et Var. Clas.

ἀποτελεσμένων, i. e. 'ex assiduo et continente similitum imaginum in idem finitarum affluxione.' *Lamb.*

1176 *Et manet omnino*] Ex voce *tamen*, quæ erat corrupta, totidem litteris verbum *manet* feci: quod huic loco prorsus convenit. Nam *lujus loci* hæc sententia est: Diis tribuebant immortalitatem, quia semper eorum facies suppetebat, et forma permanebat: et plane permanet: et quia tantis, &c. *Lamb.* *Lambinus* conjicit legendum: *manet*. Ego libros sequor, qui *tamen* habent. *Gifan.* Propter tenuitatem, et alias id genus qualitates. *Faber.* Alii *Et tamen omnino, quos*: qui quid velint ipsi videant. Alii, et *manet omnino, quos*: i. e. Necessè ut maneant illorum forma quos, &c. *Creech.*

1178 *Fortunisque ideo longe præstare*] I. e. et eo fortunatissimos et beatissimos Deos esse putabant, quod metu mortis vacarent. *Lamb.*

1182 *Præterea, cæli*] Altera causa quamobrem homines Deos esse crediderint ex *Epicuri* sententia. *Præterea* (inquit) cælum eadem semper ratione moveri, et varia annorum tempora immutabili et rato ordine verti cernebant. 'Cæli rationes,' i. e. cæli motus ratos. At *Stoici* hoc maxime argumento providentiam probari posse putabant, quod essent certi cæli motus, rati astrorum ordines, et ab omni æternitate immutabiles cursus. Sed quid si dicamus legendum *Præterea cæli regiones, ordine certo*, &c. ut ita explicemus, atque interpretemur: *Præterea* cernebant oras cæli, &c. certo ordine moveri ac versari. *Lamb.* Si aliam religionis originem requiras, En causarum naturalium ignorantiam! vs. 11. Nam cum siderum conversiones, vicissitudines tempestatum, grandinem, nivem, ventos denique, fulmenque viderint homines, neque quo modo hæc fierent explicare potuerunt, fugiebant ad Deum, nam constantes syderum motus cui potius quam sapienti gubernatori

Lucret.

5 G

attribuerent? et ubi illius sedem aptius quam in cælo collocarent, unde nix, grando, fulmen, &c. *Cresch.*

Cæli rationes] ‘Ratos cæli motus: sæpe Lucretius, et melius quam *Cæli regiones*. *Creech.*

1185 *Ergo perfrugium, &c.*] Ergo cum rerum causas ignorarent, hoc perfrugium habebant, ut omnia Deorum arbitrio et providentiæ mandarent. *Lamb.*

1187 *Facere*] Supponere, credere. *Faber.*

In Cæloque Deum sedes] Quod verum esse negavit supra lib. eod. non longe a princip. vs. 147. ‘Illud item non est ut possis credere, sedes Esse Deum,’ &c. *Lamb.*

1189 *Et noctis Signa severa*] Sic habent omnes quos vidi libri. nonnulli tamen legi volunt *aerena*. in quibus ego me principem profiteri non dubitem. Vide quæ notavimus ad 4. 462. ‘Et sonitus audire, severa silentia noctis Undique cum constant.’ *Lamb.* Ego ‘severa’ explicarem veneranda, dia, sacra, ut videtur etiam capere Casaub. ad Athenæum p. 790. ubi hoc Lucretii profert ad illustrationem versus *Æschyli* ex *Heliadibus* *δρ’ εἰσι μελαίνης προφυγῶν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγῶν*. ‘quum ad orientem abijt, relicto noctis venerandæ silentio.’ De horrore etiam noctis capit Turneb. Adv. 30. 22. *Hav.*

1192 *Et murmura magna minarum*]. I. e. et tonitrua, per quæ Dii videntur hominibus minari, et terrorem inferre. *Lamb.*

1193 *O genus infelix humanum*] *ἀφρόνημα*. sic snp. lib. 2. princip. ‘O miseras hominum mentes, o pectora cæca!’ *Lamb.* Opinio de providentiæ, si Epicuro credimus, unica est causa sollicitudinis illius, quæ vitas hominum affligit, atque hæc sententia vs. 24. qui sequuntur explicatur. Ab illa autem opinione vulgi vana et inepta superstitio, quæ nulla est erga Deos pietas: qui vere pius,

seipsum respicit, explorat naturæ vires, ut omnia intelligat, nihil admiretur; inde enim fit ut syderum motus, et alia naturæ phænomena intrepidus spectaret, dum omnia fieri sine Deorum interventu noverit: nam pietatis mater (papicolam crederes Lucretium) ignorantia. Hor. Ep. 1. 6. ‘Nil admirari prope res est una Numici, Solaque quæ possit facere, et servare beatum: Hunc solem, et stellas, et decedentia certis Tempora momentis, sunt qui formidine nulla Imbuti spectent:’ Alius: ‘Felix qui potuit rerum cognoscere causas; Atque metus omnes, et inexorabile fatum Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari.’ *Creech.*

1194 *Atque iras adjunxit acerbas*] Quod Epicurus dicebat alienum esse a præstantia naturæ divinæ. sup. 2. 649. ‘Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, Nec bene promeritis capitur, neque tangitur ira.’ *Lamb.*

1196 *Minoribus nostris*] Posteris nostris. *Lamb.*

1197 *Nec pietas ulla est, &c.*] Hunc versum cum quatuor deinceps sequentibus profert Firmian. lib. 2. de Orig. Err. Non admodum autem dissimile est his Lucretianis illud Arnobii lib. 4. ‘Cultus vnicus in pectore est, atque opinione de Diis digna: nec quidquam prodest illatio sanguinis et cruoris, si credis de his ea quæ non modo sint longe ab eorum divina præstantique natura, verum etiam labis et turpitudinis aliquid majestati eorum concilient, et decori.’ Alii legunt, *Nam pietas nulla est*. *Lamb.*

Velatum] Qui Deos venerabantur, operto erant capite. cujus ritus rationem multis verbis reddit Plutarch. *ῥωμαϊκοῖς*. Plant. Amphitr. 5.-1. 41. ‘Invocat Deos immortales, ut sibi auxilium ferant, Manibus puris, capite operto.’ Præterea ‘velati’ dicebantur, quorum caput licio lanæ circumdatum erat: quod usurpabant

et legati, qui res repetebant, et supplices. T. Liv. lib. 1. 'Legatus ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato, Audi Jupiter, inquit, audite fines,' &c. Virg. 3. 370. 'Exorat pacem Divum, vittasque resolvit Sacrați capitis.' Idem 7. 237. 'Præferimus manibus vittas, et verba precantum.' Idem 12. 120. 'Velati lino, et verbenis tempora vincti.' Plantus Amphitr. 1. 1. 101. 'Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.' *Lamb. Velatum sæpe videri Vertier ad lapidem.* Præter ea quæ ad hunc locum a viris doctis aggesta sunt, videndi etiam, de 'lapide uncto,' ut et 'coronato' Pithæus 2. subseciv. cap. 14. tom. 2. Fac. Crit. pag. 796. de 'velando' seu 'operiendo capite,' Schegkius in Præmissis, ep. 10. Tom. 4. Fac. Crit. pag. 907. et seqq. *Præig.*

1198 *Vertier ad lapidem*] I. e. circumagi ad statum lapideam. Ad hunc loem intelligendum opus est Pintarcho advocato. Sic igitur ille in Marcello, verba autem Græca non referemus, sed ea nostro arbitrato vertemus, ab illo loco, Ἦθη δὲ πῶς εἰς ἐμβόλην ἐπιστρέφοντες, &c. i. e. 'Cum autem is ad confictam se converteret, accidit, ut equus, hostium ferocia territus, averteret se ab acie, et Marcellum invitum in diversam partem ferret. Ille autem veritus, ne trepidationem ex religione Romanis incuteret, equo celeriter in lævam partem, qua parte habenam tenebat, retracto, et circumacto adversus hosteis, ipse solem demisso capite adoravit, quasi non fortuito, sed hujus rei gratia, circumactione illa usus esset. Est enim hoc in more positum Romanis, Deos venerari dextrorsum circumacto et versato corpore.' Plantus Curcul. 1. 1. 69. 'Quo me vortam, nescio. Pa. Si Deos salutas, dextrovorsum censeo.' ad quem locum plura. *Lamb. Fnsæ Interpp. Tertulliani et Minutii. Faber. Ro-*

mani velato capite et circumacto dextrorsum corpore Deos (Lapides) venerabantur: vid. Plutarch. *ἑρμαικὰ*, et Vitam Marcelli: et Interpretes Minutii Felicis pag. 12. *Creech.*

1199 *Pandere palmas*] Tendere manus. quod item faciunt qui Deos orant. Virg. *Æn.* 1. 87. 'Ingemit, et duplices tendens ad sidera palmas,' &c. *Lamb.*

1201 *Votis nectere vota*] Atque ita vestire porticus templorum tabellis votivis, ut loquitur Juv. Sat. 12. 100. 'Legitime fixis vestitur tota tabellis Porticus.' *Hav.*

1202 *P. p. o. mente*] 'Pacata mente,' i. e. ἀραρόχως. Laudabat autem et crebro habebat in ore Epicurus ἀραράξην illam, i. vacuitatem ab omni motu turbido, mentisque æquabilitatem, et tranquillitatem. Cum hoc loco congruit versus ille 6. 76. 'Nec, de corpore quæ sancto, &c. Suscipere hæc animi tranquilla pace valebis.' *Lamb.*

1203 *Nam quom suspicimus, &c.*] Versus plane admirabilis, et plausu clamoribusque Musarum digni illi sunt, quos jam lecturus es: 'Nam cum suspicimus magni celestia mundi Tempa super, stellisque micantibus æthera fixum, Et venit in mentem solis lunæque viarum, Tunc aliis oppressa malis in pectore cura Illa quoque expergefactum caput erigere infit, Ecquæ forte Deum nobis immensa potestas Sit, vario motu quæ candida sidera verset.' Sed hoc quid erit: 'Tunc excitatur cura et dubitatio num aliqua nobis sit Deorum potestas, quæ cælum verset, et importuna providentia, rerumque nostrarum curiositate vitam turbare possit.' Ea enim versuum illorum sententia est; itaque valde verisimile sit scripsisse olim poetam, non nobis, (nam hic aliquod nomen esse debuit, aut adverbium saltem, quod locum, seu cælum, deorum sedem notaret,) non nobis, inquam, sed *endo polis*, i. e.

in cœlo, (ut 'endo statu' et centum alia passim,) sed cum supra τὸ *endo* additum esset glossema *IN*, sicque remansisset versus ἀτελής et plane vitiosus, *Ecquæ forte Deum in polis*, abjecto glossemate, et metro, non sententiæ, consulentes, scripsere nobis, quod per παράλογον Atticum tutari locum suum non potest; nam, ut jam dixi, vel nomine opus, vel adverbio est, quod ἀναφορὰν suam ad 'cælum' habeat; alioqui, &c. Ceterum etsi emendationem vocare non ausim, tamen ita fore arbitror, ut homines lectionis Lucretianæ studiosi, non modo conjecturam non improbent, sed et libenter sint amplexuri. *Faber.*

1207 *Caput erigere*] Caput attollere. Sic sup. de religione, l. 65. 'Quæ caput a cæli regionibus ostendebat Horribili super adaspectu mortalibus instans.' *Lamb.*

Inff] Incipit, ut sup. 3. 514. 'Commutare animum quicumque adoritur et infit.' *Lamb.*

1208 *Ecquæ forte, &c.*] Pendent hæc ex iis quæ antecedunt: illa cura (inquit) 'caput erigere,' i. e. animos hominum sollicitare incipit, num forte aliqua sit Deorum potestas immensa, quæ mundum gubernet. *Lamb.* Pro nobis Faber substituit *endo polis*, in cælis. Sed ista audacior est conjectura, et 'tibi,' 'sibi,' 'vobis,' 'nobis,' &c. pro libitu inserebant veteres poetæ. *Creech.*

1210 *Rationis egestas*] Ignoratio rationis et causæ. *Lamb.*

1211 *Equanam*] Num aliqua: ut l. 951. 'Nunc age; summai equanam sit finis eorum,' &c. *Lamb.*

1212 *Quod*] Usque ad quem finem. *Lamb.*

1213 *Et tanti motus, &c.*] Sic legendum potius. et ita habent codices quatuor manuscripti, quibuscum consentiunt Parisienses, Vicetini, Germanici. in aliis est, *Et taciti motus*. *Lamb.* Seu *tanti* leges, seu *taciti*, uti in aliis codicibus scriptum est, ei

nihil melius fuerit. nam aliunde hæret sententia et suspensa est. Ea tibi illius seriem: 'Animus dubitat an aliqua mundi origo fuerit, et quis sit finis quoad mundi mœnia (i. e. cælum) possit ferre ET laborem tanti motus.' Lege modo; id enim si facies, nullus dubitabis quin hic locus fœde corruptus sit; illud enim ET, quod ex superiori versu in hunc translatum est, sententiam plane turbat. Ego autem sic legendum arbitror, *Hunc tanti motus possint sufferre laborem*. Ita mox in hoc ipso libro, 'Nec poterat pariter durum sufferre laborem.' et sub finem, 358. 'Atque ipsi potius durum sufferre laborem.' et Ter. tale aliquid, *And.* 5. 3. 17. 'An pro ejus ut stultitia supplicium sufferam.' fortasse etiam ita in l. 142. 'quemvis sufferre laborem.' Ubi hodie alii *perferre* legunt, alii *efferre*. *Faber.*

1217 *Præterea, cui non, &c.*] Aliâ denique religionis causa est timor, vs. 23. procellis, terræ-motu, aliisque maximis malis, quæ nulla sua vi, nulla arte aut industria eluctari possunt homines attoniti, potestatum invisibilium opem et auxilium implorabant; inde preces et vota, et 'Primus in orbe Deos fecit timor.' At quid valent vota? sævit ventus, preces simul et vela rapit, nec magis audiunt numina quam tempestas: casu feruntur, rapiuntur omnia. *Creech.*

1218 *Conrepunt*] Contrahuntur, et in unum coguntur. tralatio est mirabilis, et audax. Idcirco docti quidam legendum censent *horrescunt*, ut infr. 6. 260. 'In terra quoque ut horrescant, ac tecta requirant.' Ego nihil mutandum censeo. *Lamb.* Recite *Lamb.* in horrore enim membra quasi contracta vermium more conrepere dicit; cui nos similem in timore habemus locutionem, *mya hert krimp't 'er van in*. Idem mox vs. 1221. et 1222. jungit 'tremunt' et 'conripi-

unt membra.' *Hav.*

1223 *Conripiant*] Celeriter contrahunt, ut 4. 81. 'conrepta luce diei.' *Lamb.*

Percussi] Quidam libri scripti habent *percussi*. utrumvis ferri potest. *percussi*, i. e. permoti: *percussi*, de statu moti, et prostrati. *Lamb.* Quidam libri vet. *percussi*. Sup. 1. 13. *Gifan.*

1223 *Ne quod ob admissum, &c.*] Ordo est: ne ob aliquod facinus fœde admissum, aut ob dictum superbum, grave tempus adactum sit, ad eos, subaudi: i. e. tempus eis advenerit, 'solvendi pœnarum,' i. e. solvendi pœnas, aut solvendarum pœnarum. Sic loquitur Ter. prol. Heaut. 28. 'date crescendi copiam, Novarum qui spectandi faciunt copiam Sine vitia.' sic et Plaut. Capt. 4. 2. 72. 'Nominandi istorum tibi erit magis, quam adeundi copia.' et M. Tull. de Inv. Rhet. lib. 2. princip. 'Nobis omnium, quicumque fuerunt, ab ultimo principio hujus præceptionis usque ad hoc tempus expositis copiis, quodcumque placeret, eligendi potestas fuit.' Idem Accus. lib. 4. 'Earam autem rerum nullam sibi iste neque infitiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit.' Idem Philipp. 5. 'Agitur, utrum M. Antonio facultas detur opprimendæ reip. cædis faciendæ bonorum, diripiendæ urbis, agrorum suis latronibus condonandi, populi Rom. servitute opprimendi, an nihil horum ei facere liceat.' Sic et Sueton. in Octaviano Augusto, sub extr. 'Iidem etiam epulum in conspectu suo præbuit: permissa, immo exacta jocandi licentia diripiendique pomorum, et obsoniorum, rerumque missilium.' *Lamb.*

1226 *Æquora*] In quatuor impressis, *æthera*; male. *Gifan.*

Verrit] Impellit, jactat, agit. tralatio est, qua usus est et alias, ut 1. 276. 'Sunt igitur venti nimirum

corpora cæca, Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cæli Verunt.' *Lamb.*

1228 *Non Dicum pacem*] Sic Plautus Amphitr. 5. 1. 74. 'Abi domum. jube vasa pura actutum adornari mihi, Ut Jovis supremi multis hostilis pacem expetam.' Idem Curcul. 5. 3. 21. 'Hoc animum advorte. pacem ab Æsculapio petas.' Idem Rud. 1. 5. 1. 'Qui sunt, qui a patrona paces mea expetiasunt?' ubi vulgo legitur *preces*, mendose. *Lamb.*

Pacem] Solennis formula, 'Pacem Deum,' &c. *Faber.*

Quæsit] Orat, vel quærit. Festus: 'Quæso significat idem, quod rogo. quæsere tamen Ennius pro quærere posuit.' *Lamb.* 'Quæsit' pro quærit, ut 'asa' pro ara, 'asena' pro arena, 'Auselii' pro Aurelii et similia. *Voss. de Anal.* 3. 41.

1229 *Animasque secundas*] I. e. et ventos secundos. sic Hor. Od. 4. 12. 2. 'Impellunt animæ lintea Thraciæ.' *Lamb. et Fab.*

1233 *Pulchros fasceis, sævasque securis*] Per insignia magistratum et honorum, honores ipsos significat, ut sup. 3. 1009. 'Qui petere a populo fasceis, sævasque securis Imbibit.' et Hor. Epist. ad Quinctium 1. 16. 34. 'ut si Detuleris fasceis indigno,' &c. *Lamb.*

1235 *Denique sub pedibus tellus quom tota vacillat*] Terra motum significat, ac describit. *Lamb.*

1237 *Si se temunt*] Si sibi diffidunt, et ad Deos confugiunt, suæ imbecillitati diffidentes. *Lamb.* Atque ideo omnia repente ad Deos conferunt. *Faber.*

Mortalia sæcla] Homines, genera humana. *Faber.*

1240 *Quod superest, æs, &c.*] Nunc docet, quomodo aurum, argentum, æs, et cetera metalla reperta sint. *Lamb.* Prima metallorum inventio et usus, quo denique in honore et pretio singula erant vs. 40. explica-

tur: Inventio ad sylvarum exustionem, factamque exinde metallorum colliquationem refertur vs. 18. Combustis enim (quomodo exortum fuit istud incendium nihil attinet) sylvis, liquefacta quæ in terræ venis dispersa jacebant metalla in unam massam confluebant; quam cum lævem splendidamque homines viderint, tollebant experturi cui usui res ista tam lævis et nitida inserviret. Cum vero observaverint massæ illius figuram conformem esse figuræ istius lacunæ seu foveæ in quam confluxerat, concludebant eadem metalla igne iterum resoluta in quamlibet formam duci, ita denique attenuari posse, ut mucronem accipiant et acumen. Inde et quolibet metallo instrumenta faciebant, quibus sylvas exciderent, tigna trabesque perforarent, &c. Quoniam vero aurum et argentum facilius obtundebantur, quia molliora, ideo primis istis hominibus æs videbatur pretiosius, quod utilius: neque naturam sequuntur inficeti isti homines, qui auro et argento inutilibus metallis stupent, æs et ferrum utiliora negligunt. vs. 21. *Creech.*

1241 *Plumbique potestas*] Dictum ut a Virgilio *Æn.* 4. 132. 'canum via.' et a Lucretio ipso sup. 878. 'Ex alienigenis membris compacta potestas.' *Turneb. Adv.* 6. 6.

1242 *Ignis ubi ingentis*] Vult metalla esse primum reperta incendio silvarum. Hanc sententiam confirmat id quod scribit Aristot. *περὶ θαύμασ. ἀκουσμ.* his verbis: 'Ἐν τῇ Ἰσπανίᾳ λέγουσι τῶν δρυῶν ἐκπρησθέντων ἐπὶ τῶν ποικίλων, καὶ τῆς γῆς διαθερμαθείσης ἐπὶ τῆς ὕλης, φανερώς ἀργύρου βεῦσαι τὴν χάραν, καὶ μετὰ χρόνον σιαιμῶν ἐπιγενομένων, καὶ τῶν τόπων βαγόντων, πάλμηθες συναχθῆναι ἀργύριον. ὃ δὲ καὶ Μασσαλιώταις πρόσδοον ἐποίησεν οὐ τὴν τυχοῦσαν. i. e. 'Aiunt in Hispania silvis incensis a quibusdam pastoribus, et terra a materia concalecta, percipie argentum in ea regione flux-

isse, et aliquanto post tempore terræ mota subsecuto, et locis discissis, ingentem vim argenti coactam esse. Quæ res etiam Massiliensibus vectigalia peperit non parva.' Sed de metallorum primis inventoribus lege *Georg. Agric.* lib. 1. de metallis. *Lamb.* Idem narrat Posidon. apud *Strab.* lib. 3. de Mineris Turditanicæ sive Andalusicæ. *Athenæus* 6. 4. *Aristoteles* de Mirabilibus Auscul. et *Diod. Creech.* *Servius* ad *Virg. Æn.* 12. 87. 'Apud majores orichalcum pretiosius fuit omnibus metallis. namque, sicut *Lucretius* dicit, cum primum homines sylvas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium, ex incendii calore, desudavit metalla: inter quæ orichalcum pretiosius visum est, quod et splendorem auri et æris duritiam possideret.' *Hav.*

1245 *Formidinis ergo*] I. e. terroris inferendi causa. *ergo* productum valet idem quod *χάρον*, ut docet *Festus Lamb.*

1246 *Sive quod inducti*] *Virg. Georg.* 1. 84. 'Sæpe etiam sterileis incendere profuit agros, Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis.' *Lamb.* Ita olim pinguis flammæ arva. *Virg. Georg.* 1. *Horat.* 2. *Epist.* 2. *Gifan.*

1252 *Sylvas exederat altis*] Sic habent tres lib. manuscr. *Vatic.* *Tettian.* *Memm.* et vulg. *Veneti,* *Parisiens.* alii *altis*, ut cohæreat cum voce 'radicibus.' *Lamb.* *Altis.* *Gifan.* *Medius* quam *altas*: nam 'altæ radices' in venas metallorum descendunt. *Creech.*

1261 *Tum penetrabat eos*] *Tum* veniebat eis in mentem: vel *tum* sibi persuadebant, vel (ut *Arnob.* loquitur lib. 1.) 'tum cogitatio eos sabbat.' *Lamb.* *Cogitabant,* &c. *Faber.* *Elohu,* *eloherero.* *Turneb. Adv.* 30. 22.

1263 *Et prorsum quamvis in acuta*] *Ordo* est: et penetrabat eos, hæc prorsum posse duci procedendo in

fustigia macronum, 'quamvis' (i. e. quantumvis) acuta et tenuia. *Lamb.*

1265 *Ut sibi tela parent*] *Tela*, i. e. instrumenta apta ad dolandum, lævandam, radendum, perforandum, &c. sic inf. eod. lib. 1350. 'Textile post ferru't, quia ferro tela parantur.' Sic enim docti viri hunc verum legunt, non, ut vulgo, *tela paratur*. *Lamb.*

Sylvasque excidere possint] Legendum fortasse est, *Sylvas quibus cadere possint*. *Lamb.* Quidam non absurde *Quibus' sylvas cadere*. In seq. versu sive legas *Materiem lavare, dolare, &c.* sive *Materiamque dolare, et lavia radere, &c.* perinde est. *Creech.*

1266 *Materiem lavare, dolare, &c.*] Cum ego ita scriptum reperissem in quatuor cod. manuscr. *Materiemque dolare, lavare, et radere tigna*, converso ordine verborum sic restitui, *Materiem lavare, dolare, et radere tigna*. Quanquam P. Paschalius censet legendum, *Materiem lavare, et lavia radere tigna*. Jam vulgata scriptura, quæ reperitur in utrisque cod. Venetis, Florent. Parisiensib. Lugdunens. *Materiamque dolare, et lavia radere tigna*, mihi non probatur: nisi quis eam ita leviter immutet, *Et lavia radere tigna*: quæ immutatio cum longius absit et ab antiqua, et a vulgata scriptura, proponenda illi quidem, sed non recipienda mihi visa est. Cum hæc edidissem, Zoilus, non probata hac lectione, hanc opposuit, *Materiamque dolere, lavare, et radere tigna*: ut sit anapæstus scilicet pro spondeo. vult etiam hoc modo legi posse, *Materiamque dolare, lavare, et radere tigna*. ut sit creticus, inquit. Valeat nebulo cum suis lutulentis versibus. *Lamb. Materiamque dolere*. Ita ex veteri quodam codice scripsi. In aliis vet. *dolare*; etiam non male. Ut sit Creticus. Hæc Marullus primus, deinde alii mutarunt, contra veteres libros. Vide Indicem: 'Dolere.' *Giffa.*

1266 *Dolare*] Unde dolabra dicitur. *Lamb.*

1267 *Et terebrare*] Unde terebrum, et terebellum. *Lamb.*

Perque forare] Et perforare: tmesis, ut sup. 'disque supatis,' 'inque pediri,' 'conque globari,' et similia sexcenta. *Lamb.*

1270 *Potestas*] Anri et argenti. *Lamb.* 'Æris potestas,' æs ipsum, alibi 'vis,' 'virtus,' &c. *Faber.*

1272 *Nam fuit in pretio magis æs*] Propterea quod solidius et durius est auro. *Lamb.* Multis de hiæce disputat Tertull. de Habitu Mulieb. cap. 5. 'Quod si, de qualitate usus, gloria est auro et argento, atqui magis ferro et æri: quorum ita disposita est utilitas, ut et proprias operas plures et necessariores exhibeant rebus humanis,' &c. *Hav.*

1273 *Propter inutilitatem*] Quia aurum mollius est ære et ferro. *Lamb.*

1274 *Aurum in summum successit honorem*] Aurum merito ceteris omnibus metallis antepositur, propter eximium nitorem, et naturam ab igni et flamma, præterquam quod liquecit, undique tutam atque invictam. hoc etiam auri maxime proprium est, quod, cum sit aère, ferro, atque adeo argento mollius, malleo tamen omnium metallorum latissime ducitur, ut ex aereo levissimi ponderis nummo complures aureæ bractæ fieri possint. *Lamb.*

1275 *Volvenda ætas*] Volubilis. sic Virg. 9. 6. 'Turne, quod optanti Divum promittere nemo Anderet, volvenda dies en attulit ultro.' Idem 1. 273. 'Triginta magnos volvendis mensibus orbeis Imperio explebit.' *Lamb.*

1277 *Porro aliud suscedit, et e, &c.*] Sic sup. eod. lib. 828. 'Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant: Omnia commutat natura, et vertere cogit. Namque aliud putrescit, et e contemptibus exit.' et 2. 74. 'sic rerum summa novatur Semper, et inter

se mortales mutua vivunt: Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur: Inque brevi spatio mutantur sæcla animantium, &c. ad quos versus plura diximus de mutatione rerum, animalium, et ipsorum hominum. quibus consentanea fere sunt his illa Epicharmi: Οὐ γὰρ ὄδε τῶν ὄρη, καὶ χθὲς τὸς ἀνθρώπων. ὁ μὲν γὰρ αἰξέει, ὁ δὲ μὲν φθίνει ἐν μεταλλαγῇ δὲ πάντες ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον. ὁ δὲ μεταλλάσσει κατὰ φύσιν, καὶ ὁ ποτ' ἐν ταυτῇ μένει, &c. i. e. 'Non enim sic nunc, atque heri, videt (sol) homines: hic enim augetur, et crescit; ille minuitur, atque interit: in mutatione autem versantur omnes omni tempore. Jam vero mutatur ipse homo natura, et nunquam in eodem statu manet,' &c. *Lamb.*

1280 *Nunc tibi quo pacto*] Nunc docet, quo modo ferrum repertum sit. *Lamb.* Cum ferri, non minus quam æris, argenti, plumbique venæ sylvarum ignescentium ardore colliquescere videantur, unde fere apud veteres nulla ferri, plurima autem æris mentio? Quoniam vs. 16. æs erat tractabilis metallum, et major illius copia; inde arma primorum hominum, et agricolarum instrumta ærea; demum successit ferrum, indurata telluri colendæ, et crescenti indies hominum feritatis aptius metallum. *Creech.*

1284 *Postquam sunt*] Non enim ignis una cum hominibus natis cognitus est, ut sup. vs. 951. 'Nec dum res igni scibant tractare, neque uti Pelibus,' &c. *Lamb.*

1286 *Et prior æris erat, &c.*] Sic *On. Fast.* 4. 951. 'Æs erat in pretio, chalybis jam massa placebat. Ælieu, perpetuo debuit illa tegi.' Apud *Homerum* appellatione æris, quod Græci χαλκὸν appellant, ferrum intelligitur, proptereaque veteres ære utebantur pro ferro, ut notat *Eustathius* ad illum locum *Ilid.* a. 236. Περὶ γὰρ βέ ἐ χαλκὸς ἔλεγε φέλλα τε καὶ φλοῖον, quod item testatur *Hesiodus* hoc versu,

Χαλκῷ εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος. *Lamb.*

1288 *Ære solum terræ*] *Hesiodus* 'Ἔργων καὶ Ἡμερῶν lib. 1. vs. 150. Τοῖς δ' ἦν χαλκὸς μὲν τέχνη, χαλκοὶ δὲ τε οἴκοι, Χαλκῷ εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος. In *Ærea* ætate. Et *Eustathius* ad 1. *Il.* vs. 236. χαλκὸν δὲ τὸν σίδηρον λέγει, διὰ τὴν πάλαι χρῆσιν τοῦ χαλκοῦ, &c. His adjungam *rasca* ex *Athenæo*, 6. 4. 'Ἱστορεῖ τὰ αὐτὰ καὶ *Φαρίας*, ἐν τῇ περὶ τῶν ἐν *Σικελίᾳ τυρῶνων* ὡς χαλκῶν ὄντων τῶν παλαιῶν ἀναθημάτων, καὶ τρωτῶν, καὶ λεβήτων, καὶ ἐγχειρίδιων ἐν ἐφ' ἑνὸς καὶ ἐπιγεγράφαι φησὶν Θάησαι μ', ἔτερον γὰρ ἐν Ἰλίῳ εἶρηι πρόργη Ἦν, ὅτε καλλικῶν μαρτύρησ' ἀμφ' Ἐλέτη, καὶ μ' Ἀνηρορίδης ἐφόρει κρεῖων Ἐλικῶν, &c. *Creech.* Inde semper apud *Homer.* χαλκὸς, 'æs,' pro armis et instrumentis ferreis. Vide *Eustat. Faber.*

1289 *Vulnera vasta serabant*] Sic habent omnes libri, quos quidem viderim. Quidam tamen *serabant* legendum putant, ut *serabant*, pro *inferebant* positum esse intelligamus. Ego nihil muto. Est enim tralatio. *Lamb.* Alii *serabant*, i. e. *inferebant*. At *Tacit.* 'Prælia serabant.' *Liv.* 'Pugnam consererent.' *Plaut.* 'Pugnos in faciem serere.' *Creech.* Sic 'pugnos serere,' 'manum conserere' apud *Plautum*, et 'vulnera,' *Non.* apud *Statium* modo 'librare,' sed et apud *Virg.* et optimos quoque auctores 'infligere,' 'adigere,' et apud *Statium* rursus 'perferre,' cuius contrarium 'retinere.' Vide eum 9. *Theb. Preig.*

1293 *Versaque in opprobrium*] Sic *Virg. Georg.* 1. 508. 'Et curvæ rigidum falces constantur in ensem.' *Lamb.* *Versaque in opprobrium.* Apud *Macrobium*: *obscurum.* In quibusdam: *obscænum.* *Gifan.*

1294 *Proscindere*] Sic sup. 210. 'bidenti Ingemere, et terram pressis proscindere aratris.' et *Lucill.* 'Tunc jugo jungas me autem, et succedere

aratro Invitum, et glebas subigas proscindere ferro?' *Lamb.*

1295 *Exaquetaque sunt*] Significat, ut ferro arare cœperunt, sic et peræque ferro instituisse pugnare et ferro committere aleam præriorum. *Turneb. Adv. 6. 6.*

Creperum] Profert hunc versum Nonius, et 'creperum' interpretatur anceps, dubium. Præterea Festus, 'Creperum, dubium,' (inquit) 'unde increpitare: quia maledicta fere incerta et dubia sunt.' Postremo Varro lib. 5. de L. L. 'Crepusculum significat dubium: ab eo res dubiæ, dictæ creperæ; quia crepusculum, dies etiamnum sit, an jam nox, multis dubium est.' Attius: 'Nunc tu in re crepera quid captas consilii?' *Lamb.*

1296 *Et prius est repperitum in equis*] Sic habent duo lib. manusc. et ita legendum videtur. alii, *Et prius est armatum in equi*, &c. quæ lectio ferri etiam potest, ut repetamus inferne verbum 'inventum.' *Lamb. Et prius est armatum in equi.* Ita fere omnes libri manu formisq. descripti. In quibusdam vet. *repperitum*; quod probat Lambinus. Arcessendum est autem hoc verbum, *invenitum*, quod mox sequitur; ubi in quibusdam libris etiam erat, *armatum*. Gifan. Alii, *Armatum*. Factam in superiori versu 'belli' mentionem excipiunt *vs. 53.* quibus efferræ istæ, quas bellicas vocamus, artes primorum hominum explicantur. Quod autem simplicius et facilius illud prius jure censeatur. Ideo ex equis primum pugnabant; equus enim mansuetum animal; deinde equos curru jungebant binos, deinde quatuor, istosque currus falcibus armabant. Deinde ferræ in prælia eductæ, elephantes ab Afris, a Parthis leones, tauri, denique apri, &c. At quis credet? non ipse Lucretius: quoniam vero in quibusdam historiis talia invenerat, ideo recenset, falsa veris conjungens. Quamquam non videantur prorsus incredi-

bilis; nam quid non invenit ingeniosa feritas, aut quodnam genus auxilii rejiciunt desperantes et oppressi homines? *Creech.* Tertullianus, addidit Lucretii lector, de Spectac. cap. 9. 'Res equestris retro simplex de dorso agebatur, et utique communis usus vocis non erat, sed cum ad ludos coactus est, transiit a Dii munere ad Dæmoniorum officia,' &c. *Hav.*

Costas] Sic legendum, non *clostris*, quod voluerat Galeotus Martius Narniensis contra Joh. Tortellium Aretinum, solide ostendit Magius, tom. 2. Fac. Crit. 14. pag. 1339. et seqq. *Preig.*

1297 *Dextraque vigere*] Sic legendum: et sic habent omnes libri et manusc. et vulgati. Quod autem Thrasones *vegere* legi volunt, de equite intelligentes, qui equum regat; cui hoc probabitur, cum eques equum regat læva, non dextra? Quid igitur sibi vult *dextra vigere*? hoc opinor, dextra pugnare, dextra adversarium valide et acriter oppugnare. *Lamb. Dextraque vegere.* Ita legendum. Vel, *regere*; ut Inxatus ait versus. Vulg. *vigere*. Pius ait: In vet. libris *viere*. Marullus, *ciere*, reponebat. *Gif.* Suspiciatur Gifan. legendum esse, *dextraque regere*; o versus plane admirabilem, et tali poëta dignum! Dein, quod merito ridebat Lambinus, Equites dextra equos non regunt, sed læva; qua enim tandem manu pugnaretur? Itaque non est ut hæc mihi probari possint. Idem Lucretii editor scripsit quoque, legi posse, *dextraque vegere*; quod haud magis stabit. Nam 'vegere,' impellere est, agitare, *daabrew*, &c. Quid autem fuerit, Equites impellunt equos dextra? At ipse Lambinus legebat, *dextraque vigere*, i. e. uti ipse interpretatur, dextra pugnare; quod nihil ad rem. Quare his omissis ad veterem lectionem redeundum est, cuius meminerat J. Baptista Pius, qui olim

in Plautum et Lucretium scripsit: ait enim in Ms. cod. legi, *viere*: quæ germana Lucretii lectio est; unde enim id verbum advectum fuisset? 'Vieo' autem est flecto, unde 'vimen,' 'victor' et 'vietus;' itaque 'viere equum' est flectere equum. Virgil. 'Flectere Indus equos,' et alibi passim. Sed cum *ad dextra* locum retinere suum non possit, uti demonstratum est superius, et usus virgæ in moderando equo longe antiquior esse debuerit, quam usus frenorum, legendum esse videtur, *Quam moderarier hunc frenis, virgave viere*. Quin et adulto jam orbe, et excultis artibus, satia constat Numidas infrenis equis usos fuisse. Virg. *Æn.* 4. 41. 'Et Numidæ infreni cingunt.' Sic enim intelligi debet ille locus; de quo si qui dubitabant, legant modo Arriani politissimum de Venat. libellum, quem, me curante, et Luca Holstenio mittente, non ita pridem edidit Sebastianus Cramosius typographorum nostrorum clarissimus. Quamquam id ex Strabone etiam constat, et notum illud Martialis est, 'Et Massylæum virga gubernet equum.' cui et addas licet illud Sillii, 'Et doctus virgæ scribere nolim.' *Faber*. Dextra pugnare, Lambinus. Gifanius *Vegere*: i. e. incitare, impellere; quasi dextra equos Equites impellant! *Faber* denique *virgave viere*: 'vieo' autem est flecto, unde 'vimen,' 'victor,' et 'vietus;' unde 'viere equum' est flectere equum: usus autem virgæ in moderando equo longe antiquior debet esse quam usus frenorum. Quod si *armatum*, (et quidni *armatum*?) in priori versu legatur, tota ista Fabri emendatio concidet; nam equites armatos equos suos *virga vientes* securi rideamus. *Creech*.

1298 *Bijugo Curra*] Curru a duobus equis tracto: bigia. cujus moris exempla exstant apud Homerum

innumerabilia. *Lamb*.

1299 *Et Bijugo prius est, &c.*] I. e. et prius est inventum curru bijugo belli pericala tentare, quam quadriga uti. *Lamb*. Error manifestissimus. in superiori versu legebatur: *Quam bijugo curru belli tentare pericala*; unde incogitans exscriptor, qui illa respexerat, effinxit nobis hoc portentum Latinitatis; quo enim alio nomine hoc vocarim! 'Antiquius est conjungere bis binos equos quam bijugo.' Lege itaque, sed incunctanter, *Et bijugos prius est quam bis conjungere binos*. I. e. Inventus sunt bigæ ante quadrigas. Sed res plana est, neque adversaturum quemquam arbitror. *Faber*. *Bijugos* *Faber*: et felicior hæc quidem conjectura: i. e. inventus sunt bigæ ante quadrigas. *Creech*.

300 *Falciferos*] De 'falciferis curribus' lege sup. ad illum locum 3. 642. 'Falciferos memorat currus abscindere membra,' &c. *Lamb*.

1301 *Inde boves Lucas*] I. e. elephantos. Varro lib. 6. de L. L. opinionem refellit et eorum qui putant 'boves Lucas,' sive 'boves Lucas' a Lucanis dictas, ab eo, quod Romani, cum maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem, in Lucania Pyrrhi bello primum elephantos apud hosteis vidissent: et eorum qui a Libycis dictas volunt. ad extremum autem ait, se arbitrari, 'boves Lucas' ab luce potius dictas esse, quod longe relucebant, propter inanratos regios clypeos, quibus eorum turres erant ornatae. Plinius tamen lib. 8. prioribus illis assentiens, sic scribit: 'Elefantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello: et boves Lucas appellavit, in Lucanis visos anno urbis 472.' Eunius: 'Atque prius pariet locusta Lucam bovem.' Anonius Epist. ad Tetradiam: 'Cur me propinquum Santonorum mœnibus Declinas, ut Lucas boves Olim, resumto præferoecis prælio, Fugit juvenis Romula?' *Lamb*. Ut 'Campas'

pro Campanus apud Plaut. Trin. 2. 4. 144. et Truc. 5. 50. ita 'Lucas' pro Lucanus. Sic autem dicti sunt Elephantes, quod eos Romani primum apud Lucanos viderint in bello adversus Pyrrhum. Ita 'malobathrum' seu 'malobathrum,' quod φάλλον 'Ibidem' est, ab Horatio Syrium vocatur, non quod in Syria nasceretur, (haud sane magis quam 'amomum,' quod ab aliis quoque Syrium dicitur) sed quia aliunde adductum in Syria plurimum inveniretur, venderetur. *Fab.* Plinius 8. 6. 'Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et Boves Lucas appellavit in Lucanis visos.' Varro tamen lib. 6. de L. L. 'Luca Bos, Elephas, cur ita sit dicta duobus modis inveni scriptum, nam in C. Ælii commentario a Libycis Lucas, et in Virgini commentario a Lucanis Lucas, ab eo quod nostri maximam quadrupedem quam ipsi habebant vocarent bovem, et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud hostes Elephantos, id est, quadrupedes cornutas (nam quos dentes multi dicunt, sunt cornua) Lucam bovem appellasse. Ego arbitror potius Lucas a luce, quod longe relucebant, propter insauratos regios clypeos quibus eorum tum ornatæ erant turres.' Frigida interpretatio. *Creech.*

Turrito corpore] Plin. 8. 9. de elephantis loquens, 'Turris armatorum in hosteis ferunt.' Plutarchus in Eumene: *Και ἐς τῶν θηρίων τοὺς πύργους ἔσω, καὶ τὰς πορφύρας εἶδον, ὅσπερ ἦν αὐτοῖς κέσμος ἐς μάχην ἐγχομένους, &c.* i. e. 'Et ubi ferarum (i. e. elephantorum) turris aursum, et purpuras viderant, quod erat eorum ornamentum, cum ad prælium ducebantur,' &c. *Lamb.* Elephantes dorso turres gestabant. *Creech.*

Tetros, Anguimanos] Elefantos, quibus proboscis flexilis, volabilis, et plicabilis, loco manus est: atque adeo 'manus' appellatur a Latinis. M. Toll. lib. 2. de N. D. 'Manus etiam data

elefantis, quia propter magnitudinem corporis difficileis aditus habebant ad pastum.' 'Anguimani' igitur dicuntur, quia manum habent anguis instar volabilem. 'Hos' (ut scribit Vegetius lib. 3.) 'contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit:' postea Annibal in Africa. Iterum Lucr. 2. 537. 'Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus In genere anguimanos elephantos,' &c. *Lamb.* Proboscis Elephantis manus dicitur; sed illa manus instar serpentis, &c. unde 'anguimani.' *Faber.*

1304 *Alid*] *Alid* a masculino 'alis,' quo usus est Catullus. lege quæ annotata sunt supra 1. 264. 'Quando alid ex alio reficit natura, nec ullam,' &c. *Lamb.*

1306 *Inque dies belli terroribus, &c.*] I. e. et in dies belli terrores auxit. *Lamb.*

1307 *In manere belli*] Sic habent tres libri manuscr. Vaticanus, Bertinianus, Memmianus: et typis excusi, Veneti antiquiores. Alii, in *manera belli*. quæ scriptura tamen non est rejicienda. *Lamb.* Si quis dicat legendum esse in *manera belli*; haud equidem repugnare; imo lubens assentiar. *Faber.*

1309 *Parthi*] Sic habent tres libri manuscr. et totidem vulgati. alii vulgati, *partim*. *Lamb.* In quibusdam libris, *partim*; male. *Gifan.* Probat hanc lectionem viri docti, Lucretii interpretes, nec tamen illustrant. Quod quamdiu Lucretio debebant, nihil aptius credibiliusve cogitatu erit, quam eum scripsisse: *Et validos partim pro se misere leones.* ut in Var. Lect. ex editionibus et collationibus haud contemnendis annotatur. Causa immutationis fuisse potest, quod semel tantum poneretur hoc adverbium, sed iis, qui non satis attendissent, sic solere Lucretium; ex. gr. supra, vs. 950. 'Et partim piano scaterre atque erumpere campo.' Et vs. 1082. 'Et

partim mutant cum tempestatibus una Raucisonos cantus.' Eadem vox, non alia de causa fortean, in *raptim* degeneravit, 6. 851. Vide quoque Magium, in Face Crit. tom. 2. pag. 1281. et ipsum Gifanium in Indice, 'Partim.' *Preig.* De Parthis tamen utcumque probatum dabo. Scribit Spartianus in Caracalla cap. 6. 'Dehinc per Cadusios fines et Babylo-nios ingressus, tumultuarie cum Parthorum satrapis manum contulit, feris etiam bestiis in hostes immissis.' Video in Parthos, non a Parthis mis-sos, sed factum tamen videtur id, quod ibi vel erat usitatum, vel factu non difficile propter ferarum multitudine[m] et magistrorum ibidem usum; ita ut omnino etiam quondam ita Parthi facere potuerint, quos non aliter nominat Lucretius, quam paulo ante Pœnos introduxit. *Hav.*

1310 *Cum ductoribus armatis*] Nihil muto, tametsi negare non possim, eam scripturam, quæ in duobus libris manuscr. reperitur, *Cum doctoribus armatis*, &c. ferri posse. Hæc omnia Zoilus assentitur, et probat, atque adeo excipit, et iterat, ut dictata. *Lamb.* In vet. quibusdam, *doctoribus*. Utrumque recte. *Gifan.*

1311 *Qui moderarier his*] Hanc lectionem probo, quamvis nonnulli libri habeant, *Qui moderarier hos possent*.

1312 *Permista cæde calentes*] Sic sup. 3. 648. 'Sæpe ita desubito permista cæde calentes,' &c. *Lamb.*

1314 *Terrificas capitum*, &c.] Sic sup. 2. 632. 'Terrificas capitum quatientes numine cristas.' *Lamb.* Hunc versus abesse hinc velim; neque enim facile crediderim cristas capitibus leonum annexas. Alibi legitur, sed suo loco; et una voce variat, quæ errorem nasutis hominibus ostendat; 'Terrificas capitum quatientes numine cristas.' *Faber.*

1316 *Pectora*] Leonum pectora, equorum hinnitu et fremitu perterrita: atque ita vox 'equites' accipi-

enda erit *καταχρηστικῶς*, pro rectoribus leonum, et pro iis qui leonibus insidentes, eos regunt ac moderantur. et per 'fremitum' equorum hinnitus erit intelligendus. vel dic hoc modo proprie: neque equites poterant equorum, quibus insidebant, pectora mulcere, perterrita 'fremitu,' i. e. rugitu leonum: 'pectora' autem 'perterrita,' i. e. animos perterritos. et non poterant equos frenis convertere in hosteis. Quo fiebat, ut tota turbaretur acies; iique qui leones in aciem produxerant, ipsi sibi plus mali darent, quam hostibus inferre potuissent: atque adeo suis ipsi armis et inventis perirent. *Lamb.*

1317 *Leæ*] Leonum fœminæ. *Lamb.*

1318 *Ora petebant*] Sic legendum, non *patebant*. Est enim hic ordo verborum: Et leæ hominibus etiam suis, adversum venientibus, ora et faciem appetebant. *Lamb. Patebant.* Ita vet. libri; recte. In aliis, *petebant*. Marullus. *Gifan.*

1319 *A tergo deripiebant*] Hi duo versus sunt obscuri, et desiderant explanatoris diligentiam: a me breviter attingentur. *Et nec opinantes a tergo diripiebant.* i. e. lacerabant, quanquam, ne quid dissimulem, non invitus legerim *deripiebant*, i. e. deorsum rapiebant et detrahebant. 'Deplexæ' autem sunt de eis dependentes eisque implicatæ. Sic enim assilliebant, ut infixis unguibus de eis penderent, et eos deorsum detrahere conarentur; idque est 'deplexum esse,' cum 'de' infra deorsumque significat. *Turneb. Adv. 30. 22.*

1320 *Deplexæque*] Sic habent omnes libri et manuscr. et typis excusi. Quæ scriptura si recta et vera est, *deplexæ*, hoc est deligatæ et solutæ. sed quidam legi volunt *deplexæ*, i. e. horridæ, seu laceræ, *κατ' ἀντίπλευρον*: ut apud Ter. Heaut. 5. 1. 77. 'adeo exornatum dabo, Adeo deplexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei.' Nam 'deplexus' contum et cultum signifi-

cat. Nonnulli *deveza*, i. e. pronæ et deorsum ruentes. *Lamb.* Solutæ, a *πλέω*, unde 'implico,' &c. qui *depeza* legunt et locum hunc Terentii adferunt, 'adeo depexum dabo,' somnia somniant. *Faber.* Hæc *Faber* e *Lambino*. Alii *Deveza*, i. e. pronæ et deorsum ruentes: ego vero *Deplexæ*, alia prorsus significatione; *De* enim auget, igitur *Deplexæ*, arcte amplexæ seu implicitæ, postulante sententia, interpretor; in versu sequenti 'adfixæ,' et in hoc versu vox 'vinctos' idem confirmat. *Creech.*

Dabant in terram] I. e. ad terram affligebant. *Lamb.*

Volnere vinctos] Sic legi debere, et dno libri manusc. declarant, et ratio evincit. Sic sup. lib. 1. 35. 'æterno devinctus volnere amoris.' *Lamb.* *Volnere victos*. Sic legendum ex omnibus vulg. et vet. fere. Quidam vett. *vinctos*. Vide Indicem. *Gifan.*

1322 *Suos*] Ita omnino legendum, quid enim noxæ inde hominibus si sues, i. e. apros jactassent tauri? Adde, quod huic opponatur mox vs. 1325. similis strages, quam non inter tauros, sed dominos seu socios edebant apri. *Hæc.*

1324 *Ruebant*] *Proruebant.* *Lamb.*

1326 *Tela infracta suo*] Hunc exurbat *Lambinus*, proximam *Marullus*. Huic adsentior. *Gifan.*

1327 *In se fracta suo tingentes sanguine tela*] Ante hunc versum scriptus est in libris manusc. versus alter ejusdem fere sententiæ, *Tela infracta suo tingentes sanguine sævi*: qui reperitur etiam in libris *Parisiensibus*, et nonnullis aliis impressis. Ego (ut dicam, quod sentio) neque hunc, neque alterum, *Lucretianum* esse puto: hunc tamen illo tolerabiliorem esse arbitror. Cum hæc scripsissem, *Zoilus* ausus est (quid enim non audeat *sycophanta*?) mandare litteris, me hunc versum veruto confodisse; *Marullum*, alterum. Atqui aut utrumque damnavi, aut neutrum.

Lamb. Potest uterque versus quondam a *Lucretio* profectus esse, sed ita ut alter in posteriore *Auctoris* editione pro altero in priore fuerit positus, quod et in *Tertulliani* *Apologetico* sæpius factum observavimus. Quoad sensum de leone ita canit *Lucanus* l. 210, 'tum torta levis si lancea *Mauri* Hæreat, aut latum subeant venabula pectus, Per ferrum tanti securus vulneris exit.' Idem de *Ursa* 6. 220. 'Pannonia haud aliter post ictum sævior *ursa*, Cum jaculum parva *Libys* amentavit habena, Se rotat in vulnus: telumque irata receptum Impetit, et secum fugientem circuit hastam.' *Hæc.*

In se fracta] *Spurius* est. *Faber.* Posteriores multi, utrumque versum *Lambinus* veruto conficit, nec crudelis ille. *Creech.*

1329 *Exibant dentis adactus*] I. e. effugiebant, declinabant, evadabant. sic 6. 1315. 'Aut procul absilliebat, ut acrem exiret odorem.' ibid. 1303. 'Profluvium porro qui tætri sanguinis acre Exierat,' &c. Videtur esse a gladiatoribus tractum et translatum. Sic loquuntur et *Græci*: exempli causa, *Demosth.* κατὰ Ἀνθροπίωνος Ἐισφίλων δ' ἐκ τῶν ἰδίων, οὐδένα κινδύων ὑπὲρ δόξης ἔφεσθη. i. e. 'Conferens autem de re sua familiari in rempublicam, nullum periculum' exiit, sen (quod idem valet) 'evasit,' i. e. effugit. Sic et κατὰ Τιμοκράτους, et quidem liadem plane verbis. Sic *M. Tull. Catil.* 1. 'Quot ergo tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, ut aiunt, corporis evasi?' Ubi vulgo legitur, *parva quidam declinatione, et, ut aiunt, corpore effugi*: male et mendose opinor. Quam scripturam tamen in mea *Ciceronis* editione secutus sum, nondum animadversa antiqua, quam postea reperi fere expressam in uno exemplari manusc. pervetusto, nisi quod duæ voces, *corporis* et *crasi*, delites-

cunt in litra: neque satis liquidæ, aut integræ sunt, propterea quod emendator aliquis, seu fortasse corruptor potius, conatus est in locum antiquæ scripturæ, *corporis* et *evasi*, substituere *corpore* et *effugi*. Quod eo dico, quia homo male de me meritus, approbata mea emendatione, in illo versu, qui est 6. 1215. *Aut procul absillebat, ut acrem exiret odorem*, pro quo libri omnes habent, *Aut procul absillebat, ut acrem exciret odorem*. commemorans verba illa Ciceronis in Catilinarum prima, ait se ita emendasse, 'Quot ego tuas petitiones, ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, et, ut aiunt, corpore excessi?' Quam scripturam, quamvis non damnem, præsertim cum a recepta in hoc uno discrepet, quod *excessi* reponatur pro *effugi*; recepta autem lectio in voce *corpore* non possit damnari, quod eam Virgilius confirmet in versu illo, qui est 5. 438. 'Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit:' movet me tamen litra, quæ est in codice manuscripto. Præterea illud *declinatione corporis*, valde mihi videtur usitate dictum, et significanter. Præterea illud *excessi* pro *evasi*, ut puto legendum ex antiquæ scripturæ vestigiis, aut *effugi*, ut habent libri vulg. et nonnulli vet. duriusculum est apud Ciceronem: neque id facile receperim, nisi vetus codex comprobet. Nam si ita scriptum est in vet. codice, nihil causæ dico, quin, omnibus aliis scripturis et coniecturis rejectis, ita sit legendum. Mihi enim carior est veritas, et antiqua scriptura, præsertim probabilis, quam meæ omnes coniecturæ et cogitationes. *Lamb.*

1333 *Sic, quos*] Olim secutus libros omnes, edideram, *Si quos*. sed hoc annotaram: fortasse legendum, *Sic, quos*. At Zoilus tribus annis post quid facit? quod homo injustissimus et impudentissimus faciat. Adscribit, se reposuisse *Sic*, coniectura

ductam. Ex quo istum hominum genere censeas? non ex Autolycorum, aut Eurybatarum, aut talium societatis humanæ pestium? *Lamb.* Ita coniectura ductus scripsi. In libris, *Si*, omisso *c* ob sequens alterum *c*, seu *q*. quod sæpe factum est. Est autem quasi Epiphonema. *Gifan.*

Domi domitos] 'Domi, domi,' compositio et complosio binarum syllabarum. *Lamb.*

1334 *Effervescere*] Quidam libri habent *Effervescere*: quod magis probò, quam *Effervescere*. et ubique malim ita legi, *ferviscit*, et *ferviscere*. *Lamb.*

1338 *Ut nunc sæpe boves Luca*] Sic habent omnes libri vet. quibus ego usus sum, si bene memini. Neque video, quamobrem quicquam mutari debeat. Confert enim tauros, apros, leones, quibus usi sunt in præliis primi homines, cum elephantis, quibus sunt usi posteriores. Nonnulli tamen legi volunt, *Ut nunc sæpe boves templis ferro male cæcæ Diffugiunt*, &c. seu *Effugiunt*. Ego, si quid sit mutandum, malim legi, *Ut nunc sæpe boves Lectæ ferro male mactæ*. ut intelligamus per boves lectas, majores hostias, seu victimas, quæ solebant ex toto armento eligi: 'lectæ,' ad immolandum scilicet. Probabilius autem est ex *lecta* factum esse *Luca*, propter versum illum, qui est sup. 'Inde boves Lucas,' &c. quam ex *templis*: quam vocem nullo in codice neque manuscr. neque vulg. reperi. *Lamb.*

Ferro male mactæ] Sic legendum, et ita habent quattuor libri manuscr. et aliquot typis excusi. 'mactas' autem, (ut docet Festus) idem valet quod 'magis auctus': ex quo 'mactare.' Jam *male mactus*, i. e. non auctus, læsus: vel 'mactæ ferro' sic dictum, ut 'mactare infortanio,' 'cruce,' 'cruclatu,' apud Plautum: vel 'male mactæ,' i. e. male mactatæ. *Lambin.* *Ut nunc sæpe boves templis,*

ferro male casa Diffugiunt. Ita ex libris vet. nostris restitui. Sententia est aperta. In aliis, *Luca. mactæ*, vel *mactata Eff.* 'Mactæ,' nunquam ita utimur. 'Mactare' non ad Elephantos referri posset. *Gifan.* Alii habent, *ut nunc saepe boves templis ferro male casa.* Notum illud Virg. 'et incertam excussit cervice securim,' de tauro. *Faber.* Lucæ boves, elephantos, quos in spectaculis (si ulli Lucretii ætate in spectaculis elephantos) aliquando vulnerabant. *Lambinna Boves lectæ:* at *Gifan*ius e *Codd. Boves templis ferro male casa.* *Creech.*

1389 *Diffugiunt]* Sic habent omnes fere libri manuscr. et aliquot impressi alii, *Effugiunt.* *Lamb.* In sylvas videlicet, non redeuntes ad obsequium post excussos magistros. *Hav.*

Fera facta] Sic habent omnes libri, quos quidem viderim. Quidam tamen legi volunt *fera fata.* *Lambin.* Conculcatis suis atque protritit. *Hav.*

1340 *Sic fuit, ut]* I. e. sic fieri potuit, ut facerent: contingere potuit, ut ita facerent. *Lamb.* Imo corrige ex L. B. Mss. *Si fuit, &c. i. e.* si tamen tam stulti fuerint, quod ego (inquit) non credo. *Hav.*

1341 *Atque videre]* Atque prævidere: nam præpositio *præ* repetenda est. *Lamb.*

1342 *Quam commune malum fuerat]* Quam valde sibi cum adversariis hoc malum fuerat commune futurum: vel quam æqualiter et peræque hæc animantes fuerant sibi et adversariis exitio futuræ. *Lamb. Fueret.* Ita in vet. nostris, et etiam antiquis impressis; quod postea in *Aeret* et *fuerat* mutatum est. *Gifan.*

1347 *Dare quod generent]* Dare propter quod generent: dare ploratus hostibus: *δοῦναι ὀλοῦντας.* sic Terent. *Phorm.* 5. 8. 63. 'Vin' primum hodie facere quod ego gaudeam,

Nausistrata, Et quod tuo viro oculi doleant?' *Lamb.* 'Dare,' facere, aliquid novi struere, damnum, &c. Terent. *Plant.* et modo Lucretius, 'fera facta dederunt,' 'dabit pugnam,' 'sic dabo,' &c. *Faber.*

Ipsique perire] Nonnulli libri habent, *ipsique perirent.* *Lamb.*

1348 *Armisque vacabant]* Inermes erant; sic 'vita vacat,' *Furius* apud *Donat.* pro mortuus est. *Faber.*

1349 *Nexilis vestis]* Intellige vestes e pellibus ferarum, quæ consutæ non essent, *δερμάτια* Græcis hominibus. Vide *Timonem* *Luciani.* Itaque utuntur in ea re verbo *ἐδέρωνται*, vel *ἐδραπῶνται*, *ἐδραπῶνται.* *Faber.* Si molliores artes respicias, prima de vestibus cura; nexilis autem vestis, e pellibus viz. ferinis quæ non erant consutæ, ante textilem; frustra enim textilem ante usum ferri, quo parantur instrumenta textoria, requiras: neque denique ars textoria primum fœminis commissa: illam viri exercebant, quippe magis solertes et in artibus ingeniosi; deinde agricolæ viris molliem exprobrando effecerunt, ut mollioribus artibus relictis magis duras excolerent. *vss. 11.* *Creech.*

1350 *Quia ferro tela parantur]* Textile (inquit) fuit post usum ferri repertum, quia tela, seu instrumenta textoria, quibus textilis vestis conficitur, ferro parantur et componuntur. hanc locum sic restituit *Adr. Turnebus.* Nam in omnibus fere libris legitur *tela paratur.* quasi 'tela' sit numeri singularis, fœminini generis: quod est falsum. est enim numeri multitudinis, 'tela, telorum.' Cum hæc scripsissem, et edidissem, *Zoilus*, tanquam scarabæus aliquis, exortus, rescidit meum, age mitto meum: sed infirmavit *Turnebi* iudicium. Vide, obsecro te lector, os hominis: si quid oris habere potest *κλάδης ἀσπυρῶντος.* *Lamb. Paratur.* Ita omnes libri. Male ergo alii, *parantur.*

Et vide Indicem, 'Tela.' *Gifan. Tela paratur.* quædam editiones, *tela paratur*, meo iudicio male; nam 'tela' seu 'arma' sunt instrumenta. Verus autem sequens indicat quænam illa instrumenta sint, quæ absque ferro parari nequeant, insillia, fusi, radii, &c. *Fab. Codd. et Gifanus Paratur.* 'Tela' enim aliquando significat ipsum instrumentum textorium, cui accommodatur tela. *Creech.*

1351 *Nec ratione alia*] Quam ferro. *Lamb.*

1352 *Insillia*] Sic omnes libri. Cur ergo *Lambinus* reponit, *Insubula*; maxime, cum in *Insubula* syllaba secunda sit longa. *Gifan. Insubula* olim legendum esse putaram ex *Isidoro*, qui docet 'insubula' esse textoris instrumenta, dicta quasi infra et supra sint, vel quia insubulantur. Nam 'insillia' quid sint, me fugit. *Lambin.* Aliud 'incillia,' aliud 'insillia.' Illud prins quid sit docobit *Festus*. 'Insillia' autem non facile fuerit explicare. Mitto quæ ab aliis dicta fuerunt, (quamquam nil fere asserunt; neque ego quidquam affirmavero;) hoc tantum dicam, 'insillia' esse videri eam instrumenti textorii partem, quæ pulsu pedum quatitur, ut staminis pars modo deprimatur, modo attollatur, et fuso seu radio currenti libere trameare liceat; idque ab insilliendo. ut a cubo, 'cubile,' a sedeo, 'sedile.' *Faber.* Hæc vox fugit interpretes: *Faber* demum existimat 'Insillia' esse eam instrumenti textorii partem, quæ pulsu pedum quatitur, ut staminis pars modo attollatur modo deprimatur, et fuso seu radio currenti libere trameare liceat: idque ab insilliendo. Quam conjecturam evertere videtur vox ista adjuncta 'lævia.' *Vossius* ad *Catullum* p. 249. *Ensillia.* *Creech.*

Fusi] *Κλωστήρες.* *Catull.* de *Pelei* et *Thet.* Nupt. vs. 557. 'Libratum tereti versabat pollice fusum.' *Lamb.*

Et radii] *Κεπίδες.* *Virg. Æn.* 9.

476. 'Excussi manibus radii, revelataque pensa.' *Lamb.*

Scopique] *Ἰνδθα,* instrumenta textoris quorum pulsu tela coarctatur, et condensatur. *Lamb.* Viri docti existimant 'jugum' significare, i. e. lignum, circa quod stamina obvolvuntur; ego 'pectinem' *Ovidii* puto, propter illud 'sonantes,' 'Radius' autem instrumentum est quo trama stamini inducitur. *Faber.* An significant instrumenta textoris, quorum pulsu tela coarctatur et condensatur, vel jugum circa quod stamina volvuntur, videant grammatici. *Creech.*

1353 *Lanam facere*] Lanam carpere, texere, et nere. *Creech.*

1358 *Atque ipsi potius durum sufferre laborem*] Repete *ἄνδ κοροῦ* 'vellent.' Sic autem legendum est, non, ut vulgo, *Atque ipsi pariter.* Hoc enim sentit toto hoc loco *Lucret.* viros, ante quam mulieres, lanam carpere, et texere, et nere natura docuit: viri enim sunt mulieribus sollertiores: doneo hoc ita turpe habitum est, ut lanificium mulieribus concederent: ipsi autem agrum colerent potius, atque in opere rustico faciendo manus durarent. Etiam hanc emendationem secutus est *Zoilus*, ut scripturam receptam et vulgatam. *Lamb.*

1359 *Opere in duro*] In opere rustico faciendo, in agro colendo. *Lamb.*

Durarent] *Dura* et *callosa* redderent. sic habent tres libri manuscr. et *Veneti* antiquiores. *Vulg.* autem, *durarunt.* *Lamb.* Ostendit versus superior, hunc spurium esse; quod primus, opinor, moneo. *Faber.*

1360 *At specimen sationis*] Nunc docet, unde didicerit homines serere atque inserere. et ait, 'specimen,' i. e. exemplum seu documentum sationis naturam dedisse, cum sub arboribus virgulta quædam tenera, et pulli arborum ex earum fructibus in terram delapsis nascerentur. 'Specimen' auctor vocabularii manuscr.

Latino-Greci, interpretatur *δέρυμα*.
Lamb. Arborea plantare, ab ipsa natura didicerunt, observabant enim baccas glandesque deciduas nova virgulta producere; inde idem tentabant homines, et unusquisque pro ingenio suo aliquid agrorum hortorumque culturæ addidit; et exinde tandem ista, quam videmus, hortorum amœnitas, ista arborum florumque ornata dispositio vs. 18. *Creech.*

1362 *Caducæ*] Cadentes ex arboribus. *Lamb.*

1363 *Pullorum examina*] Fœtus arborum pullulantium. 'Examina' proprie de apibus dicuntur. *Lamb.* 'Palli' in arbore quid sint, docebunt Varro et Columella, et utroque vastior Cato ille Censorius. *Faber.*

1364 *Inde etiam*] Ita cum Marullo puto legendum; licet in libris sit, *Unde*. Hac in re sæpe variatum est. *Giffen.*

Stirpeis committere ramis] Quod unum est ex pluribus insitionis generibus; de quo Virg. Georg. 2. 78. 'Aut rursum enodes trunci resecantur, et alte finditur in solidum caneis via: deinde feraces Plantæ immittuntur,' &c. *Lamb.*

1365 *Et nova defodere, &c.*] Sup. eod. lib. 983. 'Nec nova defodere in terram virgulta,' &c. *Lamb.*

1368 *Indulgendo*] Tralatio. Sic Virg. Georg. 2. 277. 'Indulge ordinibus.' *Lamb.*

1369 *In montem succedere*] Succedere, i. e. sursum cedere. *Lamb.* Sursum cedere, nam excisis quæ campos vallesque occupabant arboribus, sylvæ in montes sursum cedere videbantur. *Creech.*

1370 *Infraque locum*] Et locum, qui infra esset, seu locum inferiorem: talia sunt illa 'nuper-notitia' apud Ter. Heant. ubi tamen quidam legunt *nupera notitia*. et 'ante-malorum' apud Virg. lib. 1. Æneid. et 'semper-amicitia' apud Propert. in quibusdam libris tamen legitur hic

Delph. et Var. Clas.

infraque situm, i. e. situm inferiorem. *Lamb.*

1373 *Inter plaga currere*] Intercurrere. *Tmeais. Lamb.*

1376 *Duloibus*] Mitibus. Virg. Ecl. 1. 81. 'sunt nobis mitia poma.' *Lamb.*

1377 *Felicibus*] Quæ sint arborea 'felicis,' quæ 'infelices,' cum alii docerunt, tum nos quoque admonimus ad illum locum Hor. Od. 2. Epod. 13. 'Inutileisque falce ramos amputans Feliciores inserit.' *Lamb.*

Obsita] Circum sata, *ὁ κλάδος φερθεύερα*. M. Tull. Accus. lib. 3. 'Campus Leontinus, cuius antea species hæc erat, ut cum eum obsitum vidissem, annonæ caritatem non vererere; sic erat deformis atque horridus,' &c. *Lamb.*

1378 *At liquidas*] Nunc de musicæ origine. *Lamb.* Ut aliæ artes, sic etiam musica primo rudis et inculta; primum enim in avium imitatione constitit, inde fistula e calamis, (nam calami levi vento agitati sibila quædam et murrura emittunt,) compacta: qua pastores mulcebant curas, aut in lætitiâ effusi se aliosque maxime oblectabant. Jocis etiam, festivis sermonibus, et saltationi, incompositæ quidem, sed satis ridiculæ indulgebant; inde risus, cachinni, et alia fœlicis otii delectamenta. Neque ista operosior qua nos utimur musica nos majori voluptate, quam rudis ista illos olim perfudit; sed nova semper placent, et pristina fastidimus. vs. 44. *Creech.*

1379 *Lævia carmina*] Tralatio est a rebus quæ tactu sentiuntur, ad eas quæ auditu percipiuntur. *Lamb.* Nam quod gratum sensibus, illud læve Epicuro. *Creech.*

1380 *Aureisque juvare*]. Et aureis delectare. *Lamb.*

1381 *Et Zephyri, &c.*] Vid. Ov. Met. 1. 705. *Creech.*

Cava sibila] Ordo est: Et primum zephyri docuerunt agrostis cava ci-

entus inflare, per calamorum sibila cava: i. e. et Favonii docuerunt primum rusticos cicutas inflare ex eo, quod calami ab iis agitati sibilos edebant. Jam illud totum, 'cava per calamorum sibila,' duplicem interpretationem recipere videtur, quæ tamen eodem revolvitur. Nam vel 'sibila' sic accipi potest, ut sit nomen substant. *cava* autem adject. vel contra, 'cava' licet esse substant. 'sibila' adjectivum. Et ita 'cava calamorum,' interpretabimur cavitates calamorum: 'sibila' autem, sibilos mittentia. Virg. Georg. 3. 421. 'Tollemque minas, et sibila colla tumentem.' Idem Æn. 5. 277. 'Parte ferox, ardensque oculis, et sibila colla Arduus attollens,' &c. *Lamb.*

1382 *Inflare cicutas*] *Cicutas*, i. e. calamos, cannas. Virg. Ecl. 2. 36. 'Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.' Sup. lib. 4. 592. 'Unco sæpe labro calamos percurrit hianteis,' qui versus statim iteratur. *inflare* autem proprie dictum. Sic Virg. in Daphn. princ. 'Tu calamos inflare leveis, ego dicere versus.' M. Tull. in Bruto, 'Si tibiæ inflatæ non referunt sonum,' &c. *Lamb.* Virg. quoque pro fistula, &c. ita 'calamos,' 'avenam.' *Faber.*

1387 *Unumquidquid*] Unumquidque. *Lamb.*

1389 *Hæc animos ollis, &c.*] I. e. his rudes illi homines mulcebantur, ac delectabantur eo ipso tempore, quo epulabantur et satiabantur: vel una cum cibo quo satiabantur, agresti musica animos suos oblectabant. 'satiare,' i. e. satietate. *Lamb.*

1390 *Nam tum sunt omnia*] I. e. nam tum omnia grata sunt. Quidam legunt, *nam tum hæc sunt omnia cordi.* *Lamb.* Ni mihi properandum sit, videor probare posse legendum, *Nam tum sunt otia cordi*, id et versus superiores ostendunt; et quos jam leges, ei conjecturæ non adversantur. Vide tamen. *Tum* autem,

i. e. cum homines 'satulli' sunt et se se epulis invitarunt plusculam. *Fab.* *Faber Otia cordi*: venuste: Voss. ad Catull. p. 167. *Omnia chordæ.* Post satietatem cibi nihil, inquit, hominibus æque placet ac musica, utpote quæ tunc sit *rà idæra*. Nec est ut quisquam miretur chordas dici tibiis, cum vice versa citharæ accipiantur quoque pro tibiis. *Creech.* Posses et *omnia* legere; at omnino placet *Fabri illud otia*. recumbere enim in pratibus, curare corpora, joca, sermones serere, &c. otiosorum sunt. *Hav.*

1392 *Propter aquæ rivum*] I. e. prope aquæ rivum. Profert hunc versus Donatus ad illud Ter. Adelph. 4. 2. 37. 'angiptorum propter est.' Expressit hoc hemistichium Virg. Ecl. 8. 87. 'Propter aquæ rivum viridi procumbit in herba.' *Lamb.*

1394 *Cum tempestas ridebat*] Cum per anni tempus licebat: cum anni tempestas non erat turbida aut frigida, sed serena et tepida. Idem Lucr. 2. 32. 'Præsertim cum tempestas arridet, et anni tempora,' &c. *Lamb.*

Et anni Tempora] Ver, et æstas. *Lamb.*

1398 *Coronis*] Alii legunt *corollis*. quod nullis in libris reperi. Omnino non est necesse quidquam hic immutare. Nam utrumque nomen a veteribus pro re eadem reperio esse usurpatum. Plautus Amphitr. 3. 4. 16. 'Capiam Coronam mi in caput: assimulabo me esse ebrium.' Sequitur paucis post versibus: 'Ibo intro: capiam ornatum, qui potis decet.' Sic enim restitui, ubi vulgo legitur, *qui potius decet*. Atque hæc est una emendatio ex sexcentis quibus Plautum meliorem factum, et propemodum redintegratum, et præterea brevibus commentariis illustratum, brevi divulgabo, Deo optimo max. approbante. Idem Pseud. 5. 2. 2. 'Simo. Quid video ego: Pseud. Cum corona ebrium Pseudolum tuum.' sequitur

paucis post versibus: 'Quæ isthæc audacia est, Te sic interdus cum corolla ebrinum incedere?' En perspicue *corollam* et *coronam* pro re eadem usurpavit. Flac. Sat. 2. 3. 255. 'potus ut ille Dicitur ex collo furtim carpisse coronas.' *Lamb. Corollis.* Ita ex vet. nostris malui. In aliis, *coronis*. In hac re magis utebantur 'corollæ' voce. *Gifan.*

1400 *Atque extra numerum procedere*] Non in numerum, ut sup. 4. 789. 'Quid porro, in numerum procedere cum simulacra Cernimus in somnis, et mollia membra movere?' *Lamb.*

1401 *Duriter*] Antiquum, teste Casilio. Eonius Phœnisis: 'Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit?' Ter. Adelph. 1. 1. 20. 'Ruri agere vitam, semper parce ac duriter sese habere.' Idem Andr. 1. 1. 48. 'Primum hæc pudice vitam parce ac duriter Agebat.' Ad quem locum Donatus, 'Duriter,' inquit, i. e. sine sensu doloris: 'dure,' autem, crudeliter: illud ad laborem: hoc ad sævitiam relatum est. *Lamb.*

Et duro terram pede pellere matrem] Et saltare duriter, et quasi terram λαπτίζω, i. e. calcibus petere, atque insectari. sic Hor. Od. 3. 18. 15. 'Gaudet invisam pepulisse fossor Ter pede terram.' Idem Od. 1. 17. 1. 'Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus.' Sic omnium princeps Homer. Ἰλ. σ. 571. τοὶ δὲ ἤφρονες ἀμαρτῆ, Μολπῆ τ' ἰθυμῶ τε ποσὶ σκαλορρες ἔσσοντο. i. e. 'illi autem terram pulsantes simul, cantum et clamorem pedibus saltando sequebantur.' *Lamb.*

1404 *Hinc*] Ex eo quod sequitur, 'Ducere multis modis voces.' *Lamb.*

Solatia somni] Scentus sibi codicem Vaticanum. nam alii libri habent *somno*. significat autem eos qui dormire nequirent, variis cantibus et vocibus insomniam solatos esse. Cur igitur non dixit *solatia insomniæ*? ut

inf. 5. 21. 'Dulcia permulcent animos solatia vitæ,' et lib. eod. vs. 4. 'Et prius dederunt solatia dulcisa vitæ,' et Virg. Æn. 2. 62. 'duri solatia casus.' *Lamb. Aderant solatia somni.* Sensus manifestus est, eos scilicet qui dormire nequirent, se se tibiæ cantu oblectare solitos. Cur igitur, inquit interpres, *solatia somni* dixit? debuit enim dicere *solatia insomniæ*. Et ita sane videtur. Sed quod jam dicam, difficultatem illam, quæ non contemnenda est, tollet. 'Solatium' scilicet pro eo sumitur, quod rei alicujus amissæ loco datur, unde damnum resarci queat. Inde adeo fit ut interdum apud Jurisconsultos 'solatium' pro tenui aliqua mercedula seu pretio sumatur; quod probari nihil necesse, adeo certa res est. Si quis autem (hoc erit exemplum) pateram auream, aut gemmam, aut aliquid aliud manu tenens, diceret, 'Hoc pretium somni;' nemo, opinor, esset, qui dictum illud non facile intelligeret; ita enim gemma 'somni pretium,' seu 'solatium,' diceretur, ut 'pretium ædium,' ut 'equi pretium,' id scilicet quod pro equo datum est. Objecerit tamen quispiam, dici solere, et recte quidem, 'Vigiliarum mearum pretium,' &c. fateor; sed ubi ita loquimur, figura est, quasi vigiliis scilicet hoc nobis attulerint, quod ab aliis in nos collatum est propter industriam et laborem susceptum. *Faber.* Voss. emend. *Evigilantibus...somno.* Quem in somno Mas. adjuvant. Plin. Epist. 1. 5. 'Evigilabam.' sed simplicissima est Lambini interpretatio. *Hav.*

1405 *Ducere multimodis voces*] H. e. (opinor) quod Græci dicunt μωυρρίζω: quod est vocem varie fingere, et figurare; seu voce varie figurata cantillare. 'ducere' autem, i. e. producere. *Lamb.*

1406 *Et flectere cantus*] Hinc molles in cantu flexiones apud M. Tall. lib. 3. de Orat. ad Qu. Fr. *Lamb.*

Et aspera] I. e. et sup̄. seu in superiore parte calamorum. sic sup. 4. 592. 'Unco sæpe labro calamos percurrit hianteis.' *Lamb.*

1407 *Vigiles*] *Castrensea* intelligo. *Faber.* Ego vero curis ægros; ut vs. 1404. 'Vigilantibus.' *Creech.*

1409 *Majorem interea*] Sic restituere in secunda jam editione. Esse autem sic legendum et ratio, et trium codicum antiquorum auctoritas pervincunt: nam vulgata lectio, *Majore interea capiunt dulcedine fructum*, ferri non potest. Hæc autem, quam restitui, hanc sententiam habet: neque ex hodierna musica, quamvis sit eruditior, et compositior, et cultior, homines hujus ætatis majorem voluptatem percipiunt, quam olim primi illi et rudes homines ex sua incondita, rustica, atque agresti capiebant. *Lambin.*

1410 *Terrigenarum*] I. e. primorum illorum hominum e terra natorum: γηγενῶν, 'terræ filiorum.' sequitur vs. 1425. 'Frigus enim nudos sine pelliibus excruciat Terrigenes.' *Lamb.*

1413 *Posteriorque fere, &c.*] I. e. et fere evenit, ut res posterior melior, priora reperta perdat, atque ex animo deleat: et immutet sensus ad pristina, i. e. faciat, ut pristina non æque sint grata, neque jucunda sensibus, atque antea fuerant. *Lamb.*

Illā reperta] 'Ἐκείνα ἐβήματα. perdit autem, in contemptum vocat, facit ut in minori pretio sint. *Faber.*

1416 *Sic odium capit glandis*] Ex quo illud, ἄλῃς ἔρως, 'satis querens,' et M. Tull. Orat. perf. 'Quæ est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur?' 'Glandis,' et ἔρως, sive 'querens,' facta mentio, mihi aurem vellit, meque admonet, ut locum in epistol. Cicer. ad Attic. lib. 4. epistola, cujus initium est 'O exspectatas,' &c. in mea editione, in editionibus aliis vero epistola, quæ hinc initium capit, 'Occupationum,' &c. ab omnibus eruditis,

qui enim usque ad hunc diem attigerunt, quique ei manus admovent, desperatum, ac pro insanabili delictum, sanem atque emendem, de sententia amici mei Sim. Bosii, viri ingeniosiss. Verba Ciceronis sunt hæc: 'Itaque dixit statim reus lege majestatis, ΟΥ ΚΟΙ ΔΑΡΤΕ ΛΑΛΑΑ ΦΥΗ.' sic legitur in veteribus cod. quæ literæ perspicue sunt corruptæ. sic igitur legit ille: οὐ σοὶ ἂ ἔρως μᾶλα φέει. i. e. 'non tibi hæc querens mala (i. e. glandes) gignit.' Verba sunt liberti cujusdam, qui videns se reum esse, et fortasse etiam damnatum iri, jocans in periculo ante oculosposito, et alludens ad quercum glandiferam, quæ cibum suppedavit primis illis hominibus, fuitque eis quasi nutrix, et præterea pœnam lege constitutam respiciens, (fuste autem verberabantur liberti condemnati, interdum etiam extremo supplicio afficiebantur,) hæc loquitur: 'Non tibi hæc querens glandeis procreat;' i. e. hæc accusatis, non tibi victum, sed magnum malum daturæ est. Eadem opera illud quoque alterum vulnus, quod est in eadem epist. sanabo, ΠΟΡΤΙΑ ΠΥΜΝΑ: ubi quidam legunt, πρῶτα πρῶτως: sed legendam censet ille, ΓΟΡΓΕΙΑ ΠΥΜΝΑ, i. e. 'larvæ seu personæ nudæ.' Sed de Cicerone hactenus: nunc ad Lactantium redeamus. *Lamb.*

1417 *Pellis item*] Quæ fait inventa a primis illis hominibus, ut sup. 1009. 'Inde casas postquam, ac pelleis, ignemque pararunt,' &c. cecidit datæra pellis, et contemni cœpta est post usum vestium e lana nexillum, aut textillum, aut sutilium repertum. Cum toto autem hoc loco mire congruunt illa Arnob. lib. 2. Adv. G. 'Quid enim si hoc modo culpam velimus infligere prioribus illis atque antiquissimis sæcnlis, quod inventis frugibus glandes spreverint, et repudiaverint arbuta? quod corticibus contegi, et amiciri desiderint pellibus,

postquam vestis excogitata est textilis, usæ et commoditate succinctior? aut quod structis domibus, et lautioribus successibus institutis, non antiquas adamaverint casulas, nec sub rupibus et cavernis præoptaverint, ut belluæ, permanere? Commune est omnibus, et ab ipsis pæne incunabilis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia præponere, et quod esse constitnerit pretiosius, lætius id consecrari, et petere: in eoque defigere spem salutis et salutarium commodorum.' *Lamb.*

1418 *Quam reor invidia*] I. e. quam puto ita fuisse inventori ipsi invidiosam, ut is qui primus eam gessit, per insidias ab aliis interfectus fuerit. *Lamb.* Prima vestia ita ceteris iis terrigenis placuit, ut inventori suo mortis causa fuerit. *Faber.*

1420 *Et tandem inter eos distractum, sanguine multo Dispersisse*] Secutus sum cod. manuscr. nam vulgati habent *Dispersisse*, mendose. hujus igitur scripturæ hæc sententia est: Et reor, enim qui primus gessit vestem ferinam, inter eos a quibus per insidias interfectus est, distractum, dispersisse, i. e. diversis in partibus contaminasse sanguine multo, subintellige 'vestem.' licet etiam legas *distractam*, ut habent lib. vulg. *distractam* autem 'vestem' scilicet. Hanc quoque emendationem amplectitur Zoilus more suo. *Lambin.* Alii, *distractam*, 'vestem' viz. et in sequenti versu *Dispersisse*; et hæc lectio, quam Codd. vet. exhibent, et Heinsius probat, admitti potuerit, si voces sequentes, 'Neque in fructum convertere quisse,' commode paterentur. *Creech.*

1421 *Dispersisse*] Ita vet. libri. In aliis, *Dispersisse*, ut modo *distractam* in quibusdam. *Gifan.*

1422 *Tunc igitur pelles, &c.*] Illa autem pro pelle pugna et cædes excusari possit, nam ante vestes textiles inventas solis pellibus defendebant frigus. At quis homines excuset qui

bellis et rapinis miscent omnia, ut auro clari, et insignes purpura fulgerent? Sed id agunt quoniam insana habendi cupidine aguntur, et ignorant veram voluptatem, quam Epicurus docuit, et quæ non tam delicias appetit, quam necessariis contenta est. vs. 13. *Creech.*

1423 *Exercet*] Vexant, tranquille vivere non sinunt. *Lamb.*

1424 *Culpa residit*] Sic legendum a verbo residio, dis: quod utitur 2. 283. 'Et projecta refrenatur, retroque residit:' non *recedit*, a verbo residueo. *Lamb.*

1425 *Frigus enim*] Necessitas primo vestium nsum reperit: frigoris enim depellendi et injuriæ cæli arcendæ causa vestes repertæ sunt: deinde accessit luxus et voluptas, cum vesteis purpureas, et auro insignis, et acu pictas gerere voluerunt. sic fere M. Tull. lib. 3. de Orat. 'Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis, et dignitatem; sic verbi translatio instituta est inopis causa, frequentata delectationis.' *Lamb.*

1426 *Terrigenas*] Homines, ex terra natos, ut sup. vs. 1410. 'Quam silvestre genus capiebat terrigenarum.' Varro Eumenidib. 'Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum:' ex Nonio, in voce 'blitum.' *Lamb.*

1427 *Vestis apta signis*] Jam antea. *Faber.*

1429 *In cassum, frustra que laborat*] Quia non est contentus parvo aut modico; et quia cupiditates habet infinitas, minimeque necessarias, et (ut statim subjungit) quia non cognovit, quæ sit habendi finis, i. e. quid sit homini satis: vel, si cognovit, eo non est contentus. Sic Lucill. lib. 6. 'Nam si quod satis est homini, id satis esse potasset: Hoc sat erat: nunc, cum hoc non est, qui credimus porro Divitias ullas animi mi explere potesse?' Idem lib. 18. 'Denique uti

stulto nil sit satis, omnia cum sint.' *Lamb.*

1438 *In altum*] Metaph. a navigantibus, periculum significat. De vs. autem illo 1455. 'Namque aliud ex alio,' &c. dictum est in Emendationibus. *Faber.* Metaphora a navigantibus, versum sequenti habes 'æstus belli.' *Creech.*

1435 *At vigiles mundi*] Dicit homines ex solis et lunæ cursu didicisse annorum tempora circummagi, atque in orbem redire, et statos ac ratos esse rerum ordines. *Lamb.* Quoniam diutina experientia certos fecisset homines anni tempestates certo ordine redire, neque casu fluere omnia, et turbari, (nam atomi primum fortuito convenientes, ita motus sui legibus, et vi naturæ constituntur, ut, nisi aliqua causa extrinsecus adveniens impediatur, illidem semper motibus ferantur,) tandem certum stabilitæ vivendi genus amplexi sunt; inde constitutæ republicæ, instituta etiam inter diversas gentes commercia; tum litteræ inventæ, nati tum poëtæ historiarum patres, denique inventæ sunt istæ artes, nam omnium authorum nomina describuntur, quæ vitæ nostræ, aut voluptati inserunt. vs. 22. *Creech.*

1439 *Jam validis septi*] Tunc cæperunt homines in turribus atque in locis munitis habitare, urbeis condere, agros limitibus distinguere ac terminare, navigare, &c. *Lamb.*

1440 *Discretaque Tellus*] Limitibus distincta, et finibus. alii legunt *descriptaque tellus*. *Lamb.* *Descriptaque tellus*. Ita restituimus, adjuti a vet. codicibus, in quibus fere, *distinctaque*. *Vulg. discretaque*. Vide Indicem. *Gif.*

1441 *Velicolis*] Sic omnino legendum puto ex vet. libris, et Servio, ad lib. 1. *Æn. Gifan.*

Navibus pandis] Navibus curvis. nonnulli libri habent, *florebat propter odores*, sed (ut opinor) corrupte. Hoc totum enim *propter odores*, natum puto

ex annotatione, eaque pingui et erassa: nam ad hæc verba 'florebat navibus,' adscripsit aliquis minime malus, *propter odores*, significans merceis odoratas, quæ navibus veherentur. quæ verba postea conjecta sunt in contextum, detrusis rectis vocibus, *navibus pandis*. quod factitari esse solitum, sæpe alias admonuimus. *Lamb. Ponti.* Quidam libri, *pandis*. *Gifan.* *Gifan.* Tum *mare velivolis florebat navibus ponti*. *Vossius* ad *Catullum* p. 77. hæc habet: 'Tum *Mare velivolis florebat propter odores*. Hæc est scriptura omnium, nisi fallor, librorum; quam merito docti se non intelligere fatentur; sic enim, puto, scripserat *Lucretius*; Tum *Mare velicolum florebat Protei ad oras*. *Proteus* et ipse *Deus marinus*, utpote qui primus navigasse creditur; 'Oræ' vero 'Protei,' sunt oræ in quibus regnabat *Proteus*, in quibus omnibus navigationem floruisse affirmat.' Quibus hæc placent illis nihil unquam displiceat: *Lambinus* invenit in quibusdam *Codd.* *Navibus pandis*, et istis vocibus ego quidem contentus. *Creech.* *Servius* ad *Virg.* 804. 'Ennius et *Lucretius* florens dicunt omne quod nitidum est: hoc secutus est *Virgilius*. Aliter *Acyrologia* est. *Lucret.* 'florebat navibus pontus.' At in postrema Editione, sive *Masvicii*, vulgata *Lambini* est lectio; si e *Mss.* nolo pugnare, quamquam non probem nullibi in illa Editione apponi *Mss.* et *V. L.* notitiam; et tamen altera lectio se tentari potest, si ita distinguas: Tum *mare velicolum, florebat navibus pontus*. In bello enim velivolium etiam est mare, at in pace florere maxime solet. Scio synonyma esse 'mare' et 'pontus;' sed quum mox pariter 'auxilia' et 'socios' dicat, qui non pluris differunt, etiam nunc mare et pontum conjungere potuit. *Hæc.*

1444 *Nec multa prius*] Quam poëtæ res gestas carminibus persequi cæperunt. *Lamb.*

1445 *Quid sit prius actum*] Prius quam elementa litterarum essent re-
perta. *Lamb.*

Respicere] Respicere dicimur præ-
terita. nam quæ præterita sunt, re-
tro esse dicuntur. Hor. Od. 3. 29. 45.
' non tamen irritum, Quodcunque
retro est, efficiet: neque Diffringet,
infectumque reddet, Quod fugiens
semel hora vexit.' *Lamb.*

1447 *Navigia, atque agri culturas*] Na-
vigiorum conficiendorum et agro-
rum colendorum rationem, mœnia, le-
ges, et cetera, quæ hic enumerantur,
usus, et diligentia, et experientia,
paullatim progredientes, docuerunt,
inquit. Sic fere Arnob. lib. 2. Adv.
Gent. ' Quid est enim in negotiis ho-
minum, quod vel opera corporis, et
manibus fiat, vel solius animi disci-
plina et cognitione teneatur, quod non
ex aliquo cœperit tempore, et in usum
exierit, experientiamque mortalium?
Philosophia, musica, ceteræque om-
nes artes, quibus vita est exulta et
expolita communis, cum hominibus
natæ sunt, et non potius nuper, quin
immo pæne panno ante agitari, in-
telligi, celebrarique cœperunt?' *Lamb.*

1452 *Pedetentium progredientis*] Sic
locutus est sup. eod. lib. 533. ' sed
quæ sit earum, Præcipere, handqua-
quam est pedetentium progredientis.
Lamb.

1453 *Sic unum quidquid paullatim
protrahit*] Quæ arte et ratione con-
stant, inquit, non fuerunt uno eo-
demque tempore inventa et perfec-
ta; sed primum inventa, eaque non-
dum satis polita; deinde temporis
tractu perfecta ac perpolita. Hac de
re sic Laërt. ' Ἀλλὰ μὴν ὑποληπτῶν
καὶ τὴν φύσιν πολλὰ καὶ παντοῖα ὑπ' αὐ-
τῶν τῶν πραγμάτων διδασχθῆναι τε καὶ
ἀναγκασθῆναι, τὸν δὲ λογισμὸν τὰ ὑπὸ
ταύτης παρεγγυθῆναι, ὅσπερον ἐπακρι-

βοῦν, καὶ προσευρασκῶν, ἐν μὲν τισὶ βῆ-
τον, ἐν δὲ τισὶ βραδύτερον, &c. i. e.
' Porro autem existimare oportet,
naturam quoque multa et varia a re-
bus ipsis edoctam et coactam esse;
rationem vero ea quæ ab illa sibi
mandata et tradita fuerant, posterius
accuratiora et politiora reddidisse,
et inventis addidisse, in nonnullis
citius, in aliis tardius,' &c. *Lamb.*

1455 *Namque aliud ex alio clarescere
corde videbant*] Legendum plane est,
*Namque aliud ex alio clarescere corde
videmus.* Est enim illius versus con-
firmatio; ' Sic unum quidquid paullatim
protrahit ætas in medium,' &c.
Adde quod ad priores illos ' terrigenas'
pertinere non potest, quod se-
quitur, ' ad summum donec venere
cacumen.' Ad nos itaque, atque
adeo ad posteros a nobis longissimis
intervallis diasitos pertinet: itaque
videmus, non videbant. Præterea pro-
positio est generalis, καὶ τῶν καθ' ἑαυ-
τοῦ illud *protrahit*; dicendum alioqui fu-
erat, *protraxit.* Deinde, quis affir-
met τὰ πῶρα in artibus esse jam ad
summum perfectionis cacumen per-
ducta? nil certe tale Epicurus, nil
Lucretius, qui pusillus Epicurus est.
Restat tamen tantillum quiddam
scrupuli circa *corde*, inquit. At
ego te pro auctoritate absolve; ut
enim dicimus, (saltem ita plerumque
loqui Lucretium nosti,) ' animo vi-
dere,' ' ratione videre,' &c. ut apud
Salustium ac Ciceronem reperiri po-
test, ' spes animi,' ' iudicium animi,'
' metus animi,' et alia bene multa;
ita ' corde,' quod pro animo positum
est, bene et ex veteris Latii palato
positum est. Sed hæc emendationum
non sunt: ad τὸ ἐγγηγηκῶν, non
ad τὸ κριτικῶν pertinet. *Faber.* Alii,
Videbant: imperite. *Creech.*

Quod a vs. 56. ad vs. 417. solem, terram, mare, totam denique mundi compagem, nec ab æterno fuisse, nec in æternum duraturam asserit, id quidem piis omnibus et sanis philosophis commune: quod vero verisimilibus quibusdam, veris autem multis firmisque rationibus, probat, illud sane Lucretio proprium videtur; nec meliora unquam (semper excipio sacras scripturas) argumenta invenies. Ideoque magis mirandum est, tam præclarum ingenium inseruisse futiles istos versus a vs. 167. ad vs. 236. quibus evincere conatur mundum hunc a Deo non fuisse factum: fingit enim Deum parcum nimis seu potius malevolum, qui nihil nostri causa, omnia vero sui emolumenti intuitu agat. Qualem siquis pingat Epicurum, illum dicacis impudentiæ poëta postularet. Deinde supponit omnem Dei æque ac hominis notitiam a simulachris dependere. At quis iste Deus? non ille quem percipit mens humana, quem omnes gentes agnoscunt, et venerantur. Demum quis ferat illum culpas, quas vocat, mundi enumerationem, falso omnes, et vanissime efficitas? Hæccline vero vitia in novo et recenti mundo? Id quidem negat ipse Lucretius, ideoque inepte facit dum labes ruinasque ædificii longa ætate dehiscentis imputat artifici.

A vs. 417. ad vs. 509. mundi ortum

describit, qua descriptione nulla est apud physiologos aut magis verisimilis, aut magis venusta: gravitate sua feruntur atomi, concurrunt, inde resiliunt, et pro varia ponderis letasque ratione in diversa loca discedunt, ibique coalescunt.

Quoniam vero a vs. 510. ad vs. 770. non unam certamque causam motuum cælestium, eclipsæ, diel et noctis, &c. ea, qua alii solent, pertinacia assignat, ideo quibusdam videtur fluctuare; ego vero contendo istam, quam vocant, constantiam in Epicureo physiologo ridiculam ferre, quippe omnia casu fieri pronuntiat, neque quis facile deprehendat unam certamque causam, cum eadem phænomena pluribus modis explicari possunt. Nec ego quidem illi succenscerem qui multas profert causas, dum inter eas vera certaque proponatur. De solis, lunæ, &c. magnitudine nihil addam, supra enim moxui istam opinionem plebeiam nimis esse, et rusticam.

Lege quæ sequuntur, et admirabilis ingenii tam vehementer delirantis miserere; ea autem est omnium, qui negant providentiam, sors, ut in ethicis vana doceant, in physicis absurda; at vero primorum hominum iudoles ea, quæ omnium barbararum gentium, et in terrigenis Lucretii, Margaitas, Brasilios, plerosque Indiæ occidentalis populos agnosces.

DE RERUM NATURA LIB. VI.

1 *Prima frugifera*] Sic M. Tull. Orat. pro Flacco: 'Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque

in omnes terras distributæ putantur.' Et Isocrates Panegyri. et Aristides Smyrni. in Panath. quorum verba longa sit hic referre. et Diodo-

rus Siculas lib. 18. his verbis: Καὶ γὰρ εἴ τινα ἄλλων, Ἀθηναίων ἕξιν ἐστὶν ἀντραπήναι μὲν τὸ τῆς πόλεως ἄξιωμα, χάρην δ' αὐτοῖς ἀπομερῖσαι τῶν εἰς ἑσθρασκον εὐεργετημάτων· οὗτοι γὰρ εἰσιν οἱ πρῶτοι τροφῆς ἡμεῶν τοῖς Ἕλλησι μεταδόντες, ἢ ἰδίᾳ παρὰ θεῶν λαβόντες, τῇ χρεῖε κοινῆ ἐποίησαν. οὗτοι νόμους ἔδραν, δ' οὗτος δ' κωδὸς βίος ἐκ τῆς ἀγρίας καὶ ἀέλιου ζωῆς εἰς ἡμεῶν καὶ δικαίαν ἀλάθε συμβίωσιν. i. e. 'Etenim, si quorum aliorum, Atheniensium civitatis dignitatem par est colere et veneri, iisque beneficiorum quæ in homines contulerunt, gratiam referre: hi enim sunt, qui primi victum mansuetum et civilem hominibus imperiverant, quam proprie et privatim a Diis consecuti, usu cum omnibus communicarunt. hi leges invenerunt, quibus vita communis ex vitæ cultu agræti atque injusto ad hunc humanam ac justam convictum pervenit.' Lamb.

Fragiferos] Quidam libri habent *frugiferos*. Lamb. et Gifan. *Primas*. Athenæ tritici, olei, &c. inventrices, nil tritum magis. *Faber*. et *Cresch*.

Mortalibus agris] Hanc versus clausulam mutuatus est pluribus locis Virg. ut *Georg.* 1. 238. 'duæ mortalibus agris Munere concessæ Divum.' et *Æn.* 2. 268. 'Tempus erat, quo prima quies mortalibus agris Incipit.' Lamb.

2 *Dididerunt*] Distribuerunt. Lamb. *Præclaro nomine Athenæ*] Μεγαλόνομοι. Lambin.

3 *Rogantur*] Tulerant. Natum ex consuetudine Rom. Nam qui legem aliquam novam ferebant, populum 'rogabant,' vellentne eam legem, cujus auctores essent, valere. Lamb.

4 *Et prima dederunt*] Videtur legendum, *At prima dederunt*, &c. Hoc sensu, Athenas quidem multa generi humano bona fecisse inventis frugibus, excultis artibus, humanitate, doctrina, legibus, atque aliis rebus pæne infinitis: *At* multo etiam me-

lins de hominibus meritas esse, cum Epicurum protulerunt. *Faber*. Ista observatione potuimus carere. *Cresch*.

5 *Quom genere Virum*] Epicurum. Erat enim Atheniensis, Neoclis et Chærestratæ filius, ἐκ δῆμου Γαργητίου. Lamb.

Tali cum corde] Tali sapientia præditum, tali emphaticè. Lamb.

6 *Omnia veridico qui quondam*] Sic sup. procoim 8. 1. laudat Epicurum: 'E tenebris tantis tam clarum extollere lumen Qui primus potuisti, illustrans comoda vitæ, Te sequor, o Graiæ gentis decus,' &c. Cum haberet autem hoc Epicurus, quod se unum verum vidisse, maximis erroribus animos hominum liberasse gloriaretur, ceteros cæcos fuisse diceret; tum Epicurei unum Epicurum laudabant, ceteros contempnabant. Sed hanc Epicuri arrogantiam, ceteramque ejus inscitiam atque inscientiam multis verbis, iisque aculeatissimis, exagitat Cleomedes lib. 2. κενλικ. θεωρ. quo loco de sole et ejus magnitudine disserit, et Epicurum refellit, qui dicebat, solem pedali magnitudine constare, et eum occidentem, extinguui; orientem, iterum accendi. Sic igitur Cleomedes: 'Ἀλλὰ γὰρ ἐν ταῖς τῶν ὕλων ἀρχαῖς, καὶ τῇ περὶ τέλους λόγῳ, καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς τοιοῦτος, καὶ ἐν τοῖς ἀστρολογουμένοις, καὶ ἐν τῇ κατὰ τὰς φωτασίας τέχνῃ, καὶ τὸ σύνολον ἐν παντὶ σαφῆματι καταπολὸν τῶν σφαλμάτων τυφλότερος. καὶ οὐδὲν γε θαυμαστόν, οὐ γὰρ, μὰ Δία, φιληθῶν ἀνθρώπων ἐστὶν ἀνευρεῖν τὴν ἐν τοῖς οὐραῖς ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀνδρῶν πρὸς ἀρετὴν πεφικῶτων, καὶ μηδὲν ταύτης ἐπιπροσθεῖν ποιουμένων, ἀλλ' οὐχὶ σαρκὸς ἐσθαθῆς κατάστημα ἀγαθόντων, καὶ τὸ περὶ ταύτην πιστὸν ἕλπισμα. Οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι ἐξεκέρησαν ἐκ τῶν πόλεων καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς ἀρέσκους καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, λήψαντες καὶ διαφόρων εἶδη ὑπολαμβάνοντες τὰ ἐπὶ τοσοῦτων καὶ τυφλότητος καὶ ἀναιδείας ἕκαστα τῶν δογμάτων. Οἱ δὲ νῦν, ἔθε (οἶμαι) ὑπὸ τροφῆς καὶ μαλακίας ἐκτελευ-

μένοι, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκτεμῆκασι τοὺς ἀπὸ τῆς αἰρέσεως, καὶ αὐτὰ τὰ συγγράμματα, ὅστε κυθινεῦσαι μᾶλλον Ἐπικούρου, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς αἰρέσεως, ἀληθῆ λέγειν βούλεσθαι, ἢ θεοὺς καὶ πρόνοιαν ἐν τοῖς δλοῖς εἶναι. καὶ ἐπὶ γὰρ κἂν εἴπω αὐτῶν μᾶλλον ἀπολέσθαι τὴν πρόνοιαν, ἢ Ἐπικούρου λέγοντα ψευδῆ ἐλεγχθῆναι. οὕτως ἀθλίως δίκαιεται, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐξήρηται τῆς ἡδονῆς, ὡς καὶ τὸν συνήγορον αὐτῆς ὑπὲρ πάντα τὰ κατὰ τὸν βίον μᾶλλον ἀσπάζεσθαι, &c. Hæc autem mox Latine interpretabor. Sequitur aliquot versibus post, nempe posteaquam refutavit illam ejus opinionem, solem extingui, cum occidit, accendit, cum exoritur: Ταῦτα καὶ ἱερὰ Ἐπικούρου σοφία ἐξείραν. ἀλλὰ, νῆ Δία, τῷ Ὀμηρικῷ Θεοστίῃ κρειοί μοι αὐτὸν ἀπεικάζειν. ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνος, κἀκίστος ἐν στρατεύματι τῶν Ἀχαιῶν γενόμενος (ὡς καὶ αὐτὸς φησὶν ὁ ποιητῆς, καὶ τὸν Ὀδυσσεῖα λέγοντα πεποιήκεν, αὐτὸς μὲν εἶπεν, Ἀσχιοςτος δ' ἄνη ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, καὶ τὰ ἐξῆς τὸν Ὀδυσσεῖα δὲ πεποιήκεν λέγοντα πρὸς αὐτὸν, Οὐ γὰρ ἐγὼ σέ φημι χρεῖότερον βροτῶν ἕλλον Ἐμμεναι) ἀλλ' ὅμως καὶ τοιοῦτος ἂν, οὐκ ἔγει τὴν ἔσυχλαν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοῖς βασιλεῦσι διαπληκτίζεσθαι ἀλαζονεύμενος, ὡς δὴ καὶ αὐτὸς σεμνὸς τις ἦν ἔπειτα καὶ ἐν τοῖς ἀριστέουσιν αὐτὸν κατατάσσειν τολμῆ, λέγων, ἄς τοι Ἀχαιοὶ Πρωτίστῳ δίδωμεν, εἶτ' ἂν πολλοῖσιν ἔλωμεν. καὶ τὸ, Ὅν κεν ἐγὼ δῆσας ἀγάγω, ἢ ἕλλος Ἀχαιῶν. οὕτω καὶ Ἐπικούρος, ὡς δὴ τις ἂν, ἀλαζονεύεται, αὐτὸν ἐν τοῖς φιλοσόφοις καταριθμείσθαι ἀξίῳ καὶ οὐ μόνον γὰρ, ἀλλὰ καὶ τὰ πρωτεύοντα φέρεσθαι διαβεβαιούμενος, καὶ ταύτῃ γὰρ καὶ τοῦ Θεοστίου βρασύτερον αὐτὸν ἀποφαίνων. ἐκεῖνος μὲν γὰρ μόνον, ὡς ἀριστέος καὶ ἴσος τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλαζονεύεται, οὐκ ἐπὶ δὲ καὶ τὰ πρωτεύοντα ἀπονέμει αὐτῷ· οὗτος δὲ, ἐπὶ πολλῆς τῆς σοφίας καὶ ἐπιστήμης, μόνος εὐρηκέναι τὴν ἀλήθειαν διαβεβαιούεται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ πρωτεύοντα φέρεσθαι ἀξίῳ. ὅστε πολλὸν ἂν τις δικαιοτέρην μοι δοκεῖ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, Θεοστί' ἀκριτόμυθε, λεγὺς περ ἔων ἀγορητῆς, Ἴσχυο.

οὐδὲ γὰρ λεγὺς ἔγωγε τοῦτον αὐτὸν Θεοστίην, καθάπερ ὁ Ὀδυσσεὺς ἐκεῖνον, εἶποιμι, &c. Sequitur, paucis interpositis, quæ ego prætermitto: Ἄλλ' ὅμως τοιοῦτος καὶ ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς δόγμασιν ἂν, οὐκ ἀσχινοῦται αὐτὸν ἐντάσσειν εἰς τὴν τοῦ Πυθαγόρου, καὶ Ἡρακλείτου, καὶ Ζακρότου χώραν, καὶ τὴν πρῶτην ἐν αὐτοῖς τάξιν ἔχειν ἀξίῳ. ὁ δμοιότητων, ὡς εἰ ἐν τοῖς ἱεροφάνταις καὶ ἀρχιερεῦσιν οἱ ἱερουλοὶ αὐτοὺς κατατάσσειν ἐπιχειροῦν, τὴν πρῶτην ἐν αὐτοῖς τάξιν ἔχειν ἀξιοῦντες. ἢ εἰ τις Ζαρδανάπαλον ἐπισήσασκε περὶ καρτερίας τῷ Ἡρακλεῖ συγχερόμενος ἐπιχειροῦντα, καὶ ἐφαπτόμενος τοῦ σπῆλαιου καὶ τῆς λεοντῆς, καὶ λέγοντα πρὸς αὐτὸν, Ὅς ἐγὼ τοῦτων ἀξιώτερος. οὐκ ἀποφθερῆ, κακὸν κἀβαρμα, ἐπὶ τοῖς κροκωτοῖς καὶ τὰς παλλακίδαις, μεθ' ὧν ἐπὶ ταῖς κλίμας διημερεύσεις, ποτὲ μὲν πορφύραν ζῶσαν, ἄλλοτε δὲ στεφάνοις ἀναδοσόμενος, ἔστιν ὅτε καὶ τὰ ἄλλα ἐντριβόμενος, ἢ καὶ ἐν πολλῇ καὶ ἀσχημονίᾳ μὴ καταυλοῦμενος, καὶ λοιπὸν τὰ τοῦτοις ἐτόμενα πράσσειν, καθάπερ τις σκάλῃ ἐν πᾶν ποσῆφτε καὶ κερπιδεῖ βορβόρῳ κυλωδοῦμενος; σὲ καὶ σὺ οὐκ, ὃ θρασυτάτῃ καὶ ἀνασχυροτάτῃ κεφαλῇ, ἐκ φιλοσοφίας ἀποφθαρεῖς οὐχίστη ἐπὶ Λεόντιον καὶ Φιλαυτίδα, καὶ τὰς ἄλλας ἐταίρας, καὶ τὰ ἱερὰ ἀνακραυγόμενα, μετὰ Μινυρῖβου, καὶ Ζαρδανάπαλου, καὶ μετὰ πάντων τῶν σωτοῦ θιασωτῶν; οὐκ οἶσθα, ὅτι ἡ φιλοσοφία Ἡρακλεῖα καὶ ἄστρος Ἡρακλείου καλεῖ, οὐχί, μὰ Δία, κιναιβους καὶ ἡδονῆς, &c. Quæ sic interpretor, ducto a primis initio. 'At enim in principiis summæ summæ, et disputatione de finibus bonorum, et malorum, et in moraliibus talis est, et in iis quæ ad astrologiam pertinent, et in eo loco ubi de visionibus disserit, et omnino in omni quæstione, et ratione, multo talpis cæcior est. neque vero mirum. Non est enim profecto hominum voluptariorum veritatem in iis quæ sunt reperire, sed virorum ad veritatem natura factorum, nihilque hac antiquius habentium, et non eorum qui summum bonum firmæ

corporis constitutione, ejusque spe explorata definiri et contineri dicunt. Antiqui igitur edicto publico ex urbibus exterminabant eos, et qui hanc sectam sequerentur, et qui talia scripta probarent, ad pestem et interitum valere existimantes tantæ cæcitatæ et impudentiæ plena decreta. Qui autem hodie vivunt homines, utpote (opinor) luxu et molliâ enervati, hujus sectæ studiosos tanti faciunt, eorumque scripta, ut videantur male, Epicurum, et qui eum sequuntur, vera dicere, quam Deos et providentiam in natura rerum esse. Et nonnullis sane optabilis est providentiam suam interire, quam Epicurum mendacii convinci: ita sunt infeliciter animati, et usque adeo a voluptate suspensas habent omneis vitæ suæ rationes, ut ejus patronum omnibus rebus humanis habeant cariorem,' &c. Ταῦτα καὶ Ἰσὺς, &c. i. e. 'Hæc et sacra Epicuri sapientia reperit. At videlicet mihi venit in mentem, eum cum Thersite Homericò comparare. Quemadmodum enim ille, cum in exercitu Græcorum deterrimus fuisset, (ut et ipse poëta dicit, et Ulysses dicentem fecit: ipse quidem his verbis, 'Graiorum venit Trojam turpissimus ille,' et quæ deinceps sequuntur: Ulysses vero hæc ei dicentem fecit, 'Namque alium quemquam mortalem deteriorem Te esse nego;') veruntamen, quamvis talis sit, non quiescit: sed primum quidem cum regibus rixatur et contendit, multa sibi arrogans, quasi ipse magnificus quidam vir sit: deinde inter optimateis se ipse collocare audet, 'quas tibi Graii Primo donamus, cum aliquam expugnâvimus urbem:' et illud 'Quem aut ego captivum vinctis abduxero palmis, Aut alius Graiorum aliquis:' sic et Epicurus, tanquam aliquis sit, de se insolenter prædicat, seipsum in philosophis numerari postulans: neque hoc solum, sed etiam

primas partes se ferre confirmans: atque hac ratione seipse Thersita audaciorem declarans. Ille enim tantum ut optimis, et regibus æqualis, nimium sibi arrogat; primas partes vero nequaquam jam etiam sibi ipse tribuit: at iste, multa sapientia et scientia fretus, se solum veritatem reperisse asseverat, atque iccirco se principem locum obtinere, et primas partes ferre postulat. Quare multo justius mihi videtur aliquis ei esse dicturus, 'O, cujus, Thersita, modo, ordine, judicioque Verba carent, quamvis Graiorum voce suavi, Et clara orator clues, finem face.' Neque enim istum voce clara et suavi præditum dixerim, ut illum Thersiten;' &c. 'Ἄλλ' ὄμως τοσούτος καὶ ἐ τοῖς λόγους, &c. i. e. 'Verumtamen cum et in sermonibus, et in decretis talis sit, non pudet eum se in Pythagoræ, et Heracliti, et Socratis ordine collocare, atque adeo primam sedem inter eos obtinere postulare; quod simillimum est, atque si sacrilegi inter sacerdotes et sacrificorum principes locum obtinere cœntur, primam in eis sedem sibi vindicantes: aut si quis Sardanapalum animo complectatur de tolerantia laborum cum Hercule contendere et comparari conantem, et clavam, leonisque exuvium tractantem, eique dicentem, Ego his dignior sum, quam tu. Non ibis in malam rem, o scelerate? ad crocotas, et ad concubinas, quibuscum in lectis totum diem conteres, modo lanam purpura tinctam trahens, modo corollis redimitus, nonnumquam etiam oculos habens fuligine et nigro colore obductos, aut etiam in multa et indecora ebrietate tibiarum cantu delinitus: ceterum quæ his sunt consentanea et consequentia agens, ut vermibus quidam in valde spurco et stercoreis pleno cœno volutatus? non etiam tu, audacissimum et impudentissimum caput, a philosophia profugiens, ad Leontium,

et Philænidem, et alias puellas impudicas ibi, et ad sacros istos clamores, cum Mindurida, et Sardanapalo, et cum tuis omnibus ejusdem ordinis et chori saltatoribus? nescis, philosophiam Herculem et viros Herculeos ad se vocare, non mehercule cinædos et voluptati deditos homines? Hactenus Cleomedes. Profert autem hunc Lucretii versum Probus Grammaticus in Institutis. *Lamb.*

6 *Veridico ex ore*] Ita omnino de Epicuro suo sentiebant cultores Hortali. Ita mox, 'veridicis dictis' vs. 28. *Faber.*

10 *Omnia jam ferme mort.*] Detrahit superiore illo versu, 'Et per quæ possent,' &c. sententia hujus loci, ab vs. 9. 'Nam cum vidit hic, ad victum quæ fi.' &c. usque ad versum, 'Veridicis igitur,' &c. hæc est: Nam cum vidit Epicurus, ea quæ ad victum cultumque necessaria sunt hominibus, esse in promptu posita et facilia: homines interdum divitiis, et honore, et gloria, et filiis probis ac piis excellere, neque minus tamen domi anxios esse, et ipsos sibi displicere, et cum fortuna expostulare: intellexit, hoc vitium, atque hanc culpam ab animo proficisci ægroto, et male sano. Quemadmodum enim vas, si non est sincerum, quidquid in id infunditur, corrumpit: si pertusum est, non potest continere: ita si animus non est purgatus et sanus, nulla sunt bona externa, quæ eum explere, quæve eum æquum reddere et oblectare possint. Invenit repetere quæ posita sunt 2. 16. 'nonne videre, Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, cum Corpore sejunctus dolor absit, mente fruatur Jucundo sensu, cura remota, metumque? Ergo corpoream ad naturam pauca videmus Esse opus omnino, quæ demant quemque dolorem. Delicias quoque uti nullas,' &c. quibuscum consentanea sunt illa ejusdem Lucretii ex 5. 1116. 'Quod si quis vera vitam ratione gubernet:

Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce Æquo animo. neque enim est umquam pænuria parvi.' Postremo traditum est, Epicurum parvo fuisse contentum, plurimaque de tenui victu scripsisse, sæpeque habuisse in ore, exiguam fortunam intervenire sapienti: omneis denique cupiditates supervacaneas, et neque naturales, neque necessarias, funditus ex animo sapientis evellisse. *Lamb.*

Parata] Quasi in medio posita, et parabilia. natura enim res paratu difficileis et sumtuosas non desiderat, sed parabilibus contenta est. Sic Laërtius: καὶ τὸ τῆς φύσεως ἐπιλογισμένου τέλος, καὶ τὸ μὲν τῶν ἀγαθῶν πέρας, ὡς ἐστὶν ἐπισημειωθέν τε καὶ ἐπιόριστον, διαλαμβάνοντος: τὸ δὲ τῶν κακῶν, ὡς ἡ χρόνους, ἢ πόρους ἔχει. i. e. 'Et qui naturæ finem animo atque ratione comprehenderit, quique, dilectu habito, seu distinctione adhibita, intelligat bonorum quidem extremum facile compleri, et parvo sumtu parari posse: malorum vero, longo tempore, et multo labore.' *Lamb.*

11 *Et, per quæ vitam possent consistere tutam*] Interpretes hunc versu. delet. Exempla Gifanii ab hac significatione τοῦ *consistere* prorsus aliena sunt. *Faber.*

Et per quæ possent] Hic versus hoc loco poni debet, nempe deinceps post versum, 'Nam cum vidit hic,' &c. si modo Lucretianus est. *consistere*, autem, i. e. statuere, et stabilire. Sed quidam putant non esse Lucretianum, atque iccirco delendum censent: quibus plane assentior. Nam primum supervacaneus est, præsertim quo ordine vulgo legitur: deinde illud *vitam consistere tutam*, concoquere non possum. Quia hoc contendo, Latine dici non posse, 'vitam tutam stabilire.' Nam 'stabilire vitam,' valet per se, vitam tutam reddere. Quod si 'vitam tutam stabilire' solæcum est, ergo multo magis *vitam consistere*

tutam: in qua oratione volunt isti, 'consistere' valere, stabilire et constituere. quod ego tamen ante quemquam eorum sic interpretatus sum. postremo in lib. Florent. legitur *consistere*. adde quod in Memmiano scriptum est, *Et per quam vitam possent consistere tutam*. Lamb. Quidam hunc delent, male. Vide Indicem: 'Consistere.' *Gifan*. Delet Lambinus, quoniam 'Vitam tutam consistere' nullo modo dici potest: Et exempla Gifanii ab hac significatione τοῦ 'consistere' prorsus aliena esse recte affirmat Faber. Vix tamen a me impetrare possum quin credam Lucretium scripsisse *consistere*: ista enim vox Epicuro propria, qui ἡδονῆν καταστηματικὴν τοῦ σώματος, et non solum ἡδονῆν ἐν τῇ κινήσει agnovit. Vide Epicuri Epist. ad Pythoclem. *Creech*. *Consistere*. Cum Gifanio facit Palm. in Spicileg. Tom. 4. pag. 797. in Face Crit. Imo et Voss. libro 3. de Analog. pag. 15. et Turnebus ipse, cujus hæc est Nota Adv. 2. 12. 'Consistere' a veteri scriptore nove usurpatum est, pro constituere et reddere. ut et Terent. Phorm. 1. 4. 'Quam insistam viam?' pro, quam instituum viam? scribit et Livius lib. 1. ab Urbe Cond. 'subsistere feras' pro excipere et sustinere. 'Consistere' igitur dixit, ut si Græce καταστήσαι dixisset. Hæc Turnebus, cui adsentior. *Hav*.

14 *Nec minus esse domi quidquam tamen*] *Nec tamen quidquam*, i. e. ulla ex parte, minus esse domi anxia eorum corda, &c. Sic autem legendum, non, ut vulgo, *quoquam*, aut *cuiquam*. Si quis tamen malet legi *quoquam* in sept. casu, non pugnabo, ut 'nec quoquam minus' dictum intelligamus pro, et nihilo minus. Quam sententiam ea quoque scriptura, quam secuti sumus, exprimit: nam 'nec quidquam minus' idem est, atque id quod Græci dicunt, οὐδέ τι ἕλαττον, hoc est, 'et nihilo minus,' vel 'nec

ulla re minus.' *Lamb*.

15 *Atque animum infestis cogi servire querelis*] Hunc locum (absit verbo invidia) perquam εδοτόχως restitui. Cum enim hic ita in omnibus libris scriptum esset, *Atque animi ingratis vitam vexare querelis, Causam qua infestis cogit servire querelis*, nisi quod in nonnullis scriptis proximus sic legitur, *Pausa atque infestis, &c.* in Florent. autem sic, *Plurima, qua infestis, &c.* ego, qui animadverterim (quod antea admonni) ubicunque duo versus, quorum alter alteri sit proximus, eodem nomine finirentur, alteram fere esse alienum et inculcatam; veram et rectam scripturam reposui. cujus sententiam, quamvis planissima sit, mox exponam. *Lamb*. Egregia Lambini conjectura. In libris vet. ita legitur: *Atque animi ingratis vitam vexare querelis Causam, qua infestis cogit servire querelis*. Veteres quidam: *Pausa atque infestis*. *Gifan*.

16 *Intellexit ibi vitium, &c.*] Ἀνταρδοῦς. Nam hic versus pendet ab illo, qui est sup. vs. 9. 'Nam cum vidit hic,' &c. ut sit hæc totius hujus loci sententia: Nam cum vidit Epicurus, ea fere omnia quæ usus et necessitas ad victum postulant, hominibus esse parata: homines, divites, honoratos, potentis esse, liberosque habere populi judicio probatos: neque ideo minus tamen quemquam eorum anxie vivere: animumque ipsorum cogi servire et opprimi querelis molestissimis atque acerbissimis: tum intellexit, 'vas ipsum,' h. e. animum, vitii causam esse, et omnia bona quæcumque extrinsecus et foris comportata et congesta essent, illius vitio corrumpi. *Lamb*. Animum ipsum avarum, aut metu supersticioso, opinione de providentia et pœnis post mortem, tanquam tetro sapore, imbutum. *Creech*.

18 *Conlata*] I. e. comportata. sic enim Horat. Epist. 2. lib. 1. 'valeat possessor oportet, Si comportatis re-

bus bene cogitat uti.' *Lamb.* Socratici versus et *βωφελείς*, si qui alii unquam scripti fuere: utinam modo in animis omnium hominum scripti illi forent. Sed in illo, *Quæ conlata*—vitiū est a nemine unquam animadversum, nedum emendatum ut fuerit. Corruptum esse facile ad probandum est. Quæ enim isthæc oratio? *Quæcumque conlata foris et commoda venient?* nemo non videat opus esse voce aliqua, cui cum τῶ 'commoda' convenire possit: sententia enim huius loci, prout hactenus legitur, nulla esse omnino potest, nisi hæc, quam verborum series postulat: Vas corumpit quæcumque conlata et commoda veniunt. Sed *commodum* et *conlatum* quid simile aut affine inter se se habent? Itaque legi debet: *Quæ con grata foris et commoda cunque venient.* I. e. 'Quæcumque grata et commoda hinc illinc convenirent,' &c. Amat autem *tmeses* Lucretius, ut infinita in omni genere exempla fidem abunde facere possunt; quamobrem ea tantum proferam, quæ circa præpositionem hanc memoria suppeditabit: alii alia congerent. In 6. 396. 'An con brachia suefaciant, firmantque lacertos.' Ibidem paulo post, 455. 'Unde ea comprehendunt inter se, conque gregantur.' In 2. autem, 153. 'Sed complexa meant inter se, conque globata.' In 3. denique, 344. 'Sed penitus perennit inter se, conque putrescunt.' *Faber.* *Faber, Quæ con grata foris:* I. e. 'Quæcumque grata et commoda hinc illinc convenirent,' &c. Amat autem *tmeses* Lucretius, ut infinita in omni genere exempla abunde fidem facere possunt. *Creech.* *Μέγα ἀίρημα* quidem *Fabri* ista emendatio est. Non enim tam perditæ opinor, *tmeses* amavit Lucretius, ut et binas uno versu usurpare, et præpositionem 'con,' plus unica interjecta voce, a verbo suo separare unquam in animum suum induxerit. Recte alii, quos inter anno-

tator noster marginalis, ad quæstionem illam a *Fabro* motam; locum ita construunt: Et quæcumque commoda foris conlata venirent. Sed delendum comma est post 'foris.' Potuisset in eundem sensum: *Et conlata foris quæ commoda cunque venirent.* Verum alterum elegantiae non inusitatae causa maluit. *Preig.*

19 *Partim quod fluxum, pertusumque*] Quale esse dolum Danai filiarum ferunt. sup. 3. 949. 'Et non omnia pertusum congesta quasi in vas Commoda perfluxere,' &c. Quæ exstant apud *Festum* de 'dolio pertuso,' mutilata sunt: hæc tantum sunt integra, 'Pertusum dolium dicitur, cum ventrem significat.' *Lamb.* Avarum vides. *Creech.*

21 *Partim quod tetro*] Ordo et sententia est: partim, quod cernebat, id vas suo tetro et immundo sapore ea omnia, quæ receperat, *conspurcare*, id est, spurca et immunda reddere. Sic *Hor. Epist. I. 2.* 'Sincerum est nisi vas, quodcumque Infundis, accicit.' *Lamb.*

22 *Quæcumque receperat*] Post verbum *receperat*, distinctionis nota videtur ponenda, ut adverbium *intus* cohæreat cum infinitivo *conspurcare*. alloqui aut legendum esset *receperat intro*, aut *intus* pro *intra* accipiendum: quod huic scriptori non esse inusitatum, jam ante admonuimus. *Lamb.* *Quæcumque receperat intus.* Sic interpungendum. *Lambinus*, contra libros, *receperat, intus.* *Gifan.*

23 *Veridicis igitur*] Sic sup. non longe: 'Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.' Hunc versum autem, et quattuor deinceps sequentes, profert *Lactantius Firmianus* lib. 7. *Divin. Inst.* *Lamb.*

24 *Et finem statuit Cuppedibus*] Epicurus cupiditates necessitate et natura terminabat. eas autem, quæ neque naturales essent, neque necessariæ, dicebat esse infinitas, et stultis convenire. *Lamb.* Epicurus enim

cupiditates necessitate et natura terminabat, metuque homines exsolvit, (id vero non minus inepte quam improbe dictum,) dum providentiam, religionemque sustulit. *Creech.*

Atque timoris] Cum sustulit omnes religiones, et immortalitatem animorum. Hæc enim docuit, Deos non esse timendos, ut qui non irascantur: et mortuos omni sensu carere, quippe cum homine mortuo sensus omnes extinguantur: in quibus tamen valde dissentimus ab Epicuro. *Lamb.*

26 Tramite parvo] Itinere facili et proclivi secutus sum autem nonnullos libros manuscriptos. nam vulgatorum alii habent *tramite parvo*, alii *limite parvo*. quarum duarum lectionum eam, quæ posterior est, non improbo, ne alteram quidem damnare ausim. *Lamb. Vulg. parvo.* Ita et variatum infra, vs. 1030. In quibusdam vulg. *limite parvo*. *Gifan.* Rectius forsan legeris *parvo*, quam *prono*, præter *Mss.* enim *Lugd. Bat.* suo item tempore ita legit *Lactantius*, qui *Lucretianos* hosce versus ad meliorem viam *Ducem* accommodans 7. 27. sic habet: *Atque viam monstravit tramite parvo: Qua possemus ad id recto concedere cursu.* Non animadvertunt autem interpretes allusisse poetam nostrum ad litteram *Pythagoricam*, ejusque acuminis imitatorem existitisse postea *Persium*, qui duobus in locis hosce quasi versus explicat. Prior est *Sat. 3. 56.* 'En tibi, quæ *Samios* deduxit littera ramos, *Surgentem* dextro monstravit limite callem.' Posterior exstat *Sat. 5. 34.* 'Quinque iter ambignum est, et vitæ nescius error Deducit trepidas ramos in compita mentes.' Opponit enim *Pythagoricam* atque *Epicuream* doctrinam *Lucretius*, et hanc veriorum virtutis summique boni viam invenisse gloriatur. *Spernenda* insuper mox hand est *Mss. L. B.* lectio *recta contendere cursu*, quæ nescio quid habet *adblandiens*. *Hav.*

27 Recto contendere cursu] *Kar' ebeia*, *kar' eibovpia*, non per ambages, meandros, et flexiones. *Lamb.*

29 Quod fueret naturai, varieque volaret; Sen, &c.] Ita hunc locum ex vet. libris restitui. Ex *naturali*, quod in vet. libris est, feci: *naturai*. Vide et sup. 4. 77. In quibusdam libris: *fuerit*; ut etiam legi posset: *fueret*. Ego nihil mnto. Alii hunc locum violarunt. *Gifan. Quod fueret natura vi]* Cum in cod. *Vaticano*, *Bertiniano*, et *Memmiano*, scriptam reperissem, *Quod fueret naturalai, varieque volaret*: ego *natura vi* reposui, in ceteris codices manuscr. secutus sum. *Vulgati* habent, *Quod fueret naturalai viro, atque ventres*. *Zoilus* legit hoc modo, *Quod fueret naturalai, varieque volaret*. quæ lectio neque ullo modo ferri, neque a quoquam explicari potest, nisi ab eo qui mentis stupore *Zoili* sit similis. *Lamb.] Mss.* habebant *naturali*, unde 'nulla omnino sententia educi poterat; itaque legendum putavit *Lambinus natura vi*; id quod sensum certe aliquem habere potest; quanquam, ut mox videbimus, aliud quærendum fuerat. *Gifanius* autem plane admirabilis est, et lemniscatis corollis dignissimus. En tibi hominis ingeniosi et acuti verba: 'Ita hunc locum restitui: ex *naturali*, quod in veter. lib. est, feci *naturai*, &c. alii locum hunc violarunt.' Quid tandem, lector, tibi ne apertior et dilucidior videtur? Mihi certe non item. Quin et lectionem illam qui intellexit, is plane imperitissimus sit, vel amens, necesse est. Et tamen quasi res in vado constituta fuerit, exultat *Gifanius*, 'alii hunc locum violarunt,' inquit. *Papæ!* Magnam vero pugnam pugnavit; ex *naturali*, quod antea nequibat intelligi, fecit *naturai*, quod intelligi itidem nequeat. *Facius* hercle fecit omnium *Gifaniorum* testulis dignum. Sed ad *Lucretii* mentem aditum tentemus; ratio fortasse conatum nostrum adjuta-

bit. Sic igitur proponit et partitur poëta: 'Quidquid mali est in rebus mortalibus, id omne vel a casu est, vel a natura profuit; et, quantacumque malorum, cladum, calamitatumque agmina percenseas, ea nusquam referenda fuerint, quam ad illa duo capita. Nam præter casum et naturam, quo confugies alio? quid erit tertium?' Deus, inquit; sed nihil ad Epicurum: Epicuri Deus, ut ingeniosè bis terve a Tertulliano dictum fuit, 'pæne nemo est.' Hinc itaque jam intelligis clarissimi Lambini emendationem stare haudquaquam posse. Dein, quod perquam foret vitiosum, in hoc ipso versu diceret Lucretius, quod in sequenti tantum dici debuit, 'Seu casu, seu vi, quod sic natura parasset.' Sed cur ea mala, quæ naturalia sint, vi fieri dicit? Nimirum lex naturæ, necessitas naturæ, fœdera naturæ, vis est, quam eluctari, quamque eludere non possis; itaque scribit, 'vi, quod sic natura parasset;' quia nempe ita res nostræ a natura comparatæ fuerunt, ut multa humani generis conditioni annexa incommoda sint, &c. Quamobrem nec *naturali*, nec *naturæ vi*, nec Gifaniam *naturæ*, locum habere ullum in priori versu potest. Legendum autem arbitror, conjectura neque socordi, neque aliena a mente et scribendi ratione Lucretiana, *Quod fueret permanenter, varieque volaret*, quale illud in 6. 916. est huic dicendi generi plane simile, 'Usque adeo permanenter vis pervolat ejus.' Vides, 'pervolat permanenter,' hic autem, 'fuit permanenter,' et 'varie volat.' Nisi autem mihi satis placeret hæc emendatio, aliam quoque Lucretiano stylo conformatam facile proponerem; sed haud necesse est, nisi tamen me illius non pœnitet: *Et fueret permutatum, varieque volaret*. Sic Hor. de Fortuna, 'Permutat incertos honores Nunc mihi nunc alii benigna.' 'Permutatum' certe non minus de natura dici

posset quam de casu: nam permutatum et varie morbi, dolores, obitus, &c. modo ad hunc, modo ad illum adeunt, uti exilia, repulsas, et clades solet casus modo in hos, modo in alios immittere. *Fab. Lamb. naturæ vi* Codd. enim *Quod fueret naturali*: Gifaniam, *Quod fueret naturæ*. Alii *Quod fueret naturali viro atque veniret*. Faber denique: 'Sic proponit et partitur poëta,' &c. Hæc quidem acute Faber, si opus foret isto acumine. E quoniam Codice *permanenter*, vel *permutatum* effingi potest; igitur deletur iste versus, et sane abesse potest, aut admittatur Lambini *naturæ vi*; Lucretius enim solet alio versu explicare quod in priori obscarius dixerat, ita 'varie volaret' voce 'casu' exponit, 'naturæ vi,' istis vocibus 'vi, quod sic natura parasset.' *Cresch.* Sensum planum, perspicuum, et quod caput rei est, Lucretio dignum supeditabit, nisi vehementer fallor, id quod in Var. Lect. Is. Vossio acceptum referri videmus: *Quod fuerit fortunæ*, pro quo notulæ nostræ marginales: *Quod foret fortunæ*, addita tamen explicatione, quæ nihil ad rem facit; nempe: 'Malum, quod feret casu Fortunæ, vel vi naturæ.' Scribo, et distinguo: *Quod fueret fortunæ varieque volaret* *Seu casu, seu vi, quod sic natura parasset*. Ut sit sensus: malum, quod sen casu, seu vi fortunæ fueret, varieque volaret, et inter mortales passim vagaretur, &c. Fortunam in rebus humanis auctor ex hypothesi fere facit dominari quoties bona malaque hominibus immittenda tangit; ita tamen, ut naturæ eam tanquam subordinatam velit, aut naturæ vices, ut ita dicam, ei tribuat. Hinc libri 5. proœmio, tantum non eodem habitu, et naturæ et fortunæ in rebus moderamen agnoscit, ubi postquam vs. 78. de solis et lunæ cursibus promissis æ expediturum, 'qua vi' eos 'flectat natura gubernans.' non dubitat vs.

108. de mundi ruina verba faciens, subjicere: 'Quod procul a nobis flectat fortuna gubernans.' Facit hic etiam, quod sup. 3. 1098. et 6. 1094. 'Fortunæ,' 'casus,' et 'exitus' appellationes inter se permutat, et committit, nimirum de rebus adversis ac tristibus agens, 'naturæ' nullam mentionem injicit. In hoc vocabuli 'fortunæ' apud nostrum usu defixus Claudianus, insanam illam oppugnandæ providentiæ in rebus humanis viam ita describit lib. 1. in Ruffinum, 18. 'Vacuo quæ currere semina motu Affirmat, magnumque novas per inane figuras Fortuna, non arte regi,' &c. *Preig.*

31 *Et quibus e portis*] E quibus viis. tratatio est a re militari, id est a portis urbium seu castrorum, ex quibus in hostem fit eruptio, quibusque hosti obviam itur. *Lambin. Faber, et Creech.* Adnotat non dissimile Græcorum adagium Turneb. Adv. 2. 12. *Ὀδοὶ μὲν οὖν οὐ κατὰ θέρας πρὸς τὸ πρόβλημα κτανῶσι.* apud Aristot. lib. 4. *ἀποασ.* quod dici videtur de illis qui captantes aliquem, oblique adversarium aggredduntur. *Hav.*

32 *At genus*] Puto ita esse emendandum pro *Et genus*; neque aliter scripsisse Poëtam existimo. Verum *Et* ex præcedentis versus initio fecit ut *At* corrumperetur. Ita melius cohærebant cum sequentibus hi duo versus. *Hav.*

33 *Volvere curarum tristis*] Sic idem inf. 73. 'Constitues magnos irarum volvere fluctus,' quod mutuatus est Virg. *Æn.* 12. 831. 'Irarum tautos volvis sub pectore fluctas.' *Lamb.*

34 *Nam veluti*] Septem hi qui deinceps sequuntur versus jam ante lib. 2. non longe a principio positi sunt. *Lamb.*

38 *Hunc igitur terrorem*] Tres hi versus ordine sequentes etiam lib. 1. usurpati sunt, fere in prin-

ciplo. *Lamb.*

42 *Et quoniam docui, &c.*] Lib. superiore. *Lamb.* Hactenus Epicuri laudes: sequitur vas. 53. argumenti hujus libri explicatio, quippe post descriptum mundi ortum, et cælestes motus, de Meteorisaget, atque aliis naturæ admirandis, quorum causas dum homines non intelligunt, illa Diis attribuunt; inde religio, numinum metus, timor, sollicitudo, anxietas; inde perit vera pietas, et dominatur vana superstitio. *Creech.*

44 *In eo fentque, necesse Esse ea dissolvi*] Alii, *Fieri que necesse est, Pleraque dissolvi*: meræ nugæ. *Creech.*

45 *Porro*] Porrotenus. *Lamb.*

46 *Quandoquidem semel*] Allegoria est ducta a certaminibus Circensibus. *Lamb.*

47 *Vincendi exhortata est spes*] Cum in lib. Scipionis scriptum reperissem *Ventorum*, ut habent fere omnes libri, cum litura; et ad oram libri adscriptum *Vincendi*: in Memmiano autem existat *spes*; sic reposui, *Vincendi exhortata est spes*, ratione hanc scripturam flagitante. Nam primum *Ventorum* ab aliquo malevolò, aut inepte religioso, substitutum est: deinde ex *Ventorum* factum est *Votorum*: quod utrumque a sententia alienum est: nisi quis dicat, per 'spem votorum' significari spem potiendi re optata: quod loquendi genus non videtur mihi Lucretio dignum. Jo. Auratus autem ex *Ventorum* faciebat *Ventosum*, ut cohæreat cum voce 'currum': quo epitheto etiam Hor. usus est *Epist. ad August.* 1. 2. 177. 'Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru: totumque hunc locum sic legendum censebat, *Quandoquidem semel haud segnis conscendere currum Ventosum spes hortata est, atque obria curru Quæ fuerant, sunt placato conversa furore, &c.* Ego autem, ne quid dissimulem, hos versus puto esse suppo-

sitos. Confer autem cum hoc loco versus qui sunt infra vs. 91. non longo post intervallo, 'Tu mihi supremæ præscripta ad candida calcis Currenti, spatium præmonstra callida Musa, &c. Te duce ut insigni capiam cum laude coronam.' Lamb. *Ventorum exhortantur spes*. Ita omnes fere libri vet. Marcellus, et Vulg. *Votorum*. Lambinus, *Vincendi*. In quibusdam libris, *Exsistat*. *Ventorum*; eorum, quæ consequetur. *Gifan*.

Atque obvia cursu, &c.] Allegoria est: et quandoquidem, quæ mihi obstabant, sunt conversa, furore sedato ac propitiato, &c. vel, si legamus, ut habent libri fere omnes, *sunt placato conversa favore*, i. e. sunt conversa et mutata in favorem propitium. Quidam vir doctus legendum putat, *sunt converso placato favore*. 'obvia cursu' autem, i. e. obvia cursui: quod sic Auratus emendavit: nam libri omnes habent *obvia rursus*. Sic Virg. *Æn.* 6. 465. 'teque adspecta ne subtrahere nostro.' idem Georg. 4. 198. 'Quod nec concubitu indulgent.' et Lucilius: 'Quod sumtum atque epulas victu præponis honesto.' Lambin. *Atque obvia rursus Quæ fuerant*. in quibusdam, *fuerint*. Forte, *fuerent*. *Gifan*. Lambinus hos tres versus suppositos esse putavit. Illam vide; nam in Ms. aliter leguntur; pro *Vincendi*, *Ventorum*; pro *cursu*, i. e. cursui, ibidem scribitur *rursus*. Faber. *Gifan*ius, *Ventorum* (eorum quæ consequetur) *exhortantur spes*. Alii, *Votorum*. Alii, *Quandoquidem semel haud segnis conscendere currum Ventosum spes hortata est, atque obvia cursu*. Lambinus hos tres versus suppositos putavit; Vossius tandem ad Cællum p. 191. scribit: *Quandoquidem semel insignem conscendere currum Ventorum exhortat pellacia, et omnia rursus Quæ fuerant, sunt placato conversa favore*. 'Currum,' i. e. Navim, 'rursus' sive retro. Forsan ita scripsit

Lucretius; neque enim vox ista 'Currenti' vs. 92. obstat, nam Horatii Mercator 'Currit ad Indos'; si tamen verior, non est laculentior quam illa altera Lambini lectio. *Creech*. *Obvia cursu, &c.* Contrarium in Bruti ætate dolet Cicero in Bruto cap. 97. 'Sed in te intuens, Brute, doleo; cujus in adolescentiam, per medias laudes, quasi quadrigis vehebentem, transversa incurrit misera fortuna Republicæ.' Quem præclarum locum eo lubentius adduxi, quod stabilire vulgatam Lucretii lectionem videatur, ut non opus sit in æquore periclitari. *Hav*.

51 *Efficiunt animos*] Hunc versum, et partem ejus, quæ deinceps sequitur, profert Firmianus adversus eos qui statuas colunt et venerantur, 2. 3. Div. Inst. 'efficiunt humileis' autem, i. e. *ταπεινοῖς*, ad terram abjiciunt. *Lamb*.

57 *Nam bene qui didicere*] Hic versus cum octo deinceps sequentibus jam ante positi sunt lib. 5. *Lamb*.

Securum agere ævum] Hunc versum paullum immutatum mutuatus est Hor. Serm. 1. 5. 101. 'Non ego: namque Deos didici securum agere ævum.' *Lamb*. Tertull. de Anim. cap. 46. 'Vana in totum somnia Epicurus judicavit, liberans a negotiis Divinitatem, et dissolvens ordinem rerum, et in passivitate omnia spargens, ut eventui exposita, et fortuita.' *Hav*.

64 *Quid nequeat, &c.*] Hic versus, et præterea is qui proxime sequitur, libr. 1. positus est fere in princip. et lib. 5. item in princip. Quoniam autem fugit me antea admovere lectori, mihi aliquando visum esse, et etiamnum videri, hunc versum in omnibus locis sic quoque legi posse, *Quanam sit ratio, et quam alite terminus hærens: vel sic, Quanam sit ratio, utque alite terminus hærens: id hoc loco præterire nolui. Nam quod qui-*

dam sic legi voluit, *Quanam sit ratione, utque alio terminus hæreat*, non probat. *Lamb.*

65 *Utque alio terminus hæreat*] Sup. 1. 78. *Gifan.*

66 *Quo magis errantes tota regione*] Sic restitui: et ita sine dubio legendam. Sic enim loquimur, 'errare toto cælo,' 'tota via,' jam 'tota regione,' et 'tota via,' idem valent. Sæpe autem animadverti, a librariis in voce 'ratione' peccatum esse, cum *ratione* scriberent pro *regione*. si quis tamen malet legi *cæca ratione*, ut habent nonnulli codices, ut non probabo, ita non pugnabo. *Lamb. Cæca ratione feruntur.* Ita quidam libri. Alii perique, *tota*. *Lambinus, regione. Gifan.*

67 *Longeque remittis*] Et longe abs te rejicis ac repellis. *Jo. Auratus* vult legi *remittas*, ut cohæreat cum infinitivo 'putare,' hoc modo: *longeque remittas Diis indigna putare, &c.* *Lamb.*

68 *Diis indigna putando*] Sic legendam, not, ut vulgo, *putare*: sive legimus *remittis*, ut habent omnes quos vidi libri: sive *remittas*, ut vult *Auratus*: in quam lectionem propensior sum. Nam *remittis* pro *rejicis* mihi videtur insolens. *Lamb. Putando. Vulg. putare. Gifan.* Alii *Longeque remittas* vel *remittis Diis indigna putare. Ego vero Longeque remittis, Diis indigna putando.* Neque ea qua alii interpretatione usus sum. *Heinsius aptem putata. Creech.*

69 *Alienaque pacis*] 'Aliena' junxit cum patrio casu: sic 3. 832. 'Aut quia non veniunt omnino aliena salutis.' *Lamb. Cicero quoque Acad. Quæst. 1. 11. 'Et uno nomine omnia, quæ essent aliena firmæ et constantis assensionis, a virtute sapientiaque removebat.'* *Hav.*

70 *Delibrata*] Cum in aliquot libris manuscr. reperissem scriptum *delibrata*, ego *delibrata* reposui: quod interpretor deminuta, et violata, et

quasi detrita: 'delibrare' enim valet, corticem detrahere, ut supra ex Festo diximus, 3. 1100. 'Nec prorsum vitam ducendo demimus hilum Tempore de mortis, nec delibrare valemus.' nisi quis malit legi et hic *delimata*, et illic *nec delimare valemus*. ne *delibata* quidem improbo, ut sit tralatio a vino libato et delibato: quod libando deminutum esse intelligitur. *Lamb. Delibata.* Ita omnes libri. *Lambinus, delibrata*; male. *Quidam libri, deliberata*; male. *delibata*. deminuta, violata; ut proximo verat. *Gifan.* Malim *delibata*, deminuta. *Faber.* An *delibrata* legi debeat certent *Lambinus* et *Gifaninus*, dum neutra vox ferri potest. *Legem autem deirata*, valde irata, istamque emendationem illi qui sequuntur versus confirmant. *Creech.* Illa ipsa *Nimina*, quæ tu vano metu tibi ipsi irata fingis, delibata quasi illorum majestate. Recte enim præter alios explicat *Turn.* Adv. 2. 12. per contaminata, diminuta, violata, non ea integritate, qua sunt, et placida pace: adducitque *Ciceronis* in *Rhetoricis* ad *Herennium* locum: 'ille nulla voce delibans insitam virtutem.' *Adi* meretur *Nepotis* alter in *Datame* cap. 6. 'ne cognita filii morte animi delibarentur militum.' ubi minus eleganter legunt *debitarentur.* *Hav.*

70 *Violari*] Quod fieret, si *Dii* irascerentur. ira enim iratorum et animos et corpora immutat. *Lamb.*

71 *Imbibat*] In animo habeat, vehementer cupiat. sic sup. 3. 1009. 'Qui petere a populo fasces, sævasque securis imbibit.' Sed *Jo. Auratus* vult legi *imbitet*, quod interpretatur, incipiat. vult enim imbitio, as, at, verbum esse compositum ex in et ito as, interposito b, ut 'ambigo' ex am et ago, 'ambo' ex am et eo. Itaque et sup. lib. 3. legit *imbitat*: et apud *M. Tullii* pro *Quintio imbitaverit*. *Ego* 'imbitere,' et 'præterbitere,' et cetera composita a ver-

bo beto is it, quod valet eo is it, agnosco: 'imbito as at,' non item. *Lamb.* M. Ant. Muretus, Var. Lect. lib. 1. cap. 6. Tom. 2. Fac. Crit. pag. 901. et seq. de Ciceronis loco, quem et Lambinus ad Nostrum, lib. 3. 110. citat: 'Imbiberit, inquit, scriptum omnibus litteris in longe plurimis vetustis codd. Sed insolentia locutionis sefellerat alios, quæ Mannitium non fugit. Meminerat enim, ita locutum Lucretium, lib. 3. et lib. 6. &c. Ut ergo a Lucretio dictum est: 'imbibat petere,' sic a M. Tullio, qui eum Poëtam studiosissime legerat: 'imbiberit perdurare.' Usus eodem modo et Livius, lib. 2. Ann. 'Neque memor ejus, quod initio consulatus imbiharat, reconciliandi animos plebis.' Hæc Muretus. Cæterum et Græci *καταβειν* pro 'avidissime aliquid expetere' non dissimili loquendi genere usurpant, ut vetus apud Athenæum Comicus, lib. 6. Deipnos. pag. 240. τὸ τέχνην ἀεὶ τοῦτό μοι κarent. *vero.* Ut quidem nonnulli legunt, pro, *καταβείναι*. Simplex *bibere*, eodem sensu apud Claudian. occurrit, in Nupt. Honor. vs. 231. 'Maternosque bibit mores exemplaque discit Prisca pudicitia.' *Preig.*

73 *Magnos irarum volvere fluctus*] Sic locutus est paullo ante, 'Volvere curarum tristis,' &c. et T. Liv. lib. 26. de Philippo: 'Nosse se spiritus ejus, nosse animum: scire, ferarum modo, quæ claustris aut vinculis teneantur, ingentis jamdiu iras eum in pectore volvere.' *Lamb.*

74 *Nec delubra Deum*] Ita enim erat vanissima Epicuri opinio, providentem et omnia curantem Deum terribilem fore et horrendum, ita ut nunquam Dei imago in mentem venerit, quin metus, timor, anxietas sequatur. *Creech.*

76 *Divina nuntia formæ*] I. e. divinæ formæ memoriam refricantia, vel potius divinæ formæ imaginem perferentia: 'nuntia' hoc loco no-

men est adjectum, seu adjectivum, nuntius a um. ut sup. 4. 708. 'Nuntia præclari voltus, pulchrique coloris.' *Lamb.* Adde Turn. Adv. 2. cap. 12.

77 *Suscipere hæc*] Nec poteris (inquit) Deorum simulacra et imagines, quæ proficiantur et stant ex eorum quasi corporibus, animo quieto concipere, seu in animum tranquillum recipere, i. e. cogitatione seu mente quietata et tranquilla complecti: non poteris de Diis animo quieto et tranquillo cogitare, sed quoties ii tibi venient in mentem, tristibus curis sollicitabere, magnis timoribus turbare. *Lamb.*

79 *Ratio verissima*] Epicuri doctrina, quæ rationi consentanea est, et veras rerum causas explicat. *Creech.*

80 *Profata*] Sic legendum censet Auratus: nam libri vulg. habent *profata*. *Lamb.*

82 *Et ratio superum calique*] Cum his congrunt illa l. 127. 'Quapropter bene cum superis de rebus habenda Nobis est ratio,' &c. Sic autem restitui, secutus auctoritatem librorum manuscr. Atque ut magis credas vulgatam scripturam, *ratio cæli speciesque tenenda*, esse corruptam, Memmianus sic habet, *ratio, cælique tenenda*. ex qua scriptura apparet omissam esse a librario vocem *superum*: deinde, cum perspicue verus claudicaret, inculcatum esse nomen *species*. per 'supera' autem *περὶ τὰ* significat. Jam Epicurus harum omnium rerum causas naturalibus esse docebat, ne, si Deos in eis rebus administrandis occupatos esse fateretur, eadem opera beatitudinem eis adimeret: simulque nos metu Deorum, quorum providentia mundus gubernaretur, conturbaremur: et ita vitam sollicitam, et anxiam, et turbulentam, miimeque tranquillam coleremus. In quo ille magnopere fallabatur. Sic autem Laërtius: Καὶ μὴ

ἐν τοῖς μετέπειτα φορῶν, καὶ τροπῆν, καὶ ἄλλωθεν, καὶ ἀνεπολήν, καὶ δύσειν, καὶ τὰ σέστοιχα τοῖτοις, μήτε λειτουργοῦντός τινος νομίζω δεῖ γίνεσθαι, μήτε διατάττοτος, ἢ διατάξαντος, &c. i. e. 'Jam vero in rebus superis, motum, et conversionem, et defectionem, et ortum, et occasum, et his similia, non oportet existimare cujusquam gubernatoris munere necessario fungentis opera fieri, qui hæc in ordinem vel adducat, vel adduxerit, quique eodem tempore omnem beatitudinem continent et immortalitatem. Non enim consonant, neque congruunt negotia, et caræ, et iræ, et gratiæ cum beatitudine, sed cum imbecillitate, et timore, et indigentia alterius.' Vide sup. 2. 1089. 'Quæ bene cognita si teneas, natura videtur Libera continuo dominis privata superbis, Ipsa sua per se sponte omnia Diis agere expers. Nam, pro Sancta Deum tranquilla pectora pace, Quis regere immensi summam,' &c. *Lamb. Cælique tenenda.* Ita vet. libri. Vulg. *ratio cæli, speciesque*; ut alibi sæpe: 'ratio naturæ speciesque.' *Gif.*

Et ratio cæli, speciesque tenenda] Hanc lectionem probo, quamvis a Lambino rejecta fuerit. Ille enim quosdam codices secutus sic edidit, *et ratio superum cælique tenenda.* Quæ lectio al vera esset, Lambini tamen explicationem probare non possem, qui illam vocem 'superum' de Diis accipiendam existimavit. Nam de Diis eorumque natura non disputabit, nisi quatenus fulmen illis eripiet, quo non satis prudenter uti videantur. Quare τὸ 'supera,' i. e. τὰ μετέπειτα intelligendum esse puto. *Species autem æmpla* est seu contemplatio, ut S. 93. et alibi, 'Naturæ ratio speciesque.' *Faber.*

83 *Fulgmina clara*] Hoc confirmabit quod alicubi in Emendat. dictum est, ubi quidam *flumina* legi voluit pro *fulmina*. *Faber.*

85 *Cæli divinis partibus*] Hoc ad

haruspicum Etruscorumque disciplinam pertinet, de qua sic M. Tull. lib. 2. de Divin. 'Cælum in 16. partibus diviserunt Etrusci. facile id quidem fuit: quattuor, quas nos habemus, duplicare: post idem iterum facere, ut ex eo dicerent, fulmen qua ex parte venisset.' *Lamb.* Ut Etrusci et Romani factitabant, qui in 4. aut 16. partes, ad Orientem et Occidentem, Cælum diviserent. *Faber.* Virg. 9. 19. 'Unde hæc tam clara repente Tempestas? medium video diacedere cælum Palantesque polo stellas.' *Turneb. Adv. 2. 13.*

86 *Unde volens*] Hic versus cum duobus deinceps sequentibus posterius iterantur. *Lamb.*

In utram] Dextram, an sinistram. dextræ autem partes sunt octo ab occasu, sinistræ totidem ab ortu *Lamb.*

88 *Insinuarit*] 'Insinuarit' hoc loco absolute positum est pro subierit, intravit, introierit, penetravit. *Lamb.*

89 *Quorum operum causas*] Hi duo versus paullo ante positi sunt. Quare fortasse huc temere inculcati sunt. *Lamb.*

91 *Præscripta ad candida calcis*] *Ex et feci at seu ad.* Pro *calcis*, quidam libri, *callis*; male. 'Præscripta calcis,' pro fine curriculi. 'Carceres pictos,' dicit Ennius; 'Calcem candidum,' Varro. Nonius: 'Calx.' Et Cicero, lib. 1. de Divin. *Gifan.* Cum olim in prima editione edidissem, *præscripta et candida calcis*, ego hæc quæ sequuntur, annotaram: i. e. calcem præscriptam et candidam. 'calcem' autem, i. e. metam. talia sunt illa, 'vera vial,' 'ultima naturæ,' 'cærala cæli,' et similia innumerabilia. Quidam tamen legi volunt, *præscripta ad candida calcis*, &c. ut sit hæc sententia: Tu mihi, Musa, currenti spatium ad calcem præscriptam et candidam, præmonstra eam calcem, vel mihi currenti præmonstra id spatium. Nunc igitur

tur hanc posteriorem scripturam assero, præsertim cum eam in secunda jam editione comprobarem ac secutus sim, Adr. Turnebo suasore, et Seneca auctore, qui docet lib. 19. Epist. 100. 'eam quam nunc in Circo metam dicunt Latini, calcem antiquos appellasse, quia scilicet finis curriculi sæpe calce notaretur.' *Lamb.* Seneca Epist. 19. docet eam quam nunc in Circo 'Metam' dicunt Latini, 'Calcem' antiquos appellasse, quia viz. finis curriculi sæpe calce notaretur. Hinc vero licet colligere Lucretium nunquam plures quam sex libros fuisse meditatam, jam enim proferat 'ad præscripta candida supremæ calcis.' *Creech.* Turnebi Observatio est Adv. 2. 12. ubi et hic Ciceronis ex 1. Tusc. locus: 'Nunc video calcem, ad quam cum perventum sit,' &c. Sed et similis invenitur ex Varrone apud Novium in 'calx,' ita emendante Jano Gulielmo lib. 1. Veris. c. 4. seu Tom. 3. Facis Crit. p. 260. 'Nemini Fortuna curram misam a carcere intimo Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem sinit.' *Hav.*

95 *Principio, tonitru quatiuntur*] Vult tonitru fieri ex nubium concursu, ventis contra pugnantibus. Quæ de re sic Laërtius: Βροτὰς ἐδέχεται γίνεσθαι κατὰ πνεύματος ἐν τοῖς κελύμασι τῶν νεφῶν ἀεὶλησῶν, καθάπερ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀγγείοις, κατὰ τὴν πεπνευματωμένους, βόμβος ἐν αὐτοῖς. καὶ κατὰ ῥήσεις δὲ νεφῶν, καὶ διαστάσεις, καὶ παραρρήσεις, καὶ καταρσεις, πῆξιν εὐληφῶτων κρυσταλλοειδῆ. &c. i. e. 'Tonitruum fieri possunt ex spiritus in nubium cavitatibus compressione et constrictione, quemadmodum in vasis nostris fieri solet, quibus ab igni inflatis sonitus editur: tum etiam ex nubium raptionibus, et distractionibus, et affricationibus, et perfractionibus, postquam glaciale quamdam concretionem adeptæ sunt,' &c. Arist. lib. 2. *meteor.* ait tonitru esse sonitum aut crepitum plagæ, quam gignit calor

per vim ruens et incidens in eas nubes, quibus inclusus continetur. Apuleius lib. de Deo Socratis hos sex versus deinceps consequentis profert. *Lamb.*

Cæcula cæli] I. e. cælum cæruleum. *Lamb.* De meteoris disputatur a tonitru incipit, quod varie explicat. et primum quidem vs. 12. fit iste sonus cum nubes adversis ventis impulsæ colliduntur; hæc fuit Stoicorum, Democriti, aliorum opinio, et si hodiernos philosophos audiamus est veritati proxima: siquis vero objiciat nubes raras esse, ideoque ad tantum sonitum edendum maxime idoneas, dicendum, quod, licet lapidam aut ligni densitatem non æquant, tamen non adeo raræ sunt, quin nives et grandinem cohiberent. *Creech.*

96 *Concurrunt*] In Apuleio, *concurrant.* Gifan.

Sublime volantes] Sic sup. 2. 296. 'Nocturnasque facies cæli sublime volantes.' *Lamb.*

98 *Nec fit enim sonitus*] I. e. non enim tonat ab ea parte cæli quæ serena est. Contra Horat. Od. 1. 34. 5. 'namque Diespiter....Plerumque per purum tonanteis Egit equos, volucremque currum.' Idem Lucretius infra negat, fulmina cælo sereno, aut leviter densis nubibus, mitti, vs. 246. 'nam cælo nulla sereno, Nec leviter densis mittuntur nubibus unquam.' *Lamb.*

De parte serena] Id enim ad declinandam miraculorum fidem negabant Epicuri. *Faber.* Id enim negabant Epicurei, ideoque Horatius Insanientem istam Sapientiam relicturus hæc habet Od. 1. 34. 5. 'Namque Diespiter Igni corusco nubila dividens Plerumque, per purum tonantes Egit Equos, volucremque currum,' &c. *Creech.*

99 *Denso sunt agmine*] Denso actu, et quasi ductu. Idem 5. 272. 'inde super terras fluit agmine dulci.' Virg. Georg. 3. 369. 'confertoque agmine

cervi Torpent mole nova.' Idem *Æn.* 2. 450. 'has servant agmine denso.' Nonnulli tamen hic legi volunt *denso sunt eugminis.* a quibus dissentio. *Lamb.*

101 *Præterea, neque tam condensæ]* Sententia hujus loci hæc est: Præterea (inquit) neque nubes tam solido et denso corpore constant, quam lapideæ, ac tigna: neque tam tenues et raræ sunt, quam fumi. nam si essent solidæ, ut lapides, sua gravitate et suo pondere depressæ, cadere deberent; si tenues, ut nebulae ac fumus, non possent constare, nec niveis, aut imbreis continere: sed dissiparentur. *Lamb.*

103 *Tam tenues]* Leg. *Tam tenui:* ut vs. 101. 'Tam condenseo.' *Creech.*

104 *Nam aut cadere abrupto]* Ita et in vet. nostris. Vulg. *Nam cadere aut bruto;* perperam. *Gifan.* Reposul abrupto, secutus et codices manuscr. et nonnullos vulg. in his Aldinos antiquiores, et Parisienses, et Basilienses. nam alii habent, *Nam cadere aut bruto,* mendose. 'abrupto pondere' autem sic dictum, ut illud *Virg. Æn.* 3. 199. 'abrupti nubibus ignes.' sic *Plin.* 2. 48. 'Defert hic aliquid abruptum e nube gelida convolvens, versansque,' &c. et ipse *Lucretius* lib. 2. 214. 'Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes.' hanc emendationem secutus est injustissimus atque impudentissimus *Zoilus:* suisque codicibus acceptam retulit, quasi ego eam duabus jam editionibus non restituissem ex nostris. *Lamb. Nam aut cadere abrupto deberent pondere pressæ Ut lapides.* 'Ita in veteribus nostris,' inquit *Gifanus;* 'vulg. *Nam cadere aut bruto deberent pondere pressæ,* perperam;' bis redarguendus: nam primum, eam emendationem a *Lambino* habebat, quod, pro suo illo candore solenni scilicet, dissimulavit: tum, quod alterum est, pessime judicavit; sed hoc ei cum *Lambino* commune nunc quidem fuerit. Uter-

que igitur in eo lapsi sunt, quod dici posse 'pondus abruptum' existimare; et tamen non potest. Nam exempla quidem quæ proferri possunt, ut, 'abrupti nubibus ignes,' *Virg. &c.* ita aliena sunt, nil ut ad confirmationem illius lectionis facere possint. Deinde nec ratio quoque unquam patiatur, ut dicamus, 'nubes pressæ abrupto pondere;' si enim abruptum esset pondus, (quando nos ad eum modum loqui jubent,) tum nubes non premerentur. Insuper non convenit rō 'abruptum' cum allato lapidis exemplo, qui hoc loco proponitur cadens suoapte motu, sine omni vi externa, sine impulsu, *εὐβολῆ, καταβολῆ,* &c. quamobrem legendum, ut in lib. quoque *Mas.* legitur, *Nam cadere aut bruto deberent pondere pressæ Ut lapides; aut, ut fumus, constare nequirent.* 'Bruto' autem gravi est. Festus: 'brutum antiqui gravem vocabant.' Unde et *Hor. Od.* 1. 34. 'Quo bruta tellus, et vaga flumina.' Quin et in excerptis ex *Donato* etiamnum ad *Andriam Ter.* in hæc verba *ΑΜΟΤΟ ΜΕΤΥ,* legitur: 'Sic dixit, quasi metus sit corpus brutum, quod cum molimine moveatur.' *Faber et Creech.*

107 *Dant etiam sonitum, &c.]* *Vas.* 8. alia tonitrus explicatio, una enim nubes vento agitata, aliquando vento percussa sonum edit; nec displicebit hæc explicatio, si sonitum quem vela latis theatris intenta, quem chartæ disruptæ, aut suspensæ vestes vento agitatæ dant, cum tonitru comparas. *Creech.*

Patuli super æquora mundi] Super mundi planitiem. *Lamb.*

108 *Carbasus ut quondam]* I. e. quemadmodum interdum velum theatris intentum sonitum edere solet. Quidam legunt *magnis intenta trachelis,* existimantes, *Lucretiam* hoc loco vela significare antennis alligata, (trachelum enim media pars mali est,) cum ea vela significet potius, quæ solebant theatris prætendi, so-

lis, aut imbris arcendi causa, ut apparet ex illis versibus qui leguntur 4. 78. 'Et volgo faciunt id lutea, russaque vela, Et ferrugina, cum magnis intenta theatris, Per malos, &c. Namque ibi concessum,' &c. *Lamb.* Sueton. in Vita Caligulae cap. 26. 'Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo sole velis, emitti quemquam vetabat.' *Hav.*

109 *Dat crepitum muros inter*] Sic habent aliquot libr. manuscr. et nonnulli vulgati: in his Veneti Antiq. et Paris. Alii, *malos inter.* *Lambin. Malos inter.* Ita quidam libri; et sup. 4. 75. In vet. quibusdam aliis: *muros*; etiam bene. *Gifan.* Nam ob loci nimiam amplitudinem trajectis malis vela intendebantur. *Faber.* 'Carbasina autem vela primus in theatrum duxisse traditur Lentulus Spinter Apollinaribus ludis.' Plinius 19. 1. vid. 4. 78. *Creech.*

110 *Petulantibus Euris*] Alias *petulantibus auris.* *Lamb.*

111 *Fragiles*] Crepitantes: alibi 'aridum sonum' dixit, quod et sermo Gallicus usurpat, *un son sec.* *Faber.* Virg. Ecl. 8. 82. 'Sparge molam et fragiles incende bitumine lauros.' ubi lauros 'fragiles' (docente Turneb. Adv. 19. 27.) ut noster chartas, vocat propter crepitum et fragorem ab iisdem editum. *Hav.*

111 *Commeditur*] Tralatio. Sic Hor. Od. 4. 14. 28. 'horrendamque cultis Diluviem meditatur agris.' *Lamb.*

114 *Verberibus*] Sic sup. 5. 955. 'Verbera ventorum vitare imbreisque coacti.' Etiam 'verbera' soli tribuit eod. lib. 5. 1102. 'Et (quanto magis subintell. ἀπὸ κοινῶν) radii solis cobeant undique terram Verberibus crebris extrema ad limina apertam,' &c. *Lamb.*

Plangunt] Verberant. *Lamb.*

115 *Fit quoque enim interdum*] Aliquando tonitrus murmur est stridori simile, id vero fit cum nubes nubis

alterius latus radit; inde enim oritur late stridor quem vs. 118. vocat 'aridum sonum.' vs. 5. *Creech.*

117 *Radentes corporis tactum*] Sic restitui, conjectura ductus. Vide, quæso, sup. 2. 1046. Hac in re sæpissime variatum est. 'Tactus corporis,' pro corpore. Vide Indicem. Vulgati, et in libris fere, *tractum.* In quibusdam libris, *e corpore tractum.* Omnia mendose. *Gifan.* *Radentes corporis tractum,* sui corporis agmen, seu ductum, et extremitatem radentes. Zoilus mavult legi *corporis tactum:* idque interpretatur, corpus: quod plane non placet. Sic autem dixit 'corporis tractum,' ut lib. 2. 'flammarum tractus:' quod Virg. Georg. 1. 367. æmulatus est, 'Flammarum longos a tergo albescere tractus.' Idem Lucret. 1. 1003. 'ævi tractum,' 'Quod neque clara suo percurrere flumina cursu Perpetuo possint ævi labentia tractu.' *Lamb.* In quibusdam, *corpore tractum,* male. *Gifanius* autem legit, *corporis tactum;* additque, 'Tactus corporis,' pro corpore, 'tactus animi,' pro animo. Nugæ, ut in notis apparebit: si quid mutatum velim, legam, *Diverso motu radentes corpora tractim:* sed nihil necesse est. *Faber.* *Corporis tactum,* i. e. Corpus, *Gifanius:* ridicale. 'Corporis' autem 'tractum' nihil elegantius; nam nubes diverso motu de latere euntes totam corporis tractum, ab altera usque ad alteram extremitatem, radunt. *Creech.*

118 *Aridus unde aureis*] Profert hunc versum Nonius in voce 'aridus,' *Lamb.*

Terget] Radit, mulcet, tangit. Tralatio est. *Lamb.*

119 *Exierit donec regionibus*] Donec calor ille et ignis compressus eruperit et nubibus. *Lamb.* *Exierit.* *Malleum Exierunt:* Nubes viz. *Creech.*

120 *Hoc etiam pacto, &c.*] Vss. 11. Ventus in nube inclusus furit, inde murmur; tandem facto impetu erum-

pit; inde horrendus ille fragor. Quae ratione Plinius declaravit 'posse spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum dum rixetur, edito fragore dum erumpat, ut in membrana spiritu intenta.' Si ridere libet, vid. Aristophanis Nubes Act. 1. Sc. 4. Creech.

122 *Discessisse*] Discessisse, dissoluta esse, dirupta esse. Lamb.

123 *Procella*] Καταρύτις, vel ἀνεμοφίας ἕκμας, vel καὶ ἀνεμ. Lamb.

124 *Nubibus intortit sese*] In nubibus sese induit, atque insignavit: sese nubibus involvit. Lamb.

126 *Cogit, uti fiat spisso cava, &c.*] I. e. uno verbo, inflat. Lamb.

127 *Commoit*] Melius quam *Contumuit*. Creech.

128 *Perterricrepe sonitu*] I. e. sonitu horribiliter crepante: vel sonitu terrorem inter crepandum incutiente. Lamb. Eandem vocis horridae compositionem in Varrone agnoscit Palmerius Spicilegior. p. 786. in Face Crit. ubi apud Nonium in 'crepare' legit *Perterricrepe vocibus volitans aures vulgi*, pro vulgato *Propter crepas*, &c. Hav.

Dat missa] Procella emissa edit fragorem. Lamb.

129 *Nec mirum, cum plena anima vesicula*] 'Plena animæ,' i. e. plena venti. Sic Varro Antanabatis: 'Anima ut conclusa in vesica quando est arcte ligata, si perculerit, aëra reddet.' Hor. Sat. 1. 8. 45. 'Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi Diffusa nate ficus.' Et Epicurus apud Laërt. Ερονάς ἐπιδέχεται γίνεσθαι κατὰ πνεύματος ἐν τοῖς κοιλύμασι τῶν νεφῶν ἀνελεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀγγείοις, &c. i. e. 'Tonitru autem fieri potest ex spiritu in nubibus cavas involuto atque intorto, quemadmodum in vasis nostris ab igni inflatis edi sonitum videmus.' Quae verba paullo ante protulimus. Lamb.

130 *Displosa*] I. e. cum magno sonitu dirupta et discissa. usus est eadem

voce Horatius cum de eadem re loqueretur, in eo versu, quem proxime protuli: et idem Lucretius inf. 284. 'displosa repente Opprimere ut caeli videantur templa superne.' Lamb.

131 *Est etiam ratio, &c.*] Nubes quasdam videmus quae arborum ramosarum instar habent partes eminentes, et huc illuc projectas: has si venti perflare concipiuntur, tonitru sequetur; quippe cum venti densas sylvas perfient, rami ab illo agitati fragorem edunt. vss. 5. Creech.

132 *Cur sonitus faciant*] Sic restitui, cum lib. et manuscr. et typis excusi mendosi essent, neque inter se congruerent. Alii enim habent, *ut faciant*: alii, *cur faciant*: quos secutus sum. Est etiam ratio (inquit) quamobrem venti, cum nubibus perflant, sopitus edant. hoc demonstrat a simili. Lamb.

Ramosa] I. e. quae non sunt aequalia, sed, arborum ramosarum instar, partibus constant eminentibus, et huc illuc projectis. Tralatio est. sic 2. 446. primordia nonnulla dixit esse quasi ramosa. 'Hæc magis hamatis inter sese esse necesse est, Et quasi ramosis, alte compacta teneri.' Propre usurpavit 5. 1095. 'Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans Æstuat in ramos incumbens arboris arbor, Exprimit,' &c. Lamb.

134 *Flamina Cauri*] Canrus, seu Corus, ventus est spirans ab occasu æstivo: quem Græci ἀργύρονη appellant. sic sup. 1. 291. 'Sic igitur debent venti quoque flamina ferri.' et sup. 5. 74. 'Etesia flabra Aquilonum.' Lamb.

135 *Frunder*] Ita vet. libri. Gifan.

136 *Fit quoque ut interdum, &c.*] Nubes etiam rumpi potest, cum ventus ex adverso in illam impingitur, atque inde tonitru: vss. 5. Ventos autem posse nubes percurrere nemo dubitabit, qui vidit eversas arbores, et radicitus evulsas. Creech.

Validi vis incita venti] Vis incita,

vis incitata. Sic 1. 272. 'Principio venti vis verberat incita pontum.' et 5. 1093. 'Multa videmus enim cælestibus incita flammis Fulgere.' et hoc lib. 294. 'Est etiam cum vis extrinsecus incita venti,' &c. *Lamb.*

137 *Impete*] Impetu, ut 2. 326. 'Transmittunt valido quotientes impete campos:' itemque sup. et inf. compluribus locis. *Lamb.*

139 *Hic ubi lenior est, &c.*] Ordo est: Cum tamen hic, nempe in terra, ubi lenior est, quam in regione æërea, et in partibus mundi supernis, arbores altas radicibus evellet. 'Cnm' junxit cum indicativo: quod M. Tulio et bonis scriptoribus usitatum est; tametsi sæcus existimet vulgus. *Lamb.*

141 *Sunt etiam fluctus, &c.*] Si hæc omnia displiceant, tandem concipias ærem tanquam vastum mare, in quo nebulae sint fluctus; illa demum collidas, et illum, quem in mari æstoso sentis, in ære senties fragorem. vs. 8. *Creech.*

142 *Quod idem fit*] Nam in fluminibus magnis magni sæpe fluctus excitantur. *Lamb.*

144 *Fit quoque, uti e nube*] Ita vet. libri. Vulg. ubi. Gifan. *Fit quoque, ubi e nube.* Sic legendum: et ita habent libri omnes et manuscr. et vulg. Eo dico, quod alii hunc locum depravarunt, qui ediderunt, *Fit quoque uti, &c.* nam versu ab hoc tertio particula *ut*, quæ desiderabatur, suo loco ponitur in codicibus emendatis, hoc modo, *Ignem continuo; ut magno clamore trucidet.* *Lamb.* Quidam Philosophi docuerunt a stellis in madidam nubem decidentibus, et cum humore collectantibus, stridens tonitru oriri: loco stellarum Lucretius vs. 6. assumit ignem fulmineum, qui e nube arida excussus in nubem humidam tanquam ferrum candens demergatur. *Creech.*

E nube] Arida scilicet. *Lamb.*

In nubem] Uvidam et madidam. *Lamb.*

145 *Hæc*] Nubes madida et uvida. *Lamb.*

146 *Magno clamore trucidet*] Tralatio est in voce *clamore*: nisi forte legendum sit *clangore*: quod quibusdam videtur. *Lamb.* Magno cum stridore extinguat. *Creech.*

147 *Ut calidia*] A simlii. *Lamb.*

Olim] Aliquando. *Lamb.*

148 *Stridit*] *Stridit*, a strido is, teritiæ. Sic apud Hor. Sat. ult. lib. 2.

77. 'Stridere secreta divisos aure assurros.' *Lamb.* Hor. Sat. 2. 8. 77. 'Tum in lecto quoque videres Stridere secreta divisos aure assurros.' *Creech.*

149 *Aridior porro, &c.*] Ne aliquam prætermittat causam tonitrus, jam vs. 6. Nubem ipsam accendit, et quoniam Laurus, aliæque res accensæ crepitant, idem etiam nubes posse contendit. *Creech.*

Accipit ignem] Sic sup. locutus est 6. 608. 'Accipere ex una scintilla incendia passim.' *Lamb.*

151 *Lauricomos*] Lauris vestitos et coopertos. *Lamb.*

152 *Turbine ventorum*] *Συρροπή ἀρίων.* Sic enim interpretatur auctor vocabularii Latino-Græci, sæpe a me commemorati. *Lamb.*

153 *Nec res ulla magis*] 'Laurus' (inquit Plin. lib. 16. cap. ult.) 'manifesto abdicat igneis crepita, et quadam detestatione, interaneorum etiam vitia ligno torquente. Tiberiam principem tonante cælo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus.' *Lamb.*

Delphica laurus] Duo lauras genera tradidisse Catonem scribit eodem loco Plinius, Delphicam et Cypriam: Pompeium, Lenæam adjecisse, quam 'mastacem' appellavit; sed dici potest, 'laurum Delphicam' a Laetretio appellari, quasi Apollineam, quod Apollini Delphico sacra sit. *Lamb.* Laurus manifesto abdicat ignes crepita. Duo ejus genera tradit Cato, Delphicam et Cypriam: Plinius Hist.

Nat. 15. 20. Apollini autem grata (vid. Plin.) quia spectatissima erat in Paruasso monte, et, ut ait Hesiodi interpres, *ἑνεργεῖ πρὸς ἐνθουσιασμούς*. Nota etiam est de Daphne fabula: Ovid. Met. 1. 556. 'Cui Deus, At conjux quoniam mea non potes esse, Arbor eris certe, dixit, mea: semper habebunt Te coma, te citharæ, te nostræ, Laure, pharetræ.' Creech.

154 *Flamma crepitante*] Sic Virg. Georg. 1. 85. 'Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis.' notat Macrob. Sat. 6. 4. Lamb.

155 *Denique sæpe geli, &c.*] Deinde, cum tonat, multa glaciæ fragmina et grando decidunt, præcipue in partibus septentrionalibus; ideo congelatarum nubium disruptioni fragor iste jure adscribitur. vs. 4. Creech.

Geli] 'Gelus, li,' et 'gelu, lu,' inquit Non. Sic sup. 5. 206. 'Assiduusque geli casus mortalibus auferit.' et inf. 829. 'Et vis magna geli, magnum duramen aquarum.' Potest fieri tamen, ut sit hic neutri generis, gelum, li, lo: quemadmodum et ibi: 'Assiduusque geli casus,' &c. 'Et vis magna geli,' &c. Sed si in his locis dubitationi locus est, nullus est in illo, inf. 877. 'quasi sæpe gelum, quod continet in se, Mutat, et exsolvit glaciem,' &c. Perspicue enim in eo versu neutrum esse declarat relativum 'quod.' Lamb.

157 *Confercit*] Complet, et condensat nubes. Lamb.

159 *Fulgis item*] Nunc de fulgure, quod *ἀστραπήν* nominant Græci. De quo sic Laërtius: *Καὶ ἀστραπή ἢ ἀσάλτως γίνονται κατὰ πλείους τρόπους. καὶ γὰρ κατὰ παράρτην καὶ στήκρονον νεφῶν ὁ πυρὸς ἀποτελεστικός σχηματισμὸς, ἐξολισθαίνων, ἀστραπήν γεννῶ. καὶ κατ' ἐκρεπισμὸν ἐκ τῶν νεφῶν, &c. i. e.* 'Et fulgura sen fulgetra similiter pluribus modis fiunt. Nam et ex affricatione ac collisione nubium figuratio ea, quæ est ignis effectrix, lubrica

elabens, fulgur gignit: et ex nubium ventilatione a flatibus, qui hunc fulgorem efficiunt: et per expressionem, compressionem nubium facta, vel ab ipsis inter se, vel a ventis,' &c. *Fulgis* autem legendum, non *fulget*: et ita Nonius. sic 5. 1093. 'Multa videmus enim caelestibus incita flammis Fulgere.' idem infra: 213. 'Fulgis item, cum rarescunt quoque nebula cæli.' Lamb. Ita hic Nonius. Vulg. *Feruet*. Gifan. Hactenus de tonitru, deinde de fulgure inquiritur, quod ex induratis nubibus inter se collis exprimi potest, ut e ferro, silice, aut ligno; nam in nubibus non minus quam in istis rebus semina ignis latere potantur est. Creech.

Ignis cum semina] Aristot. lib. 2. *μετεωρ.* fulgur vult esse ventum e nubibus expressum, tenui et invalido incendio inflammatum. Lamb.

160 *Ceu lapidem si Percutiat lapis*] Sup. 1. 883. 'Cum lapidi lapidem terimus, manare cruorem.' Lamb.

163 *Sed tonitruum fit uti, &c.*] Aristot. eod. lib. *Γίνεται δὲ μετὰ τὴν πληγὴν καὶ ὑστερον τῆς βροντῆς*: ἀλλὰ φαίνεται πρότερον, διὰ τὸ τὴν ἕβην προτερεῖν τῆς ἀκοῆς. i. e. 'Fit autem fulgur, sen fulgetrum, post plagam, et posterius quam tonitru: sed cernitur prius, propterea quod videndi sensus celerior et acrior est, quam auditus.' Lamb. Si vero tonitru et fulgur ex eadem nubium collisione, cur cernitur fulgur antequam audiat tonitru? Nempe vs. 9. quia lux sono est velocior, imo omni experientia probatur speciem rei visibilis sono velocius transferri. Creech.

164 *Quia semper ad aures*] Vera ratio est, quia rerum visibilium species semper præsentis sunt sensui; sed sonorum alia ratio est; qui scilicet, nisi collidantur, et tandantur corpora, non emittantur. *Faber*.

165 *Adveniunt*] Res quæ auditu sentiuntur. Lamb.

166 *Cedere si quem*] Utitur alio ex-

emplo Aristot. illo eod. loco, nempe remigationis, his verbis: *Ἀηλοῖ δ' ἡ εἰρεσία τῶν τριήρων. ἤδη γὰρ ἀναφερόντων πάλιν τὰς κάρπας ὁ πρῶτος ἀφικνεῖται φόφος τῆς κωπηλασίας.* i. e. 'Declarat autem trirremium remigatio. Nam tum demum primus agitationis remorum sonitus ad aureis pervenit, cum jam remiges iterum remos sublatis inferunt.' Epicur. autem apud Laërt. sic hujus rei causam multis verbis explicat: *Προτέρω δὲ ἀστρατῆ τῆς βροτῆς ἐν τοιαύτῃ τινι περιστάσει τῶν νεφῶν, διὰ τὸ ἅμα τῷ τῷ πνεύμα ἐμπέπτειν, ἐξωθεῖσθαι τὸν ἀστρατῆ ἀποτελεστικὸν σχηματισμῶν, ὕστερον δὲ τὸ πνεῦμα ἀπειλούμενον τὸν βόμβον ἀποτελεῖν τοῦτον καὶ κατ' ἐμπέπτωσιν δὲ ἀμφοτέρων, ἅμα τῷ τῷ χεῖ συνηνωτέρω κεχρησθαι πρὸς ἡμᾶς τὴν ἀστρατῆν. ὕστερον δὲ τὴν βροτῆν, καθ' ἅπερ ἐπ' ἐπίαν ἐξ ἀποστήματος θεωρουμένων, καὶ πληγὰς τινὰς ποιουμένων.* i. e. 'Ante item fulgur tonitru tali casu nubis circumstante, quia eodem tempore, quo flatus in nubem incidit, extrudatur ea quæ fulgur creat figuratio, posterius vero flatus expressus hunc sonitum edat, et utroque simul incidente, fulgur celeritate ad nos contentiore utatur: tonitru autem tardius sit, quemadmodum evenit in quibusdam quæ ex intervallo cernuntur, et ictus quosdam gignunt.' Plinius eandem brevius 2. 54. 'Quoniam lux,' inquit, 'sonitu est velocior.' *Lamb.*

167 *Arboris auctum*] Arboris augmen: arborem. Sic 2. 481. 'Esse infinito debebant corporis auctu,' et 5. 1170. 'mirado corporis auctu.' *Lamb.*

168 *Per aureis*] Alibi legitur *per auras*. *Lamb.* *Per auris*. Quidam *valg. auras*, male. Ita sup. 'tergere auris.' *Giffan.*

169 *Fulgorem*] Fulgur. Nam (ut alibi diximus) alterum pro altero sumit Lucretius. *Lamb.*

170 *Pariter qui mittitur*] 'Pariter igni,' i. e. in eodem tempore, atque

ignis. sic loquitur Hor. Epist. 1. 10. 5. 'Annimus pariter vetulis notisque columbis.' *Lamb.* *Pariter igni*, ut: 'naturæ convenienter;' eadem turpi,' &c. *Preig.*

172 *Hoc etiam pacto*] Aliam causam affert fulguris. *Lamb.* Quod si tonitru fiat vento nubes perrumpente, fulgur quoque sit ab eodem vento pernici motu, dum inter nubes rotatur, accenso. vs. 14. Hos versus Oasendus, et qui illum sequuntur, perperam interpretati sunt. *Creech.*

Volucris loca lumine tingunt] Nubes 'tingunt loca lumine:' i. e. illustant, et quasi colorant. sic 5. 572. 'Pervenit nostros ad sensus, et loca tingunt.' *Al. et loca fulgent.* *Lamb.*

175 *Fecit, ut ante, cavam, docui*] Ordo est: fecit spissescere cavam nubem, ut ante docui. Sermo est implicatus, ut sup. 1. 755. 'Quorum utrumque quid a vero, jam, diatet, habebas.' Hoc autem docuit eodem lib. paullo ante, vs. 124. 'Cum subito validi venti collecta procella Nubibus intorsit sese,' &c. *Lamb.*

177 *Plumbea vero Glans etiam*] Sic Inf. 305. 'Non alia longe ratione, ac plumbea sæpe,' &c. *Lamb.* Longum esse, si poetarum et historicorum veterum testimonis uti vellem ut id probarem. Sed inter fabulosa antiquitatis referendum id putem; neque magis verum esse, quam quod de sagitta Acestor in 5. scripsit Virgilius, quæ exarsit et in ventos abiit. *Faber et Creech.*

178 *Volvenda*] Volubilis, vel dum volvitur, ut sup. 5. 1275. 'Et volvenda ætas commutat tempora rerum.' *Lamb.*

181 *Nictantia*] 'Nictare' (inquit Festus) 'est oculorum et aliorum membrorum nisu sæpe aliquid coarari.' Vid. cetera apud eundem, et Paullum. Sed hic 'nictantia' translate positum videtur pro micantia, seu vibrantia. *Lamb.*

182 *Adlicit auris*] Lacessit et pro-

vocat audiendi sensum. Sed quid si dicam legendum *adigit aureis*: ut intelligamus, 'adigit' esse præsentis temporis a verbo *tango*, is, it, quo utebantur veteres pro *tango*? sic sup. 3. 936. 'Nec desiderium nostri nos adigit hilum.' Verumtamen nihil mutare ausim. *Lamb.* Al. *atigit*. sed eadem significatio est. *Fab.* Alii. *adicit*, et *Palmerius adigit*. Pro *mittantia* in præcedenti versu quidam, *mittantia*. *Creech.* Vide *Palmer. Spicileg.* pag. 754, tom. 4. *Fac. Crit. Preig.*

183 *Oculos ad lumina nostros*] In aliis, *oculorum ad lumina nostra*; male, uti puto. *Gifan.* Ordo est: quam lumina, quæ ad oculos nostros perveniunt. sic autem legi debet, ut ego excudendum curavi, non, ut vulgo legitur, *oculorum ad lumina nostra*. Hanc etiam lectionem approbavit et secutus est *Zoilus*, ut a se reperitam, aut excogitavit. *Lamb.* De veritate hujus lectionis *oculos ad*, nulla superesse dubitatio potest; sic solet *Laetius*, ut sapius a doctis interpretibus monitum. Ut: 'hunc propter,' 'variis de,' &c. *Preig.*

184 *Et simul alte extractis*] I. e. et simul exaggeratis, et coacervatis. sic loquitur inf. 245. 'Fulmina gignier e crassis, atque putandum est Nubibus extractis.' *Lamb.*

185 *Impete miro*] I. e. mira celeritate, seu miro impetu. sic 4. 901. de navi loquens, 'Et manus una regit, quantovis impete euntem.' et 6. 606. de æthere: 'Ipse suos igneis certo fert impete labens.' et infra de fluminibus: 'Nunc ea quo pacto gignantur, et impete tanto Fiant,' &c. *Lamb.* Id quidem ferri potest: at melius *agmine*. *Creech.*

186 *Nec tibi sit fraudi, &c.*] *Nec te decipiat*: vel, et vide ne te inducat, quod ex locis infernis magis ceruimus, quam late pateant nubila, quam quanta sint altitudine, et quam in altam et sursum versus exaggera-

ta. 'Inferne,' i. e. ex terra, ex loco infimo, seu inferno. Neque vero est, quod quemquam moveat ultima syllaba correpta: est enim brevis. et ita de 'superne' sentiendum: ut 4. 441. 'et recta superne gubernata.' Veruntamen non dissimulabo, in quibusdam lib. legi *inferna*: quam lectionem si probabimus, paullo aliter hunc locum explicabimus. *Lambin.* *Inferne.* In quibusdam libris, *inferna*. *Gifan.* In errore inducat. *Faber.* Vas. 17. *Scrupulus* propter nubes visas, non, ut *latas*, ita profundas, ideoque non istis fornacibus, et speluncis, quas fingit, extractas. Hunc eximit. Et quædam subjungit de vento inter nubes fremente, et tandem cum fulgure erumpente. *Creech.*

187 *Quam sursum, &c.*] Ordo est: quam quid exstant sursum extracta, i. e. quam quantum extent sursum versus spissa et densa. Quod si quis malet legi *inferna*, totum hunc locum sic declarabo: Et ne te decipiat, quod nos magis videmus, quam sint lata inferna, i. e. infernæ nubium partes, quam sursum extracta, i. e. eæ partes, quæ sunt sursum versus extractæ; quid exstant, i. e. quantum emineant. *Lamb.*

188 *Contemplator enim*] Sic sup. 2. 113. 'Contemplator enim, cum solis lumina cumque,' &c. *Lamb.*

191 *Atque urgere superna*] Ita vet. libri. *Gifan.*

192 *Sepultis undique ventis*] *Sedatis et stratis ventis*. *Tralatio* est. sic Græci dicunt *κοιμησεν ἀνέμους*, i. e. sopire. *Lamb.* Ut alii, *sopitis*, ab eadem metaphora. *Faber.* *Virg.* 2. 265. 'Invadant urbem somno vinoque sepultam.' *Turneb. Adv.* 30. 19.

194 *Speluncasque velut saxis pendentibus structas*] *M. Tull.* lib. 1. *Tusc.* *Quæat.* ex nescio quo poeta: 'Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus, Maximis.' *Lamb.* In speluncis enim saxa videntur pendere. 'Pendentia tecta' *Virg.* et passim

poëtæ. Creech.

195 *Tempestate coorta*] Sic loquitur et Cæsar lib. 7. de B. G. 'Quod magna subito erat coorta tempestas.' Idem Lucret. 1. 762. 'Aut ita diffugient, ut, tempestate coorta,' &c. idem inf. 487. 'Usque adeo, donec tempestas sæva coorta est.' Virg. 10. 405. 'Ac velut optata ventis æstate coortis,' &c. Lamb.

196 *Magno indignantur murmure clausi*] Sic Virg. Æn. 1. 59. 'Illi indignantes magno cum murmure, montis Circum claustra fremunt.' Lamb.

200 *Convolutunt*] Corradunt, colligunt. Lamb.

E Nubibus] Leg. In *Nubibus*, id enim tota postulat sententia. Creech.

202 *Fulserunt*] Fulgorem conceptum ediderunt. Lamb.

203 *Hac etiam*] Alia causa fulguris, quia nubes multa in se ignis semina contineant. Lamb. Non tantum ignis in nubibus circum rotatus accendi potest, sed ipsæ nubes multa ignis corpuscula sive a sole, ut docuit Empedocles, sive aliunde accepta continent. Id enim splendidus et flammeus color quarundam nubium demonstrat; ista autem corpuscula a vento, compellente et comprimente nubes, expressa fulgur efficiunt. vss. 11. Creech.

204 *Liquidi*] Lucidi, vel puri, vel effusi et abundantis. Macrobi. Saturn. 6. 5. Lamb. Maro item Ecl. 6. 3. 'Et liquidi simul ignis.' Ubi Servius per 'puri et ætherii' explicat, locumque præter hunc Lucretii etiam Ciceronis, qui dixerit 'ignitum liquorem,' adducit. Alias enim siccæ rei aridæque haud convenit 'liquidi' epitheton. Lactantium hoc quoque, ut plura, imitatum docuit Turneb. Adv. 10. 8. cujus antiqui scriptoris hæc sunt verba 6. 11. 'Aliud ille a nobis exigit lumen, et quidem non fumidum, sed, ut ait poëta, liquidum atque clarum, mentis scilicet.' Hav.

207 *Plerumque colos*] Utraque sunt

usitata, 'color,' 'honor,' 'timor,' 'labor,' 'vapor,' 'odor:' et 'colos,' 'honos,' 'timos,' 'labos,' 'vapos.' Nonius in voce 'vapos,' et 'odos.' Lamb.

208 *Quippe etenim solis de lumine*] Hanc sententiam tangit et refellit Aristot. lib. 2. *meteor.* Καίτοι τινὲς λέγουσιν, ὅς ἐν τοῖς νέφεσιν ἐγγύεται πῦρ. τοῦτο δ' Ἐμπεδοκλῆς μὲν φησὶ εἶναι τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐκ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτῶν· Ἀναξαγόρας δὲ ἐκ τοῦ ἕνωθεν ἀθέρου, ὃ δὴ ἐκείνος καλεῖ πῦρ, κατερχθὲν ἕνωθεν κάτω. i. e. 'Atqui aiunt nonnulli, in nubibus ignem nasci: hunc autem ignem Empedocles quidem dicit esse eum, qui comprehenditur et concipitur ex radiis solis: Anaxagoras autem ex supremo æthere (quem ille ignem appellat) superne deorsum delatum,' &c. Lamb.

210 *Hæc igitur*] Sic habent libri fere omnes manuscr. et nonnulli vulgati: alii, *Has igitur*. Lamb.

Agens] Impellens, incitans. Lamb.

211 *Expressa*] Ἐκτεθλιμμένα. Lamb.

212 *Quæ faciunt flammæ fulgere*] Quæ faciunt, ut flamma existat, et fulgor oriatur. sic loquitur et alibi: ut sup. lib. prox. 760. 'Quæ faciunt igneis interstingui, atque perire?' et eod. lib. sup. 661. 'Quæ faciunt solis nova semper lumina gigni.' et eod. lib. 702. 'Qui faciunt solem certa de surgere parte.' et hoc lib. 6. 175. 'Fecit, ut ante, cavam, docui, spissescere nubem.' et 3. 101. 'Harmoniam Graii, quam dicunt, quod faciat nos Vivere cum sensu,' &c. ad quem locum plura exempla congesta sunt. Lamb.

213 *Fulgit item*] Alia causa fulguris, non cūjuslibet, sed ejus quod fit sine terrore. Hunc versum profert Nonius in verbo 'fulget.' Lamb. Modo dixit semina ignis, quæ in nubibus continentur, vi et impetu ventii exprimi; jam vss. 5. licet non exprimantur, tamen diductis et distractis

nubium partibus decidant necesse est, atque inde leue illud et mite fulgur, quod lumine oculos perstringit, nullo autem tonitru percillit aures. *Creech.*

214 *Diducit*] Distrahit, divellit. *Lamb.*

215 *Ingratiis*] Adverbium, quod valet invite, et velint, nolint: vel ablativi casus, sine recto, compositi ex gratiis, et particul. negat. in. ut sup. 3. 1083. 'ingratiis hæret et angit.' est autem utrobique trisyllabum. apud Terent. autem Heant. 3. 1. 37. quattuor ayllabarum, 'Protterraisti hinc: ea coacta ingratiis,' &c. *Lamb.* Velit nolit, nam diductis nubibus necesse est inclusas ignis scintillas erumpere. *Creech.*

218 *Quod superest, quali*] Nunc de fulminis natura, ejusque mobilitate. Et ait, declarari fulmen natura esse ignea ex eo, quod loca fulmine tacta odorem sulfuris mittant, et quod atra sint, quasi calore iusta. hunc locum autem in integrum restitui, partim offensus scriptura vulgata, quæ est, *Quod superest quod sic*: partim ab uno codice manuscr. admonitus, in quo scriptum reperi, *Quod superest, quasi*: ex quo feci, *Quod superest, quali, &c.* quæ lectio sine dubio recta et vera est. Etiam hanc emendationem Zoilus tacitus amplexus est, nulla varietatis mentione tacta. *Lamb.* Cum fulmen urat res tactas, cum domos incendat, &c. neminem videas qui ejus naturam igneam esse diffiteatur. Quod autem parietes penetrat, quod aurum, æs, reliqua metalla liquefacit, quod vase integro exhaurit liquorem, vel facit ut effluat, id quidem pernici motui, et subtilitati illius ignis attribuendum. *Creech.*

220 *Notæque gravis halantes*] Ordo: Notæque halantes, i. e. exhalantes, auras gravis, et tætras, et sulfureas. vitiose autem habent quidam vulg. libri *halanteis*. *Lamb.* *Halantes*

res. Quidam libri, *halantis*: referatur ad auras. *Gif.*

222 *Per se*] Melius quam *sæpe*. *Creech.*

226 *Quoi nil omnino obsistere possit*] Sic infra vs. 330. 'Non facile est tali naturæ obsistere quidquam. *Lamb.*

227 *Transit enim valide*] Cod. Memm. habet, *Transit enim validum fulmen*. *Lamb.*

228 *Clamor uti, ac Voces*] Sic habent tres lib. manuscr. Vatic. Tettian. Memm. et ita legi debet: tantum apponendum est comma post nomen 'voces,' ut verbum 'transit' cohæreat cum voce 'fulmen,' et sit *ἐκταραφὰ*, hoo modo: fulmen transit per sæpta domorum, transit per saxa, per æra, quemadmodum clamor, et voces. ad hunc locum pertinens illa l. 355. 'Inter sæpta meant voces, et clausa domorum Transvolitant.' ibidem, 490. 'Transit enim fulmen cælli per sæpta domorum Clamor uti ac voces.' Sed quæri potest, quamobrem tanta vis inquit in fulmine, tantæque mobilitas. Primum ventus est: ventus autem mobilis est. Deinde ventus est incensus: ignea autem omnia mobilia sunt. deinde e nubibus magno impetu exprimitur: at quæ exprimantur, qua erumpunt, celerrime et validissime evolant, ut quæ e tormentis missa ferri videmus: quod et Lucret. posterius testatur, ibi: 'Inde, ubi non potuit nubes capere impetis auctum, Exprimitur vis atque ideo volat impete miro, Ut, validis quæ de tormentis missa feruntur.' motus autem calorem auget. Ita fit, ut ignis fulmineus sit et subtilissimus, et celerrimus, et validissimus: saxa discentiat, aut penetret: æs, et aurum, et similia liquefaciat: solo denique contactu, atque adeo afflatu, animanteis interimat, et similia auditu mira faciat. *Lamb.* In aliis, *Clamor uti vocis*. sup. l. 491. *Gifan.* Alii, *Clamor uti vocis*. Sed totus hic

versus abesse potest. *Creech.*

229 *Et liquidum puncto*] Et clypei æs, aut ferrum liquefacit: 'lignum nullo damno afficit' (inquit Aristot. l. 3. *perceps.*) 'propterea quod natura ligni rara et mollis est, hæc metalla autem dura et solida sunt: fulmen autem per lignum et similia permanat ac permeat prius quam in ea vim suam expromat: dura vero, et obstantia, et remorantia vel discentit ac disturbat, vel consumit ac liquefacit.' Plin. 2. 51. 'Aurum, et æs, et argentum liquatur, intus sacculis ipsis nullo modo ambustis.' Quidam libri habent, *Et liquidum parvo facit æs, &c.* Lamb. Egregie et poëticè Claudiæ, ubi de Marci Aurelii expeditione, et pluvia illa celebrata agit 6. Cons. Honorii vs. 344. 'Hic tabescente solutus Subsedit galea, liquefactaque fulgure cuspis Candait, et subitis fluxere vaporibus enses.' *Han.*

Tempore] Ita quidem libri; alii, *temporis.* In quibusdam vet. *parvo facit.* Gifan.

230 *Curat item*] Tralatio est. Sic sup. 3. 127. 'calidique vaporis Semina curare, in membris ut vita moretur.' Lamb.

Ut vasis integris] Sic et Plin. lib. eod. 'Tertium fulminis genus est, quod clarum vocant, mirificæ maxime naturæ, quo dolia exhauriuntur, intactis operimentis, nulloque alio vestigio relicto.' Lamb.

231 *Diffugiant*] Tralatio illustris, et tamen usitata, pro eo quod est diffuant et dilabantur. idem 1. 1096. ad flammam transtulit: 'Ne volucrum ritu flammaram mœnia mundi Diffugiant subito,' &c. in eod. lib. 762. ad fulmina, ad imbreis, et ad ventos: 'Aut ita diffugient, ut tempestate coorta, Fulmina diffugere, atque imbreis ventosque videmus.' sic Plautus Aulul. 1. 2. 16. 'Tum aquam aufugisse dicit, si quis petet.' Lamb.

232 *Lateramina vasi*] Ita vet. libri;

rectissime, et Martianus, lib. 3. *Valg. latera omnia vasis.* Gifan. Cum animadvertere, libros omnes manuscr. habere *lateramina*: vulg. autem *latera omnia*: diu multumque dubitavi, utram lectionem probarem. ad extremum, lectionem veterem sequi malui, idque tutius esse judicavi. Accessit, quo facilius hanc scripturam probarem, quod vasa vinaria, cum sint fere rotunda, latera non habent: *lateramina* autem, i. e. lateres, habent, cum sint fictilia, et ex terra constant. *Vasi* autem, quod in superioribus duabus editionibus prætermiseram, quia nullo in codice repereram, in hac editione tandem reposui, Capellæ auctoritate secutus: quem homo contumeliosus, et de me male meritus, testem prodaxit. Nam libri omnes et vulg. et manuscr. habent *vasis*. 'Vas' autem et 'vasum' dixisse veteres, testatur et Carisius: nullo quidem scriptore teste producto: sed licet hoc auctoris locupletis, Fabii Pictoris, testimonio confirmare. Sic igitur ille apud Nonium in voce 'polubrum': 'Aquam manibus, pedibusque dato: polubrum sinistra manu teneto: dextra vasum cum aqua:' et Plauti in Trucul. 1. 1. 33. 'Aut emta ancilla, aut aliquod vasum argenteum,' &c. et Catonis apud Gell. 13. 23. 'Neque mihi ædificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est in manu pretiosum: neque pretiosus servus, neque ancilla.' Lamb. Dolia enim lateritii operis erant. *Faber.* Dolia enim vinaria lateritii operis erant, Horatio 'Testæ:' et ex latere 'Lateramen,' ut ex ferro 'Ferramen,' ex ære 'Æramen,' &c. *Creech.*

233 *Ut insinatur*] I. e. ubi, vel cum insinatur. Lamb.

235 *Ætatem*] Longissimum tempus, diutissime. sic Plaut. Amphitr. 4. 2. 3. 'eo modo, ut profecto vivas ætatem miser.' idem Curcul. 4. 3.

23. 'sed vives per me ætatem quidem.' Idem Pseud. 1. 5. 100. 'De Jovem testem tibi, te ætatem impune habiturum.' Idem Pœnal. 3. 3. 23. 'Bono si quid malefacias, ætatem expetit.' Sic et Ter. Eun. 4. 5. 7. 'an abiit a milite? C. jamdudum ætatem.' Idem Heaut. 4. 3. 38. 'Quid? (malum) me ætatem censes velle id adsumularier? Unus est dies, dum argentum eripio: pax, nihil amplius.' ubi tamen vulgo legitur, *Quid? malum, me tandem.* Idem Hecyr. 5. 1. 21. 'Nam neque ille hoc animo erit ætatem: neque pol tu eadem istac ætatem.' Lamb. Ter. Eun. 4. 5. 'Jamdudum: ætatem lites sunt inter eos factæ Maxumæ.' 'Jamdudum ætatem' pro longinquo tempore: Lucillus, 'Ut multos mensesque, diesque; non tamen ætatem:' Donatus. Creech.

236 *Usque adeo pollens*] Sic restitui a quinque libris manuscriptis admonitus, in quorum tribus scriptum est *tollens*, in duobus *tollens*. nisi quis dicat, legi posse *cellens*, pro excellentis: ut sit simplex pro composito. quod nimis probo. Vulgata lertis autem, *condens*, subdititia et adlterina est. Lamb. *Usque adeo tollens*. Ita vet. libri. Quidam: *tollens*, ut sup. *protollere*, quidam: *protollere*. Lambinus facit: *pollens*. Vulg. *condens*. Gifan. Recte Lambinus, *pollens*, et valet Gifanii *tollens* et aliorum *condens*, vel *cellens*, viz. excellens. Creech.

237 *Et dominantior*] Et potentior, *εγπαρρωτέρα, επωρρωτος, εγπαρρωτα*. Lamb.

Hæc] *Vis fulminis*. Lamb.

238 *Nunc ea quo pacto gignantur*] Cum ortum fulminis exquiras, observandum est nunquam sine nubibus densis fulminare; nisi enim spissæ essent nubes, atque alte extractæ, non illa grandinis et imbris copia fulmen sequeretur: in istis igitur nubibus concipias ventam pernici motu circumrotatum isto motu coles-

centem, et multa ignis semina e nubibus istis exprimentem: tandem vel motu suo vel ab igneis istis particulis accensum ingenti cum fragore, et immanti impetu erumpere: ista autem eruptione ita concutit et distrahit nubium partes, ut totæ in grandinem abeant, vel in imbrem dissolvantur. Hæc vas. 65. Creech.

240 *Avellere signa*] Sic reposui, secutus scripturæ veteris non obscura vestigia. Nam libri vulg. habent *signa*. Etiam hæc emendationem dissimulanter arripuit Zoilus. Lamb. Ita vet. quidam libri, ut et sup. 2. 196. In vulg. *signa*. Gifan.

241 *Monumenta*] Ut statuas, sepulcra, tropæa, porticus, theatra, templa, arcus triumphales, et similia. Lamb.

Demoliri] Quidam libri scripti habent *commoliri*. Ego scripturam vulgatam retineo: neque tamen antiquam damno. Lamb. Vet. libri fere *commoliri*. Marullus: *demoliri*, ut et vulg. Gif. Alii, *commoliri*. Faber. et Creech.

244 *Neque te in promissis plura morabor*] Sic sup. 5. 92. 'Quod superest, ne te in promissis plura moramur,' &c. ubi admonuimus, a quibusdam viris doctis legi *ne te promissis*, &c. sine præpositione *in*. Lamb. *Neque te in promissis*. Ita ex vet. libris ponui, ut et sup. 5. 92. Gifan.

Plura] Amplius. Lamb.

245 *Atque putandum Nubibus extractis*] Sic legendum, non, ut in quibusdam lib. *extractis*, neque, ut in nonnullis, *extrusis*. alte *extractis* autem, i. e. alte exaggeratis, et densis. sic Marcus Tullius dixit lib. 2. de leg. 'sepulcrum altius extruere.' idem 5. Tuac. translate, 'Mense conquisitisimis opulis extruobantur.' et Hor. Sat. 2. 6. 105. 'Quæ procul extractis inerant hestera canistris.' hic quoque sui similis fuit Zoilus. Lamb. *Atque putandum est Nubibus extractis*. Ita sup. Alii: *extractis*,

extrusis; male. Gifan.

246 *Nam cælo nulla sereno*] Nam eadem est venti, terræ motus, tonitrus, et fulminis materia, et (ut ita dicam) essentia, nempe sicca exhalatio, ut scribit Aristoteles libro secundo meteor. in extr. ex hac enim super terram quidem fit ventus: in terra autem, seu sub terra, terræ motus: in nubibus vero vel imber, vel tonitrus, vel procella, vel fulmen. *Lamb.*

250 *Undique, uti tenebras omneis*] Quattuor versus qui deinceps sequuntur, sup. positi sunt lib. 4. non longe a principio. *Lamb.*

256 *Demissum fulmen*] Sic legendum, non *demissum fulmen*; nigrum enim nimbum expressit similitudine fluminis piceæ e cælo demissi. Hic quoque Zoilus fuit malignus, et *βδωνος*, et *κρυόμυα*. *Lamb.* Vulg. *fulmen*, male. Hac in re sæpissime variatum. *Gifan.*

255 *Præterea persæpe niger quoque per mare nimbus, Ut piceis e cælo demissum fulmen, in undas Sic cadit et fertur tenebris procul, &c.*] Fateor, neque me illius pndet, non intelligo quid hoc sit negotii, *Nimbus fertur tenebris procul*; sed hoc me beat, lector, quod nec tu fortasse, imo, certa res est, non intelligis. Quid autem, donec plus ingenii et tu et ego habeamus, vel certe meliorem magistrum nacti fuerimus, quid, si legeretur, *et fertur terris procul*? Non ita, ut opinor, male; cum scilicet antea occurrerit, 'persæpe niger quoque per mare nimbus.' Nautæ vero quanto 'a terris' absunt longius, tanto et iis a tempestate gravius periculum est, quippe qui in tutum se vix satis temporis recipere possint. *Faber.* Ego autem videor intellexisse, nempe fertur valde tenebrosus per mare, procul ab iis qui in terra collocati horrescunt. *Creck.* Isaacus Vossius, et annotator noster, ex ejusdem noster, seu conjectura: *Et fertus tene-*

bris. Ita scripsisse Lucretium omnino crediderim, ut sit simplex pro composito, 'fertus' pro referus, ut 'pletus' pro repletus, et similia apud Nostrum. Sic ignibus et 'ventis repletum' hunc nimbum dicit, versus ab hinc tertio: et pariter in præcedentibus: 'tenebris magnas cæli cavernas compleri.' Constructioni tamen obstat particula, et, ante verbum, quod sequitur. Vide igitur, num scripserit Lucretius: *Et fertus tenebris, procul attrahit atram Fulminibus gravidam tempestatem, &c.* 'Attrahit,' dum flumina ritu, ex densa lateque suspensa nube descendit. Simile quid nautis nostris vocitatur *een slorp*, sive *een slurp*, q. d. voraginem, gurgitem, &c. *Preig.* et *Haw.*

260 *Horrescant*] Homines. *Lamb.*

Ac tecta requirant] Immo etiam specus subeant. Quod de Tiberio traditum est. *Lamb.*

263 *Inædificata*] Exaggerata, et extracta. Tralatio est. proprie usurpavit Cæsar lib. 1. de B. C. 'Portas obstruit, vicos plateasque inædificat, fossas transversas in viis perducit.' et Marcus Tullius orat. de harusp. resp. 'In domo tua est inædificatam sacellum.' Quanquam hoc proximum exemplum aliquantum a superiore discrepat. *Lamb.* Mox, ut et antea, 'extractis alte nubibus.' *Fab.*

265 *Nec tanto possent venientis opprimere imbri*] Ita vet. libri. In vulg. pro *venientis: hæc terras*. Marullus: *tantos imbres*. Quidam: *viventes*. *Gif.* Secutus olim fueram codices vulg. qui sic habent, *Nec tanto possent hæc terras opprimere imbri*. Et tamen antiquam scripturam lectori indicarem: quæ talis est, *Nec tanto possent venientes opprimere imbri*: unde quosdam suspicari scripseram, legendum *viventes*, i. e. homines, seu animantes. vulgatam autem illam sic declarabam: et hæc, videlicet fulmina, non possent, &c. Ne illud quidem omiseram, quibusdam videri legendum, et

sup. *Obrueret terras, &c.* ut subintelligatur vox tempestas: et hic, *Nec tanto possent terras hac oppr. imbri, &c.* et versu seq. *Flumina abund. ut faceret.* Nunc vero antiquam sic leviter immuto, *Nec tanti possent venientes opprimere imbres, Flumina, &c.* ad 'opprimere' autem subintelligo nos, seu animanteis. Licet etiam sic legere, non ita longe ab antiqua scriptura. *Nec tanto possent viventes opprimere imbri,* ut subintelligamus nubila: et 'viventeis' sit accusandi casus, et significet animanteis. Superiorem lectionem adjuvat versus, qui est l. 286. 'Nec validi possunt pontes venientis aquae vim subitam tolerare,' &c. 'Viventes' autem pro hominibus et animantibus etiam Arnob. posuit lib. 1. 'A quo (Christo) jam dudum tanta et accepimus dona viventes, et expectamus, dies cum venerit, ampliora?' Quamquam 'viventes' apud Arnobiam proprie potius videtur positum, pro iis qui vivunt, ut sit, nos qui vivimus, vel interea dum vivimus. *Lamb.* Hæc viz. nubila, ut enim obruant terram caligine, ita imbre opprimunt: nec video cur huic lectioni præferatur alia *Nec tanti possent venientes opprimere Imbres.* Creech.

266 *Camposque nature]* Hoc eod. lib. inf. 403. 'quid undas Arguit, et liquidam molem, camposque natanteis?' et lib. 5. 489. 'Angebat mare manando, camposque natanteis.' 'facere abundare flumina' autem, usitatum loquendi genus Lucretio, et aliis bonis scriptoribus: de quo supra non longe, vs. 212. 'quæ faciunt flammæ fulgere colores:' et item 3. 102. 'quod faciat nos Vivere cum sensu,' &c. *Lamb.*

265 *His igitur Ventis]* I. e. talibus igitur ventis atque ignibus omnia æris loca referta sunt: ideoque passim, id est per totam cæli regionem, et per omnes ætheris partes, tonitrua et fulgura gignuntur et excitantur.

Vocem *plena* junxit cum auferendi casu, cum M. Tullius soleat fere cum patrio conjungere. *Lamb.*

270 *Quippe etenim supera]* Paucis ante versibus; vs. 204. 'Hæc etiam fit uti de causa mobilis ille Devolet in terram,' &c. *Lamb.*

273 *Hic ubi ventus eas idem]* Ordo: Ubi igitur hic idem ventus, qui eas in unum quemvis locum forte cogit, expressit, &c. *Lamb.*

274 *Vaporis]* Caloris, ut sæpe alibi, et fere semper. *Lamb.*

275 *Seque simul cum eo]* In præpositione 'cum,' m non eliditur: quod neque huic scriptori, neque aliis nonnullis est inusitatum, ut alias admodum. *Lamb.*

276 *Insinuatus ibi vortex]* I. e. tum ventorum globus ingressus, vel intromissus, circumagitur in aëre, et fulmen veluti quibusdam calidis fornacibus intus fabricatur, parat, excudit, et exaudit. *Lamb.* In cavis viz. et profundis nubium spelæncis. *Creech.*

278 *Nam duplici ratione accenditur]* Nam dnobis modis vortex ille venti, seu ventus ille conglobatus et convolutus, ignem concipit, i. e. fit fulmen. *Lamb.*

Ipsæ suapte Mobilitate] Libri vulg. habent, *ipse sua cum,* &c. quidam legunt *ipse suaque;* ego *ipse suapte* hac editione reposui: quamvis olim *ipsa sua nam* ediderim? Quam lectionem alii a vide sunt secuti. Sunt autem hi duo modi, quibus ventus ille convolutus et conglobatus, fit fulmen. Ipse (inquit) vortex et ex sua ipsius mobilitate, hoc est sua celeritate, sive suo celerrimo motu, calorem contrahit, et e contactu ignis. *Lamb.* Alii, *ipse suapte,* melius forsitan; non enim placet vocis istius 'nam' repetitæ sonus. *Creech.* Videtur mihi scribendum esse *quom* (nam plurimi Mss. cum habent) i. e. quom et ipsa calecit, pro calefiat, sua mob. &c. *Hav.*

279 *E contagibus*] I. e. e contactu. 'contagibus,' a singulari contages: quo utitur sup. 3. 734. 'Et mala multa animus contagi fungitur ejus.' et 4. 337. 'Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.' et inf. 1241. 'contagibus ibant.' *Lamb.*

281 *Incessit*] Invasit. *Lamb.*

Maturum tum quasi] Si non addidisset 'quasi,' tralatio esset: nunc autem est *lucubr.* Tum (inquit) fulmen, quasi maturum, quippe ubi ventus percalcuit vel suo motu, vel igne foris concepto, (fulmen enim nihil fere aliud est, quam ventus incensus, ut supra diximus,) tum (inquam) percindit subito nubem, &c. *Lamb.*

284 *Diaplosa repente*] Supr. eod. lib. 130. 'Sæpe ita dat sonitum pariter diaplosa repente.' *Lamb.*

Diaplosa repente Opprimere ut cæli videantur] I. e. ut cælum diaplosum, videatur jamjam casurum, et sua ruina mortaleis terrasque omnes oppressurum. *Lamb.*

286 *Pertentat*] Percipit, pervadit, permovet. sic Virg. Georg. 3. 250. 'Nonne vides, ut tota tremor pertentat equorum Corpora,' &c. Idem *Æn.* 7. 355. 'Ac, dum prima lues udo sublapsa veneno Pertentat sensus,' &c. Idem contra de gaudiis, *Æn.* 1. 506. 'Latone tacitum pertentant gaudia pectus,' et 5. 828. 'Hic patris Anchisæ suspensam blanda vicissim Gaudia pertentant mentem.' *Lamb.*

289 *Quo de concussu, &c.*] I. e. ex qua concussione, seu commotione, &c. *Lamb.*

Uber] Multus, abundans. *Lamb.*

Quo de concussu sequitur gravis Imber et uber, Omnis uti videatur in Imbrem vertit Æther Atque ita præcipitans ad diluviem revocare] Monet interpretes, horum versuum postremum a Prisciano in 5. grammatices productum fuisse: quod fortasse tanti non est, ut anxie queratur: de primo quidem

affirmare possum: de tertio autem, non ausim. Sed, ut ut sit, quomodo-cunque olim tertius ille lectus fuerit, mendam in eo esse arbitror; nec tu, aliorum ibis si mecum otiose et placide seriem verborum ipsorum attenderis: 'Aër videtur in imbrem verti, et revocare ad diluviem.' Nihil sentis? poteras tamen. Quid enim? ille aër, quos, quas revocare videtur? Eequid dubitas quia vox aliqua exciderit, quæ in quarto casu esset? Deinde ad quam diluviem? *Ogygianne*, an *Deucalionæam*? Quamobrem a me non est ut impetretur, quin pro *Atque ita præcipitans ad diluviem revocare*, legi oporteat, *Atque ita Pyrrhæ nos ad diluviem revocare*; Hor. Od. 1. 2. 4. 'terrui urbem, Terruit gentes grave ne rediret Sæculum Pyrrhæ, nova monstra questæ.' *Faber.* Ingeniose quidem, at tota hæc Critica pendet et scrupulosa nimis vocis istius, 'revocare,' acceptance; cui non favet ipse *Lucretius*: vid. 5. 256. 'Pars etiam glebarum ad diluviem revocatur Imbribus.' *Creech.*

291 *Præcipitans*] Præceps cadens: hunc versum profert *Priscian.* lib. 5. *Lamb.*

292 *Discidium*] Sic habent lib. manuscr. 'discidium' autem a verbo discindo natum est: de quo sup. diximus. *Lamb.*

294 *Est etiam quom vis*] Est cum, est quando, more Græcorum dictum, *ἔστιν ὅτε*: quod valet 'aliquando,' et 'interdum': hoc igitur dicit *Lucretius*: Interdum etiam vis venti extrinsecus 'incita,' i. e. incitata, &c. *Lamb.* Si ventus inclusus nubem per-rumpere non valeat, a vento extrinsecus impingente adjuvari possit, quocunque autem modo dirumpatur nubes, maturum fulmen excidat necesse est. vs. 5. *Creech.*

295 *Maturo fulmine*] Sic sup. non longe, vs. 281. 'maturum tum quasi fulmen.' hoc tantum interest, quod illic est *eladov*, ut diximus; hic mera

translatio. *Lamb.*

296 *Peracidit*] Perfragit, sic paullo ante, vs. 179. 'quam cum peracidit,' &c. *Lamb.*

Igneus ille Vortex, quod patrio] Non temere additum est 'igneus,' nam si esset vortex sine igne e nube percussa abruptus, non esset fulmen, sed *râpâs*, i. e. vibratus *larveplas*, seu vibrata procella: cui rei testimonio est Plin. 2. 43. his verbis: 'Sin vero depresso sinu arctius rotati flatus nubem effregerint sine igne, i. e. sine fulmine, vorticem faciunt, qui typhon vocatur, i. e. vibratus ecœphias.' neque ab his admodum discrepent quæ leguntur apud Arist. meteor. 3. 1. *Lamb.*

297 *Quod patrio vocitamus*] Cod. Memmianus habet, *quod Latio vocitamus nomine fulmen*. Græci autem *εσπάρωδω* appellant. *Lamb.* Quidam codex: *Latio*: sed ex glossa. *Gifan.*

298 *Hoc fit idem*] Sic habent complures lib. manuscr. et aliquot vulg. in his Parisien. alii habent, *Hoc fit idem*. *Lamb.* In quibusdam: *idem*. *Gifan.*

299 *Fit quoque ut interdum, &c.*] Dnos alios modos quibus fulmen pareretur subjungit Lucretius, quorum prior vs. 9. continetur. Quippe ventus sine igne e nubibus erumpens longo cursu et pernici motu incalescere possit et accendi; neque illud incredibile, cum globulus v. g. plumbeus e tormento emissus liquefiat; hoc quidem non adeo verum est, sed multas res motu pernici accendi nominem vides qui diffiteatur. *Creech.*

300 *Ignescat*] Inflammetur, exardescat, ignem concipiat. *Lamb.*

301 *Corpora quaedam Grandia*] Grandia, atque ita ab ignea natura aliena. ignis enim constat ex corpusculis parvulis et subtilibus, ut docuit lib. 2. *Lamb.*

302 *Conradens*] Colligens, sumens, conquirens, petens. sic inf. 443. 'Vortex conradens ex aëre semina nubis.'

sup. l. 402. translate posuit, 'fidem dictis coaradere nostris.' *Lamb.*

305 *Non alia longe ratione, ac plumbea*] Sic sup. 177. 'plumbea vero Glana etiam longo cursu volvenda liquescit.' *Lamb.*

306 *Rigoris*] I. e. frigoris, ut sup. 5. 639. 'Brumaleis usque ad flexus, gelidumque rigorem.' et inf. 367. 'Prima caloris enim pars et postrema rigoris.' *Lamb.* Multa frigida corpora: inf. vs. 367. et 5. 639. 745. *Creech.*

308 *Fit quoque, ut ipsius, &c.*] Posterior vs. 14. ventus in rem aliquam impingat, ad ictum tam ex vento quam ex re percussa semina ignis confluant, inde ventus accenditur, et fit fulmen: talem autem seminum ignis confluxum fieri posse demonstrat ferri et siliis confictus: neque quis objiciat ventum esse frigidum; (illud autem minime concedendum cum motu tam pernici fertur;) ferri enim natura non minus frigida, at e ferro percusso ignes evolvant. *Creech.*

Ipsius plagam] Ipsius ictus. *Lamb.*

310 *Percutit*] Nonnulli volunt legi *perpulit*: alii *porcutit*, in presenti. *Lamb.*

311 *Elementa vaporis*] Principia caloris. *Lamb.*

312 *Et simul ex illa, &c.*] Et simul ex illa re, quæ res tum plagam accipit, seu quæ percutitur ac pulsatur. *Lamb.*

313 *Ut lapidem ferro cum cadimus*] Sup. eod. lib. 160. 'cœu lapidem si Percutiat lapis, aut ferrum.' *Lamb.*

Evolat] Emicat, exsilit. Tralatio est. *Lamb.*

314 *Nec quod frigida vis sit*] I. e. nec, quia ferrum frigidum est, ideo minus illa caloris semina ad plagam concurrant. *Lamb.*

317 *Opportuna fuit si forte*] Si forte fuit apta ad ignem accipiendum. *Lamb.*

318 *Nec temere omnino, &c.*] I. e.

nec omnino sine magna causa, aut ratione, ventus frigidus esse potest, ex quo tempore, seu ex quo loco, tanta vi immisus est: ut non, si in cursu, i. e. interea dum fertur, non concipit ignem, neque accenditur, at saltem perveniat in loca inferiora, jam caloris particeps, et cum calore mistus. *Lamb.*

322 *Mobilitas*] Nunc mobilitatis quæ est in fulmine causas affert. *Lamb.* Pernicitas et vehementissimus ictus fulminis e supra positus facile explicari potest. Nam ventus nubibus inclusus fremit et fervet, omnia nubis latera pertentat, exitumque quærit, ideoque cum perruperit magno cum impetu evolet necesse est; vs. 7. Adde quod e minutis et lævibus seminibus constat, ideoque per inanes meatus aëris transit; vs. 5. His subjunge illius gravitatem, eamque ictu maxime adactam vs. 5. Deum vs. 8. adde quod e longinquo cadit, ideoque plures celeritatis gradus momento quolibet acquirit, forsan etiam ab ipso aëre adjavatur. Et quid mirum si corpus grave magna cum vi erumpens, et ab aliis corporibus protrusum, magna celeritate cadat, et graviter percellat omnia? *Creech.*

324 *Incita se vis*] Sic legendum potius, quam *insita*, si lib. manuscr. fidem habemus. *Lamb.* Ita veteres libri. Vulg. quidam: *insita*. *Gifan.*

325 *Conamen sumit*] Conatum sumit. Sic loquitur et inf. 1039. 'Et partem in quamquam conamina sumit.' *Lamb.* Metaph. ab iis, qui, collectis viribus et spiritu, se se ad cursum parant. *Faber.*

326 *Capere*] *Χαπεῖν*, recipere, tanquam vas. *Lamb.*

Impetis auctum] I. e. impetus magnitudinem, seu incrementum. *Lamb.* Dicebant enim 'impetis' pro impetu; unde frequens hodieque apud poetas recentiores 'impete.' *Faber.* *Impes* [non *impetis*] non solum usita-

tum poëtis, sed et Floro, ut recte observatum Salmasio, qui tamen non vidit alterum locum ubi de Gallis agit, ubi similiter reducendum: *impes* Notæ Mss. Vossii seu Beverl. ad marg. Annot. Fabri.

327 *Exprimitur*] *Ἐκβάλλεται*. *Lamb.* *Volat*] *Tralatio*, ad significandum et illustrandum adhibita. *Lamb.*

328 *Ut validis quæ de Tormentis*] Alia illustratio, a simili. *Lamb.*

329 *Adde quod e parvis, &c.*] Sic sup. 2. 384. 'Dicere enim possis, caelestem fulminis ignem Subtilem magis e parvis constare figuris,' &c. *Lamb.*

330 *Nec facile 'et tali naturæ obsistere*] Sic paullo ante: 226. 'quod nil omnino obsistere possit.' *Lamb.*

331 *Inter enim fugit*] I. e. nam fugit inter omnes res, in quas incidit, si modo sint raræ, et non solidæ. *Lamb.*

Per rara viarum] Sic habent omnes libri vulg. præter Florentinos: quibuscum (vulgatos illos dico) congruunt quatuor libri manuscripti. neque video, quamobrem quiequam immutare debuerit Marullus: qui reposuit *per aperta viarum*. Nam significat (opinor) Lucretius; fulmen penetrare in corpora per raras vias, quæ scilicet insunt in corporibus non solidis, sed raris, quale est lignum. nam quæ sunt solida et dura, vel discutit et disturbat, ut saxa: vel liquefacit, ut aurum: vel comburit, ut ossa. *Lamb.*

332 *Non igitur multis offensibus*] I. e. non igitur offendit in multas res, quæ id remorari et retardare possint; vel quibus retardatum hæsitet. *Lamb.*

334 *Deinde, quod omnino, &c.*] Alia ratio mobilitatis fulminis: quæ sumitur ex eo, quod supra probavit 2. 184. omnia corpora deorsum ferri, nulla sursum: 'Nunc locus est (ut opinor) in his illud quoque rebus Confirmare tibi, nullam rem posse sua vi Corpoream sursum ferri, sursumque meare.' *Lamb.*

Pondera deorsum] Sic vet. libri;

recte. Vulg. *deorsum*. Quidam vet. *deorum*. Sic et 3. 1029. *Gifan*. in *Ed. post. tantum*. *Deorsum*: Gifanii illud *deorum*, absque *r*, forsam respondet *ῥῆ* 'snum' pro sursum, quod agnoscunt Glossæ Lat. Gr. similiter 'prosa' oratio ex prorsu, &c. *Preig*.

338 *Discutiat plagis*] Disturbet, et diruat icibus. *Lamb*.

Itinerque sequatur] Profert hunc locum Nonius in voce *itiner*: affertque testimonia aliorum antiquorum scriptorum, ut Turpil. in *Thrasyl*. 'Age, age: ingrediere: atque ntinam istnc perpetuum itiner sit tibi:' et Pacuvii *Atalanta*: 'Dolet, pigetque magia magisque me, conatum hoc nequicquam itiner.' *Lamb*.

339 *Denique quod longo*] Postrema ratio, quamquam subjicit ei et aliam, sed quasi dubitans. *Denique* (inquit) quia fulmen longo spatio, et longo tractu atque impetu fertur, idcirco credibile est, id mobilius fieri, et mobilitatem adipisci: quæ inteudivitendo. *Lamb*.

342 *Num facit*] *Mobilitas*. *Lamb*. Longus ille viz. impetus: nam fulminis semina, ut aliarum rerum corpuscula, vaga sunt, neque ad certum locum determinata, longo vero illo impetu dirignantur: hunc locum, ab aliis non satis explicatum, recte mihi videor interpretari. *Creech*.

Ut, quæ sint illius semina cumque] *Tmesis*: quæcumque illius sint semina: 'illius,' videlicet fulminis. *Lamb*.

343 *E regione*] *Directo*. Tollenda autem distinctionis nota est post vocem 'regione,' et locanda post particulam 'cumque.' *Lamb*.

344 *Omnia conjiciens in eum volventia cursum*] Horum verborum ordo difficilis est: ego hunc esse puto: conjiciens, ea (inquam) mobilitas, omnia semina 'volventia,' i. e. volubilia, ut sit absolutum, quemadmodum 5. 920. 'Multaque per cælum solis volventia lustra:' vel, se convolventia in eum cursum: vel sic, conjiciens

omnia semina volventia cursum in eum locum. *Lamb*.

345 *Forsan et ex ipso*] Alia causa mobilitatis, nempe quia fulmen, dum fertur, quædam corpora ex aère secum trahere potest, quæ angeant ejus mobilitatem. At quæ alia ex aère corpora trahere potest, quam venti semina? Atqui Aristoteles *Meteor*. 3. 1. in extremo ait, semper ventum esse comitem fulminis, semperque ei præire, cujus rei hoc argumentum affert, quod ea quæ a fulmine jamjam tangenda sunt, prius quam percutiantur, moventur, utpote vento prius in ea irruente. *Lamb*.

346 *Intendant*] Amplificant, argent. *Lamb*.

347 *Incolumeisque venis*] Nunc rationem exponit, quamobrem per quasdam res integras et incolumeis transeat: quasdam perfringat ac disturbet, aut liquefaciat ac dissolvat: vox 'incolumeis' accusandi casus est, numeri multitudinis, ut et hoc totum quod sequitur, 'multa integra:' significat enim, fulmen transire res multas integras. *Lamb*. Non omnia in quæ incidit diffringit fulmen; rara corpora integra manent et illæsa; nam per illorum meatus libere transit subtilis ignis: solida, æs, aurum, &c. dissolvit, quia in solida corpora impingit, et eorum poros ingressus, dum exitum non invenit, dirungit ipsa corpuscula, metalla liquefacit, saxa redigit in pulverem. *Creech*.

348 *Foraminibus liquidis*] Quia (inquit) ignis per foramina rerum liquida, i. e. patentia et aperta, transvolat: quod simile est, ut si diceret, ignem per res foraminosas et raras transire, cujusmodi sunt lignum, corium, vestis, et simil. Atque hujus quidem scripturæ, quæ in omnibus fere libris reperitur, hæc sententia est: sed in quodam exemplo Basilicæ impresso, anno 1531. sic legitur, *foraminibus liquidus quia transvolat ignis*

quæ lectio si cui probabitur, hæc erit ejus sententia: ignem 'liquidum,' i. e. purum et sincerum, transire 'per foramina rerum,' seu per res foraminosas, et minime solidas. Præterea non est celandus lector, omnibus libros manuscr. habere, partim quia *transviat ignis*, partim quia *traviat ignis*. Unde mihi videbatur legendum *trameat*, quod et homini cuidam injustissimo, pessimeque de me insonte merito, venit in mentem. *Lamb.* Apertis, vel inanibus; sed *liquidus* forsitan legas, viz. ignis subtilis. *Creech.* Vide ad hunc locum, et Lambini ad eum commentarium, Joh. Mellerum Palmerium, Tom. quarto Fac. Crit. pag. 614. *Præig.*

349 *Multaque perfringit, &c.*] I. e. multa etiam perfringit fulmen, nempe dura, et solida, et resistentia; quæ sunt saxa; cum in talia corpora incidit, qua parte texta coherescunt. *Lamb.*

350 *Corporibus rerum incid.*] In corpora rerum incidit. *Lamb.*

Qua texta tenentur] I. e. qua parte res sunt densissimæ, solidissimæ, et maxime contextæ. *Lamb.*

351 *Dissolvit porro facile æs*] Ratio, quamobrem æs et aurum a fulmine facile dissolvantur et liquefiant. *Lamb.*

352 *Vis] Æris, et auri.* *Lamb.* Vis æris et auri, inquit interpres; sed fallitur; quod et ratio et versus sequentes probant; vis enim illa fulminis est, non auri: 'Quæ facile insinuantur, et insinuatæ repente Dissolvunt nodos omnes, et vincula relaxant.' Sed res plana est, neque monuisse, ni adolescentibus ab auctoritate docti hominis periculum esset. *Faber.*

353 *Nodos*] Copulas, compages, conjunctiones, *συνδέμους*, composituras. *Lamb.*

354 *Auctumnoque magis*] Cur auctumno et vere crebriora sint tonitrua et fulmina. *Lamb.* Questionem so-

lennem de crebrioribus folminibus hæc potius quam illa tempestate sic exponit: *Auctumnoque magis stellis ardentibus alta Concutitur cæli domus undique, totaque tellus*: error manifestissimus: sed quam ille manifestissimus est, tam certissima emendatio est, quæ olim Notis Phædri nostri inserta fuit: Ita igitur ibi scribebam: Faciet autem hoc mendam in Phædro animadversum et sublatum, faciet, inquam, ut insignem Lucretii locum in 6. quem vitiatum esse primi animadvertimus, purgare aggrediamur. Cui enim potius quam tanto poetæ, quique omnium elegantiorum hominum studio ac cura dignissimus sit, operam navatam oporteat? Versus, queis de agitur, hi sunt, *Auctumnoque magis stellis fulgentibus alta Concutitur cæli domus undique, totaque tellus*. Sed, lector humanissime, hoc nisi molestum est, ex te quæsitum velim, quid hoc sit, 'domus cæli et tellus concutitur stellis fulgentibus?' Nugæ, meræ nugæ; nam præter sonam et granditatem sublimitatemque verborum, nil quidquam frugis est. Cum autem ibi a poetâ doctissimo posita sit quæstio hæc, 'Cur auctumno et vero tempore frequentius tonare videamus?' quis neget legendum esse, *Auctumnoque magis stellis fulgentibus alta Concutitur cæli domus undique, totaque tellus*. 'Tela' autem 'fulgentia,' fulmina sunt, Virg. Horat. Ov. atque adeo omnium poetarum testimonio: neque me in proferendis *γυρῶνibus* longarum *ἡρώων* lascivire, et otio abuti juvat. Quin et Herodotus alicubi (certus dico) fulmen vocavit *θεοῦ βέλος* 'telum Dei.' Error autem adeo fardus, *magis stellis*, ortus est, quemadmodum subindicavi modo, ex *ἰσπερώων* seu conjunctione harum vocum, *magis-stellis*, unde postea divisim scriptis, et geminato S, concinnarunt ineptam hanc et ridiculam lectionem, quæ porro omnes editiones invasit. *Faber. Leg. Stellis ful-*

gentibus apta: vel cum Fabro (quamvis ista lectio non sit adeo necessaria) *telis fulgentibus* i. e. Fulmine. Vss. 23. inquiritur cur autumno et vere frequentius quam hyeme et æstate (quod quidem de quibusdam Italiæ regionibus intelligendum) fulminet? Quia viz. cum fulmen sit igneæ naturæ, atque e densis nubibus erumpit, tam fulmina sunt maxime expectanda, quando calida est tempestas, et frigoris non omnino exspectari, nam ubi nullus calor, ibi frustra requiratur ignem; nimius autem calor non patitur ut densentur nubes. At in vere et autumno calor cum frigore miscetur; inde nubes, venti, ignis, tumultus tandem in aëre, e quibus tonitru, fulgur, fulmen. Creech. Nihil inuito. *stellis fulg.* dicitur hic, uti 'sedibus,' &c. 2. 600. *Hæc.*

357 *Alta Concutitur cæli domus*] Snp. 2. 1100. 'Nubibus ut tenebras faciat, cælique serena Concutiat sonita.' *Lamb.*

359 *Frigore enim desunt*] Forte: *desunt.* Gifan.

363 *Nam fretus ipse anni*] Hunc versum profert Nonius, ut probet, utrumque esse usitatum Latinis, 'fretum i,' et 'fretus us,' mascul. gen. profert ille et hoc Varronis: 'Inter Italiam et Siciliam, qui est fretus inter Rhægium et Messanam.' testatur et Carisius, 'hic fretus, hujus fretus,' narratum esse ab antiquis: profertque aliquot exempla ex Porcio Licinio, Messala, et M. Tull. Idemque docet A. Gell. 13. 19. Errat igitur et Priscianus, qui lib. 1. 'fretum' positum esse a Lucretio pro *freto* scribit, quasi 'hic fretus, hujus fretus,' non sit in usu. Quod tamen idem fatetur lib. 5. et Marullus, qui, enim secutus, legit hoc loco, *Namque frit ipse anni.* per 'fretum anni' autem, eas anni partes, quæ sunt inter frigus et calorem interjectæ, significat Lucretius, a similitudine maris angusti, in-

ter duas terras, quod fretum proprie appellant Latini a fervendo: quia in talibus angustiis maxime mare effervescent, atque æstuat. Idem Lucret. sup. 1. 721. 'Angustoque fretu rapidum mare dividit undis.' *Lamb.* Ita vocat eas tempestates, quæ frigus et calorem interjacent; ut fretum dividens duas continentes. Dicebant autem 'fretus' et 'fretum,' jam sup. *Faber.* Seneca Nat. Quæst. 7. 28. 'Æquinoctium in calorem frigusque flectentis anni signum.' *Creech.*

364 *Quorum utrumque opus est*] Opus est, i. e. requiritur, seu usus est: ut 2. 814. 'Scire licet nil principiis opus esse colores:' et 4. 1203. 'Nec motus opus sunt nostris uxoriibus hilum:' et item sæpe. *Lamb.*

367 *Prima caloribus enim*] Prima caloribus pars, a quo æstas incipit, et postrema 'rigoris,' i. e. frigoris, in quod hiems desinit, id ipsum tempus est vernum: legendum est autem, *Tempus id est vernum,* quemadmodum habent libri manuscripti, et aliquot vulgati emendatiores, non *Tempus adest vernum.* ut vulg. mendosi. *Lamb.* Prima pars veris adulti, seu (licet mihi ita loqui) veris caput, calor est; finis autem, seu illa pars qua cum hieme committitur, frigus. *Faber.*

368 *Tempus id est vernum*] Quidam libri, *adest,* male. *Gifan.*

369 *Turbareque mistas*] Varro: 'quia cum mare turbat.' idem enim est quod turbari et misceri, antiquitate quadam sancta. *Turneb. Adv. 30. 19.*

370 *Et Calor extremus*] Æstatis. *Lamb.*

Primo cum frigore] Hiemis. *Lamb.*

373 *Confligunt*] Pugnant inter se hiems et æstas. *Tralatio est. Lamb.*

374 *Nec mirum est in eo si tempore*] Sic habent quattuor libri manuscr. et ita legendum est. vulgati autem inter se dissentiunt, omniumque lectio videtur mendosa: qui habent partim, *Nec mirum, si in eo jam tempore,* &c. partim, *Nec mirum, si in eo*

tum tempore, &c. partim, *Nec mirum, si in eo sic tempore, &c.* Harum tamen trium tolerabilissimæ sunt duæ priores. Postrema vero, quæ reperitur etiam in cod. Tettiano, *Nec mirum, si in eo sic, a recta paullum detorta est.* Nam *si pro est, sic pro si* subditum est. Sententia autem hæc est: *Nec mirum est, si in veris et autumnii tempore plurima existunt tonitrua, plurimæque cadunt fulmina, plurimæ denique turbidæ tempestates in cælo cooriuntur: quoniam duæ qualitates tum sunt inter sese pares et æquales, calor et frigus.* Hinc autem bellum anceps oritur, quod non fit æstate, aut bruma. tum enim quia calor aut frigus superat, dominatur, ac præpollet, nullus est bello locus: quod idcirco duellum dictum est, quod duæ partes æquales de victoria contendunt. *Lamb. Nec mirum est, in eo si. ita vet. libri, manu formaque descripti. Gifan.*

376 *Ancipiti bello*] Vere et autumnio calor et frigus contendunt; æstate calor, hyeme frigus dominatur. *Creecch.*

378 *Hoc est igniferi*] *Ἐπιφάνεια. h. e.* (inquit) naturam fulminis pervestigare, atque adeo cernere, et qua potestate seu facultate quidque faciat, videre; non revolvendam et replicantem Etruscorum et haruspicum carmina, i. e. libros Tageticos (qui omnem Etruscorum disciplinam continebant, a Tagete illo pnero Etrusco ex agro Tarquiniensi, cum terra araretur, edito: de quo lege M. Tull. libro secundo de Divin.) non (inquam) Etruscorum libros consulentem, signa voluntatis Deorum obscuræ et incognitæ indagare: quod faciebant haruspices, diviso in aliquot partem cælo, ut sup. diximus, vs. 85. 'Ne trepides, cæli divisis partibus,' &c. *Lamb.* Sacrificulorum Augurumque generi inultat. Istud, inquit, est, scire quæ natura sit fulminis, &c. quod nunquam in libris vestris deliramentorum plenis reperie-

tis: 'retro volventem,' i. e. a capite ad calcem, a calce ad caput volvendo, revolvendo aniles istos libros quos Tyrreni seu Tusci condiderunt. *Faber.* Nihil dici potuit brevius, aut elegantius. *Creecch.*

381 *Indicia occultæ*] Sic habent tres libri manuscr. et Veneti recentiores, et Lugdunenses, et Basilienses. duo manuscr. et Veneti antiq. et Parisiens. et Florent. *Judicia.* quam scripturam rejeci, ut mendosam et corruptam. Nam constat, veteres illos, auspicia, anguria, omina, ostenta denique, et talium rerum observationes instituisse, atque naurpasse, ut ex iis voluntatem Deorum, quam his indicari et significari putabant, cognoscerent. *Lamb.* Ita ex quibusdam vet. et vulg. malni. Alii, *Indicia.* Gifan.

382 *Unde volans*] Hi tres versus deinceps sequentes jam ante positi sunt, statim post enim versum quem modo protuli. *Lamb.*

386 *Quod si Jupiter*] Vult probare, fulmina a Diis non mitti, sed ex certis et naturalibus causis nasci. *Lamb.*

Alii fulgentia Diis] Plin. 2. 52. scribit, 'ex Thuscorum litteris novem Deos fulmina emittere,' quod et Arnobius confirmat lib. 3. adv. G. ex auctoritate Manilii, his verbis: 'Novensileis novem Deos ait esse Manilius, quibus solis Jupiter potestatem jaciendi sui permiserit fulminis.' *Lamb.* Novem enim Dii erant, quibus fulminis jactandi jus a Jove concessum erat. *Faber.*

388 *Quo quoque est cumque voluntas*] Sic habent quatuor libri manuscr. et aliquot vulg. *Quo cuique est cumque voluptas:* alii, *Quo inducit quemque voluptas.* *Lamb.*

Quo ducit quemque] Ita, in vet. nostris, et in vulg. Quidam, *inducit.* Sup. 2. 257. In aliis vet. *quo cuique est cumque voluntas.* Et in quibusdam vulg. *voluptas.* Gifan.

389 *Scelus aversabile*] Sic habent

tres lib. manuscr. quibuscum congruunt Florent. alii *adversabile*, mendose, opinor. 'aversabile' autem 'scelus' interpretor, horrendum, fugiendum, et quod omnes aversari debent. Itaque totum hunc locum sic explico ac declaro: Cur Dii non faciunt ut quicumque a scelere nefario atque horrendo sibi non caverunt, i. e. sese non abstinerunt, ii percussa 'alent fulguris flammis.' i. e. flammis conflagrent, quo sint ceteris mortalibus documento atque exemplo? et potius homines innocentes et nullius turpitudinis sibi conscii, fulmine icti exanimantur? sic Aristoph. Νεφέλ. vs. 398. *Ἐπερ βάλλει τοὺς ἐπίσκοπος, πᾶς δὴ τ' ὄχι Σίμων' ἐνέτηρσεν, Ὀδδὲ Κλέωνιμον, ὀδδὲ Θεόδωρον; καί τοι σφόδρα γ' εἰς ἐπίσκοποι' Ἄλλὰ τὸν αὐτοῦ πᾶν βάλλει, καὶ Ζοίλιον, ἕκρον Ἀθηναίων, καὶ τὰς θρῦς τὰς μεγάλας. Τί παθόν; σὲ γὰρ δὴ θρῦς ἐπιροαί.* i. e. 'Si Jupiter fulmine perjuros petit, qui sit, ut Simonem non inflammarit, neque Cleonymum, neque Theodorum? Atque valde sunt perjuri: sed templum suum petit, et Sannium, Athenarum promuntorium, et quercus magnas. quamobrem? non enim quercus pejerat.' Lamb. In aliis, *adversabile*; non tam recte. *Γίψα. Βδελυρὸν, φευκτὸν*, tetrum, diram. Faber.

390 *Flammis ut fulguris edant*] Ita ex veteribus libris scripsi. In aliis veteribus libris, et vulgatis, *alent*. In quibusdam Vulgatis, *ictu*. Gif.

Flammis ut fulguris alent] Sic legendum: et ita habent libri omnes et manuscripti, et vulgati, sic autem loquitur inf. 522. 'Terraque cum fumans humorem tota rehalat.' Quare *edant*, quod Zoilus substituit, hinc procul arceatur ut profanum. Lamb.

391 *Documen mortalibus*] Esset acre mortalibus documentum, si improbi et impii darent poenas. nunc autem, quia hoc non fit, Iarbas ille apud Virg. *Æn.* 4. 208. sic cum Jove expostulat: 'Adspicis hæc? an te, ge-

nitor, cum fulmina torques, Nequicquam horremus? cæcique in nubibus ignes Terrificant animos, et inania murmura miscent!' &c. Lamb.

392 *Et potius nulla sibi, &c.*] Hanc ex vet. librorum vestigiis scripturam puto verissimam. Vulg. *nulla turpi sibi conscius in re*. In vet. quibusdam; *nulla sibi conscius re*. Gif. Sic restitui hunc versum, conjectura quidem ductus, sed tamen a vetere scriptura admonitus, quæ talis est, *nulla sibi turpi conscius re*. Ex hac enim suspicatus sum præpositionem *in* esse inculcatam, et ita a Lucretio scriptum esse, ut excudendum curavi, præsertim veritate hanc lectionem flagitante. Sic enim Latini loquuntur 'nullius rei turpis sibi conscius,' non 'consciis in re turpi,' quo modo est in libris vulg. Sic enim habent, *Et potius nulla sibi turpi conscius in re*, plane inepte: 'nullæ' autem in patrio casu, antiquum, et antiquis usitatum, ut apud Ter. *Heaut.* 2. 3. 30. 'alteræ Dnm narrat.' Lege quæ annotata sunt supra ad illum locum 2. 778. 'unæque figuræ.' Hanc quoque emendationem sibi arrogavit Zoilus. Lamb.

395 *Loca sola*] *Loca deserta, solitudines*. Lamb.

396 *Con brachia suefaciant*] Sic propemodum edendum curavi in sec. editione, nempe hoc modo, *An tum brachia suefaciant, &c.* sed volueram edi, *An con brachia suefaciant, &c.* ut intelligamus, esse tmesin, pro *consuefaciant* brachia, quo modo sup. 4. 67. quidam de me male meriti non male reposuerunt, ordine eodem, *Quo fuerint, et con forma servare figuram*, Sic igitur nunc restituo hunc locum, nam *consuescunt*, quod vulgo legitur, pro *consuefaciant*, mihi probari non potest. Lamb. Tmesis Lucretio et vet. poetis familiaris, pro *consuefaciant*. Faber. Vossius Pater tamen de *Anal.* 3. 4. ita ut 'adnesco,' 'innesco,' etiam 'consuesco' docuit

interdum actionem significare trans-
euntem, eoque transitivorum more
construi; ut enim Virg. *Æn.* 6. 832.
'nec tanta animis adulescite bella,'
Horat. Sat. 1. 4. 105. 'Insuevit pater
optimas hoc modo Ut facerem;' ita
Columella dixit 6. 2. 'Ubi planstro
aut aratro iuvenum conuescimus.'
Ut ita forsitan melius sit hic non ni-
mis tmesin Lucretianam contra Mss.
fidem urgere; et, ut hic *An tum*, ita
mox vs. 401. 'in eas tum' dixit.
Hæc.

398 *Cur Ipse*] Cur pater Jupiter.
Lamb.

Neque parcat in hosteis] Et cur non
parcat uno telo 'in hosteis?' i. e. ad
hosteis suos perdendos? *Lamb.* Ne-
que parcat telis; et, ut iis minus fre-
quenter utitur, ut, ubi occasio fuerit,
hostes suos male perdat. *Faber et*
Creech.

399 *Denique, cur nunquam cælo*] Sic
sup. eod. lib. 246. 'Nam cælo nulla
sereno, Nec leviter densis mittuntur
nubibus unquam.' sic Aristot. *Me-
teor.* 2. 9. Καὶ διὰ τί ποτε τοῦτο γίγνε-
ται κατὰ τὸν οὐρανὸν, ὅταν ἐπιπέλον
ἢ μόνον, ἀλλ' ὀχιλ' συναχθῶς οὐρανὸν ἀ-
θρίας δ' ὀβριγὸν οὐ γίγνεται; i. e. 'Et
quomobrem hoc fit in cælo, cum est
nebulosum et concretum tantum-
modo, et non ita perpetuo: cælo
autem puro et sereno non fit?'
Lamb.

401 *Ipse in eas tum*] Cum et in
quinque libris manuscr. et in aliquot
vulg. reperissem ita scriptum, *ipse in*
æstum, non, ut in aliis, *ipsus in æstum*,
orta est continuo mihi mendii suspi-
ciao, præsertim jam antea mea sponte
hanc vulgatam fastidienti: quid enim
sibi vult 'descendere in æstum?'
primis igitur cum ultimis comparatis,
et mediis cum extremis, venit mihi
in mentem ita esse legendum, et ita
a Lucretio esse scriptum, *ipse in eas*
tum, &c. Primum enim levis admo-
dum et parva fit immutatio scriptu-
ræ vulgatæ: quippe ex voce *æstum*

sunt duæ, *eas tum*, duarum vocalium
ordine mutato: deinde sententia jam
fit planissima, hoc modo: An simulæ
nubes sursum venerunt, tum ipse Ju-
piter e summo cæli et ætheris ver-
tice in eas descendit, ut in his nubi-
bus 'teli,' (i. e. fulminis,) ictus de-
terminet? 'Descendere' autem tum
Jovem dicunt poëtæ, cum jam jam
futurum est, ut vel tonet, vel pluat,
vel grandinet, velinguat, quasi sine
nubibus, et nisi e cælo in nubibus de-
scendat, neque tonare, neque pluere,
neque grandinare, neque nianguere
possit. Ex hoc Virg. *Georg.* 1. 328.
'Ipse pater media nimborum in nocte
cornuta Fulmina molitur dextra.'
Idem *Ecl.* 7. 60. 'Jupiter et læto
descendet plurimus imbri.' idem
Georg. 2. 325. 'Tum pater omni-
potens fecundis imbribus ætheris Con-
jungis in gremium læta descendit.' et
Hor. *Od.* 13. epod. 2. 'Humida tem-
pestatas cælum contraxit, et imbreis,
Nivesque deducunt Jovem,' &c.
Lamb. Egregie Lambinus ex *æstum*
fecit *eas tum*. *Ipsus* est in vulg. qui-
busdam, sed non in vet. Ita et inf.
vs. 1260. *Gifan.*

403 *In Mare qua*] Cum hoc toto
loco congruit ille apud M. Tull. lib.
2. *Divin.* 'Quod enim proficit, cum
in medium mare fulmen jacit? Quid
cum in altissimos montes? Quid
plerumque fit: quid cum in desertas
solitudines? Quid cum in earum
gentium oras, in quibus hæc ne ob-
servantur quidem?' *Lamb.*

404 *Arguit mare*] Nam cur in ali-
quid jaciatur fulmen Jupiter, nisi illud
aliquo crimine arguat? Hinc versum
Lambinus existimat versum, qui ab
hoc septuagesimus est, si modo Lu-
cretianus est, 'Nam ratio cum san-
guine abest humoribus omnis,' subju-
gendum. *Creech.*

Camposque natanteis] Sup. 5. 499.
'Angebat mare manendo camposque
natanteis.' et inf. 1140. 'Aëra per-
mensus multum, camposque natan-

teis.' Post hanc versum videtur locandus ille, si modo Lucretianus est, qui est ab hoc septuagesimus, 'Nam ratio cum sanguine abest humoribus omnia.' *Lamb.* Ita ex Lucretiana imitatione Virg. *Æn.* 6. 724. 'Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes;' notante Macrobio *Sat.* 6. 1. *Hav.*

405 *Præterea, si vult caveamus*] Dilemma: Jupiter aut vult nobis ante denunciare et præsignificare fulminis ictum, ut nobis ab eo caveamus: aut vult nos opprimere nec-opinantes, et imparatos. Si vult nos præmonere, cur non facit, ut fulmen ab eo missum cernamus; sin vult nos opprimere imparatos, cur ex certa cœli parte tonat? *Lamb.* His *vas.* 11. proponit duo mira argumenta, quibus fulmen Jovi conatur eripere: vult enim ille Jupiter ut evitemus fulmen, aut non: si velit, cur tanta illius subtilitas, tam pernix motus, ut sensum fugiat? Si non, cur murmur, tenebris, &c. monet e qua parte fulmen mittetur? deinde in plurimas partes uno tempore fulmen spargitur. At illud uni Jovi foret nimis laboriosum. *Cresch.*

410 *Et simul in multas, &c.*] Hujus loci et argumenti hæc mihi videtur sententia et vis esse: vel dices, Jovem uno eodemque tempore fulmen in multas partes mittere: vel negabis, si dices: quo pacto hoc cuiquam persuaderi potest, unum sive hominem, sive Deum multa tela in multas ac diversas partes uno tempore mittere? si negabis: res ipsa vincet, ut fatearis. *Lamb.*

416 *Postremo, cur sancta*] Cum hoc loco congruit ille, qui est 2. 1101. 'Tum fulmina mittat, et ædeis sæpe suas disturbet, et in deserta recedens sæviat exercens telum, quod sæpe nocentis præterit, exanimatque indignos, inque merentis.' et cum his Lucretianis consentiunt illa M. Tullii ex lib. 2. de Consul. que

posita sunt lib. 1. de Divin. 'Nam pater altitonans,' &c. nam ea protulimus sup. 1. 2. in extr. et profert Firmianus Divin. *Instit.* 3. 17. *Lamb.*

418 *Bene facta Deum simulacra*] Ad ridiculum istud *bene facta*; quanti enim venire poterant! Indignum vero, Deos tantum damni facere, tam elaborata simulacra ad Canonem Polyeteum exacta. *δ νότρα, hoi, hei. Faber.*

420 *Ataque cur plerumque*] Sic Hor. *Od.* 2. 10. 11. 'Feriantque summos Fulmina (ai. *Pulgura*) monteis.' *Lamb.*

Plurimaque plus] Ita omnes libri; rectissime. Lambinus, *hujus*, repōnit sine causa. Versus est *μολοπος. Gifan.*

Plurimaque hujus] Sic restitui, et ita legi debet. Zoilus hanc conjecturam non probavit, cum sit tamen rectissima et verissima: scribitque esse versum *μολοπος*. Primum non usurpat versus miros Lucretius. quamobrem? quia nihil est necesse. Deinde si darem, locum esse versibus mirosis in hoc egregio poemate, tamen sententia hic ferre non potest ut legatur *plus*, quod tu si Zoile vidisses, qui luce clara non vides, nemquam ista tam inconsiderate scripisses. 'Es *κόπος* igitur cum tuis putidissimis versibus. *Lamb.* *Plurimaque plus*, Gifanius, cui nunquam placet versus integer. *Cresch.*

422 *Quod superest, &c.*] Quod superest (inquit) ex his, quæ ante diximus, cognoscere facile est eorum fulminum quæ *προνήτες* a Græcis nominantur, naturas, causas, et motus. Nam alia quædam sunt fulmina, quæ præterea non sunt, ut quæ non sunt ignita: qualia sunt, quæ columnæ, procellæ, turbines, vortices appellantur. Atque ut hanc totam de fulminibus disputationem facilius intelligere possimus, sciendum est (quod et antea attigimus) omnia et tonitrua, et fulgetra, et fulmina, flatus seu an-

helitus terræ esse: qui si minuatim et sparsim diffundantur, ac cum sint tenuiores, diffidentur; tonitrua, et fulgura: sin densiores, et crebriores, minusque tenues erumpant; procellam gignunt, quæ vocatur a Græcis 'ecnephias' ventus. idcirco violentus est. eruptionis enim celeritas robur et vim efficit. Cum vero flatus sine igne erumpens ex nube, in alterius nobis flatum incurrerit, quemadmodum ventus in portis aut viis ex laxitate in angustias redactus, luctatur, et circumversatur; tum fit vortex, qui typhon a Græcis appellatur, maxime si fragorem edat. nam si stridorem potius mittat, quam fragorem, turbo est. Quod si hic flatus postea exardescat, prester est. Si vero non posteaquam e nube erupit, ignem concipiat, sed cum primum e nube exprimitur, fulmen est, quod Græci *κεραυνὸν* vocant. Ubi autem non potest flatus nubem perfringere, neque ex ea erumpere, sed eam deorsum in terram, aut in mare deprimit, ita ut videatur unda quædam densa et rigida oblonga decidere; tum est columna. De presteribus sic Laërtius: *Πρηστήρας ἐνδέχεται γίνεσθαι, καὶ κατὰ θέσιν νέφους εἰς τοὺς κάτω τόπους ἄλλοι- δὲ ἐπὶ πνεύματος ἀθρόου ἀσθέντας, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος φερομένου, ἢ μα καὶ τὸ νέφος εἰς τὸ πλεσιον ἀθροίντας τοῦ ἐκτὸς πνεύματος, καὶ κατὰ περιστάσιν δὲ πνεύματος εἰς κύβητον ἀέρος τινὸς ἐπισπυνοθουμένου ἄνωθεν, καὶ βίσεως πολλῆς πνευμάτων γενομένης, καὶ οὐ δυναμένης εἰς τὰ πλάγια διαβρῆθῆναι διὰ τὴν περίεξ τοῦ ἀέρος πίλησιν. καὶ ὅς μὲν γῆς τοῦ πρηστήρος καθιεμένον, στρόβιλοι γίνονται, ὡς ἂν καὶ ἡ ἀπογέννησις κατὰ τὴν κίνησιν τοῦ πνεύματος γίνῃται· ὅς δὲ θαλάττης, ὄνοι ἀποτελοῦνται.* i. e. 'Presteres fieri possunt, et ex demissione nubis ad loca inferiora, dissimilliter a vento conferto pulsæ, et per ventum ruentis, simul externo flatu nubem in locum propinquum impellente, et propter flatum circumstantem aëre nonnullo superne in

eam una pulso, et multis flatibus confluentibus, qui non possint in obliqua diffuere, propter aëris circumfusi condensationem. Et, ubi quidem prester usque ad terram demittitur, turbines fiunt, ut et generatio ex motione flatus existat: nbi vero usque ad mare, vertices creantur.' *Lamb.* Fulmen sequitur presteris explicatio vs. 20. Prester autem turbo igneus, qui scilicet ventus circumactus, et se in ipsa vertigine concitans cum sit, si pugnacior est et diutius volutatur in flammam abit. Si ventus hic e nubibus excutitur, et recto impeta feratur, tum fit fulmen; si nubem, quæ lenta est, perumpere non valeat, sed deorsum in mare extendat, ibique erumpens rapida vertigine omnia torqueat, tum fit prester, maxima navigantium pestis: quoniam vero de fulmine satis dixisset, jam turbinem tantum explicat, et inde conjicit (perperam ni fallor) Gassendus, Epicuri presterem esse Ecnephian non ignem, et docet presterem ab re a Græcis nominatum ita dici non, quasi inflammantem, sed quasi inflantem, seu tumefacientem, quantum incidens in mare tumescere ipsum cogit; seu fervefacientem, quantum aquam sic commovet, ut veluti fervescere, seu quasi bullire videatur. *Creech.*

423 *Presteras*] Ita vet. libri. In quibusdam, *Præsteras*, ut 'scæna' ex *σκήνη*. Varro. Ita et mox. *Gifan.*

431 *Quam capit; nubem*] Gassendus *Qua capit*, ita enim postulat sententia. *Creech.*

433 *Quasi quid pugno*] In vet. nostris, *pugni*. *Gifan.*

Brachique superne Conjecta] Mendose habent quidam lib. vulg. *brachisque*. *Lamb.*

435 *Prorumpitur in mare*] 'Prorumpit' et 'erumpit' sæpenumero neutrorum significatione trita videmus usurpari. Maro tamen *Æn.* l. 250. dixit 'it mare proruptum.' ut

Lucret. 6. 436. 'Hinc prorumpitur,' &c. et M. Tull. 16. Epist. ad Attic. 3. dixit: 'Ne in me stomachum erumpant, cum sint sibi irati.' et Lucret. 6. 582. 'Exagitata foras erumpitur.' Ista quadam varietate euctorum scripta commendant, et gratiam eis afferunt. *Turneb. Adv.* 30. 19.

486 *Conciannat*] Efficit, *κατασκευάζει*. sic sup. 4. 1246. 'Consuetudo conciannat amorem.' et inf. 588. 'Magnum conciannat hiatum.' tralatio est a cinnu, quem Græci *κικεύωνα* appellant. Est autem potionis genus ex multis liquoribus confectum. vocem Græcam usurpavit Homerus *Ἰλ. λ. 623. Τῷσι δὲ τεύχε κικεύω ἐπὶ πλόκαμος Ἐκαμήδη. i. e. 'His autem cinnum confecit pulchre comta Hecamede.'* Usurpavit et Orpheus in iis versibus, quos refert Clemens Alexandr. *πρωτρπτ. 'Ὅς εἰσοῦσα, πέλλου ἀνεσίβροτο θεῆε δὲ πάντα Σάματος, οὐδὲ πρόποντα ἴππων. παῖς δ' ἦεν Ἴακχος, Χεῖρ τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν, Βαυβοῦς ὑπὸ κάλποις, ἦ δ' ἐκεῖ οὐν εἶθρε θεὰ, μαιῆη' ἐπὶ θυμῷ Δέξατο δ' ἀβλον ἕγγος, ἐν δ' κικεύω ἐπέκετο.* Hos autem versus eo libentius huc adscripsi, quod cum eos Latinis versibus reddiderit Arnob. adv. G. 5. ii Latini versus non satis emendati sint in vulgatis codicibus. sic enim leguntur: 'Sic effata, simul vestem contraxit ab imo, Objecitque oculis formatas inguinibus res. Quas cava succutions Baubo manu (nam puerilis Olli vultus erat) plaudit, contrectat amico. Tum Dea desigens augusti luminis orbis, Tristitias animi paullum mollita reponit. Inde manu poelum sumit, risque sequenti Perducit totum cyceonis læta liquorem.' In primo versus igitur pro *simul* legendum arbitror *sinu*: in tertio, pro *Baubo manu* recte conjecerit Jo. Auratus legendum *Bacchi manus*, ut *manus* sit recti casus, numeri singul. Habetur autem sermo de Cerere ob amissam Proserpinam filiam mærore

confecta: quam Baubo nulla alia re ad hilaritatem ex luctu traducere potuit, quam parte illa sua muliebri inhonesta, nudata, et oculis ejus subiecta. Si quis autem forte dubitet, quid sibi velit in ultimo versu *Perducit, &c.* 'perducit' hoc loco valet perbibit, sen perpotat. *Lamb.*

438 *Lento cum corpore Nubem*] Nubem, quæ fertur tardo cum corpore: *Fayus.* Agooscis ingenium hominis. *Creech.*

439 *Detrusit*] Sic legendum, non *detrudit*. *Lamb.*

442 *Fit quoque*] Nunc de vortice: de quo sic Plin. lib. 2. 'Sin vero flatus repentini, depresso sinu, arcitius rotati nubem effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt.' *Lamb.* Mare plurimum vexat prester, terras autem turbo ille qui proprie vortex dicitur, qui est rapidus ventus circumactus et circumvolutus in nube, cum nube autem descendens in terras, ibique erumpens sine igne, rotat omnia, et versat: neque hic quidem turbo in terris frequens, nam descensum illius montes impediunt, et vim frangunt. At in lato mari nautæ miseri sæpe timent. *Creech.*

Ut invocat venti se nubibus ipas] Forte *venti vortex*. In vulgatis, *ventis e nubibus*. Intelligit typhona. *Gifan. in utraque editione.* Sic ex *Arismetotele* et *Plinio* hunc locum restitui, cum antea legeretur *ventis e nubibus*. 'venti' autem 'vortex' dicitur, quia vortex nihil aliud est, quam flatus circumactus et circumvolutus. Hunc quoque locum sibi arrogavit *Zollus*. *Lamb.*

444 *Prestera imitetur*] A prestere hoc tantum differat, quod non sit accensus. *Lamb.*

Prestera] *Prastera*. *Gifan.*

449 *Prospectus maris in magno*] I. e. in magno et lato mari: in quo major est prospectus, quam in terra. *Lamb.*

Caroque patenti] Idem significat.

Nam in mari cælum latius et longius patet, propter maris æqualitatem et planitiem, quam in terra propter montes, qui prospectum interrumpunt. *Lamb.*

450 *Nubila concresecunt*] Quo pacto nubes et unibila concresecant, i. e. cogantur. *Lamb.* Unde nubes docet Lucretius vs. 8. Hamata viz. quædam asperaque corpora, quæ in aëre volitant, coeunt: inde tenues primum nubes, ex istis vero tenuibus simul junctis et condensatis tandem nubila. *Creech.*

451 *Hoc super in cæli spatio*] Malim legi *supera*. Sic enim explico, supra in hoc cæli spatio. *Lamb.*

452 *Modis endopedita exiguis*] Ordo et sententia est: quæ impedita et implicata 'modis exiguis,' i. e. modice, nec nimis arcte, aut adstrictè, possint tamen complexa coherere. *Lamb.*

453 *Compressa*] Sic potius legendum videtur, ut habent quidam lib. manusc. quam ut est in aliis, *compressa*. atque hanc lectionem confirmat versus sequens, ab hoc tertius, 'Inde ea comprehendunt inter se.' dictum autem 'comprehunt inter se,' ut 'amant inter se.' *Lamb.* In quibusdam, *compressa*. Gifan. Sic potius legendum, quam *compressa*. Ita vs. 455. 'Comprehunt inter se.' Dictum autem 'comprehunt inter se,' ut 'amant inter se.' *Creech.*

454 *Primum parvas c. n.*] Confer historiam Eliæ puerique sui in siccitate pluvie adventu depulsa l. Reg. 18. 44. 45. *Hav.*

456 *Ventique feruntur, &c.*] Scilicet crassa hæc moles modicis ventis cietur, vehementibus dijjicitur. Ita quidam, sed frustra; aliam vero interpretationem sequutus sum. *Creech.*

458 *Fit quoque uti montis, &c.*] Plurimæ autem nubes de altorum montium cacuminibus surgere videntur, nempe quoniam tenues nebule quæ visum fugiant ad montium vertices a ventis feruntur, ibique conjunctæ

et condensatæ sunt aspectabiles. *Creech.*

459 *Quam sint quæque*] Sic habent omnes libri, nequis semidoctus potest legi debere, *Quam sint quæque magis*. de quo loquendi genere in scholiis l. 637. diximus, ad illam locum: 'Et quam quæque magis cohibet res intus inane, Tam magis,' &c. Sententia autem hujus loci hæc est; fit quoque, ut, quo montis cacumina sunt altiora, et cælo propinquiora, eo magis in eis caliginosæ cogantur, propterea quod, quo primum tempore nubes concresecunt, eæ, etiamnum tenues, oculis cerni non possunt: et prius ad summa montis cacumina a ventis portatæ convenient, et condensant, quam eas oculis usurpare possimus. *Lamb.*

460 *Fulsæ Nubis caliginis crassa*] *Homerus* Il. §. p. 988. Τοῖς τοῖς ἐν τῷ νέφους ἀμφικαλύφω χροῖαν, ἀδ' ἐν τῷ θεορῶναι ἡλέως περ. *Eustathius*, πρὸς τὴν πολλὴν δ' ἑὸς θεορῶναι. *Χρῶσα δὲ φασὶν αἱ καλαὶ νέφους, τὰ ἐν ἐπιπέδῳ ἐστὶν, ἀ' πυροειδῆς ἐν αἰθρῇ χρωτίζων ποιεῖ.* *Creech.*

461 *Propterea quis cum consistunt. a. p.*] Sic restitui trium lib. manusc. auctoritate fretus. Nam alii habent, *quis tum cons.* Coniungendum est autem adverbium *cum*, una cum adverbio *primum*, ut sit *cum primum*. *Lamb.* Ita Marullus, et Lambius. *Vulg. tum.* Gifan.

462 *Ante vid. oc. q. p. t.*] Ante quam oculi ea videre possint, utpote tenuis, et tenuis halitus. *Lamb.*

463 *Condensæ, et stipula simul c. et udo*] Hunc versum sic emendatum reperi in margine unius exempli Veneti ab Aldo impressi, quod mihi commodato dederat Jo. Pupperius Lugdunensis. Sed neque eum, neque duos, qui deinceps sequuntur a proximo, Lucretianos esse puto. *Lamb.*

Et condensæ, atque arva apparere, et simul ipso] Ita in vet. et vulg. fore. Lambius inducit. Gifan. Tollendi

sunt versus 465. 467. 468. 474. *Faber*. Alii, *Et condens atque aria apparere, et simul ipso*. Hunc versum cum vs. 467. et 468. multi rejiciunt. Ferri tamen possunt, seu potius videntur necessarii, præcipue duo posteriores, quibus ventos sursum tendere, atque ideo nebulas ad montium cacumina tollere declaratur. *Creech*.

466 *In ætherum*] I. e. in aëra lucidum. Nomen est Græcum, quo sæpe utuntur et Latini. *Virg. Æn. 8. 585.* 'Nam neque erant astrorum ignes, neque lucidus æthera Siderea polus.' *Idem 12. 247.* 'Namque volans rubra fulves Jovis ales in æthera,' &c. *Hom. Æl. p. 646. Πολύρον δ' αἰθέρος, ὅς δ' ἐφ' θαλασσίῳ ἰδέσθαι.* ad quem locum *Eustath. αἰθέρον λέγει τὴν λάμψιν, τὴν εὐδίαν, τὴν ἀσπίαν.* i. e. 'ætheram dicit aërem lucidum, serenitatem, et cælum parum.' *Lamb.* Adde *Brodæum* ad *Ep. Gr. lib. Anthol. 1. els Πελῆνας.*

467 *Nam loca declaraf*] Sic habent lib. quatuor manuscr. *loca sursum* autem interpretor loca superna, quamquam non probatur mihi hoc loquendi genus, neque hunc versum *Lucretianum* esse arbitror, neque huic proximum. *Lamb.* Hoc etiam tollit *Larabius*: ego non ausim. *Gifan.*

468 *Res ipsas, et sensus*] Sic habent tres lib. manuscr. quibuscum consentiunt antiqui *Veneti*, et *Parisiensea*. ordo autem verborum est: *res ipsa et sensus declarat, loca superna patere ventosa, cum, &c.* Alii habent, *Res ipsas ad sensum*. Verum (ut jam dixi) neque hic versus, neque superior, neque ille, *Condensa, et stipata, &c.* videntur mihi *Lucretiani*: neque demique horum versuum sententia mihi placet. Quod si operæpretium esset eos emendare, sic legendos putarem: *Nam hoc loca declarant sursum ventosa, patetque Sensibus res ipsis, montis cum accendimus altos*. Posset etiam sic legi versus prior, *Nam hoc loca declarant ventosa supernæ, patetque, &c.*

Delph. et Var. Clas.

Lamb. Scribendum monstrantibus *Mas. Res ipsas ad sensum*. Declarat enim *ad sensum*, i. e. sensum, uti 5. 570. 'ad speciem' pro specie. 'Nihil ad speciem est contractior ignis.' *Hav.*

469 *Præterea perm. mari q.]* Sententia horum versuum hæc est: *Præterea naturam multa corpuscula e toto mari attollere, declarant vestes in litore suspensæ, cum humorem ex mari contrahunt*. At multo credibilis est, multa corpuscula ex marina existere posse ad nebula cogendas et angendas. Quare si illud verum est, ut est; ergo et hoc. *Lamb.* Ne desit materia e qua tanta nubium moles componatur, e mari vapores et halitus attollit, vs. 11. Deinde e fluvils et terra ipsa, non quod terrestres aliquas particulas attolli putat (ut *Gassendus*) sed quod terra rore aut pluvia madefacta fumare videtur. *Creech*.

470 *Declarant lit. vest. sup.]* Sic sup. 1. 306. 'Denique fluctifrago suspensæ in litore vestes Uvescunt.' *Lamb.*

471 *Adhæsum*] Utitur et alibi hoc nomine, ut 3. 382. 'Nam neque pulveris interdum sentimus adhæsum Corpore.' *Lamb.*

473 *Momine*] Si hæc scriptura placet, que reperitur in tribus lib. manuscr. et in omnibus vulg. 'momen ponti' intelligemus agitationem, motum, et salum maris. sin cui suspecta est, videat, præstet ne legere *numine ponti*. nam in *Memmiano* scriptum est *nomine*: quod quidam putant depravatam esse ex *numine*: omnino magis probo *momine*: verum tamen iudicet lector. *Lamb.* Recte *momine* in vet. libris. In quibusdam: *nomine*; quod ex *nomine* depravatam est, ut sup. 3. 189. *Gifan.* Melius quam aliorum *Numine*. *Creech*.

474 *Nam ratio cum sang. abest h.]* Avancius scriptum reliquit, se, quid sibi hic versus velit, non videre. Ego ex verbis sententiam aliquam

Lucret.

5 L

elici posse puto, sed quorsum ponatur, aut quo pertineat, excogitare non possum. Omnino si Lucretianus est, videtur alieno loco esse inculcatus, et supra potius post versum, 'Arguit et liquidam molem, camposque natanteis,' esse collocandus; ut sit hic Lucretii sensus: quamobrem Jupiter in mare mittit? quid undas arguit, et mare? nam ratio, et sanguis, et sensus abest ab aquis. Licet igitur multi mortales in aquis intereant, non tamen iccirco aquæ in crimen vocandæ sunt, cum sint rationis et consilii expertes: peccatum autem non sit sine consilio et voluntate nocendi. Sed non celabo lectorem, in cod. Memmiano scriptum esse, *Nam ratio consanguinea, se amoribus omnibus*: in vulgatis autem Florentinis, *Nam ratio tum segnis abest humoribus omnis*: in Parisiensibus autem, *Nam ratio cum sanguine adest hum. omnis*. Lamb. Hunc versum rejicit Lambinus. In quibusdam libris: *ab humoribus*, in al. *consanguinea se amoribus omnibus*. Marullus, *tum segnis abest*. In aliis, *adest*. Gifan. Hunc versum nonnulli subjungunt vs. 404. alii vs. 522. at quocumque in loco ponas, si sapis subito iterum ejicias. Creech. At cur ejicias, quum sententiam potius finiat et claudat. Vossii vero conjecturam atque vestigia Mas. secuti, *consanguinea est* repositimus; nove quidem id dictum a poëta agnoscentes, sed tamen non minore jure quam alii id quod est proximum et particeps rei 'adfine' dicunt, sicut et ipse 3. 733. 'Corpus enim magis his vitis adfine laborat.' Hav.

479 *Sufficient*] Suppeditant. Faber.

480 *Urget enim quoque, &c.*] Si 'æstum' cum Gassendo atque aliis interpreteris calorem, habebis causam quæ dissipet nubes, at quæ nunquam condenset; neque te juvabit, quam vocant, Antepertasia: igitur per æstum ætheris intellige corpora ista

quæ e cælo continuo venientia ictibus suis tenes nebulas in nimbos cogunt. vid. vs. 513. Creech.

481 *Ætheris æstus*] Calor ætheris signiferi. jam 'æthera signiferum' etiam supra dixit 5. 460. 'Primus se sustulit æther Signifer.' Lamb.

Densando subtexit cœcula nimbis] Densando nebulas superinducit illis colorem cæruleum: Fayus, bipedam stupidissimus. Creech.

Densendo] I. e. densando, ut sup. 1. 662. 'Denseri poterunt ignes, rarique relinqui.' Lamb.

482 *Fit quoque ut hinc, &c.*] Ex infinito spatio, aliisque mundis nubium semina vs. 12. accersit. Alii, *in hoc cælum*. Creech.

484 *Innumerabilem enim, &c.*] 1. 957. 'Omne, quod est igitur, nulla regione viarum Finitum est,' &c. Lamb.

485 *Quantaque volarent Corp.*] 2. 141. 'Nunc quæ mobilitas sit reddita materiali Corporibus,' &c. Lamb.

490 *Impensa superne*] Tempestas et tenebræ, duo illa, impensa, i. e. effusa, cooperiant maria ac terras et supera regione. 'impensa,' a verbo impendor, eris; i. e. profusa, effusa, magna. Lamb.

491 *Per caulas*] Per inania et cavitates, ut sup. 2. 950. 'Dispersamque foras per caulas ejicit omneis.' Lamb.

492 *Spiracula*] Aditus, fauceis. Virg. Æn. 7. 568. 'Hic specus horrendum, et sævi spiracula mundi Monstrantur.' Lamb.

494 *Nunc age, q. p.*] Nunc de aqua pluvia, et imbribus. Lamb. De pluvia sequitur brevis disputatio vs. 29. Multa viz. aquæ corpuscula una cum seminibus nubium evehuntur, et, ut sanguis aliique humores cum nostro corpore, (nam nubes concipi potest tanquam corpus, in quo pluvia, quæ componatur cum sanguine, continetur,) cum nubibus pariter argentur: his adde istas aquæ particulas, quas

nubes tanquam lanæ vellera, quibus similes videntur, e mari et fluminibus hauriunt. Ita aqua plenæ nubes si vel ventorum impetu, aut proprio suo pondere comprimantur, ex iis guttæ exsiliant necesse est: vs. 18. Deinde partes nubium diducant venti, excident inclusi imbres; dissolvat autem calor solis, et tum tanquam cera ab igne liquefacta defluent nubes: vs. 4. Vehemens imber vehementem nubium compressionem sequitur: vs. 2. Diurna denique pluvia, cum a pluribus nubibus coærvatis continuatur imber, et terra pluviam, quam recepit, in vapores resolutam remittit: vs. 5. Creech. Servius ad Virg. Æn. 1. 747. 'unde imber' &c. ita scribit: 'scilicet de nubibus fit, quæ secundum Lucretium de terræ halitu nascuntur, qui nebulas creat: quæ cum altius elevata fuerint, aut solis calore resolutæ, aut vi ventorum compressæ, mittunt leves pluvias, vel exprimunt concitiores.' Hav.

495 *Demissus*] Sic malo legi, quam *dimissus*. Lamb. Ita et sup. Quidam: *demissus*. Gifan.

497 *Vincam*] Firmissimis argumentis probabo. Sic 2. 747. 'Quod quoniam vinco fieri, nunc esse docebo.' sic Hor. Sat. 2. 3. 15. 'Vincit enim stultos ratio insanire nepotes.' Lamb.

500 *Ut pariter nobis corpus*] Malim sic legi, si libri patiantur, *Ut pariter nobis sanguis cum corpore crescit*. Lamb. Lambinus, *Ut pariter nobis sanguis*: et versum sequentem delet. Recte forsitan: at 'Corpus cum sanguine,' et 'Humor cum membris' respondent versui 498. 'Pariterque ita crescere utrasque, (Alii utrumque,) Et nubes et aquam.' Creech.

501 *Sudor item, atque humor*] Hunc versum, ut spurium, delendum censeo. Lamb.

502 *Concipiunt*] Alibi scribitur *Conspunt*: alibi, *Conciliant*. Lamb.

503 *Vellera lana*] 'Vellus a vellendo dictum esse' docet Varro lib. 4.

de L. L. sic utrumque conjungit Hor. Od. 13. Epod. 21. 'Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ Cui prope-rabantur?' Lamb.

508 *Conferta nubes vi venti mittere certant*] Viz. Nubes vi venti condensatæ aquas collectas mittunt. Ita interpretes: contenderem vero voces istas *vi venti* e sequenti versu fuisse huc delatas, et Lucretium scripsisse, *Imbres tum mittere certant*. Creech.

Mittere] Aquas conceptas et collectas. Lamb.

510 *Turba major coorta*] Sic legendum esse vincit versus, qui paullo ante positus est vs. 464. 'Hic demum fit uti, turba majore coorta,' &c. Lamb.

511 *Facit effluere*] Sic loquitur sup. 5. 702. 'Qui faciant solem certa de surgere parte.' et hoc eodem lib. sup. vs. 454. 'Hæc faciunt primum vacuas consistere nubes.' et item alibi. Lamb.

514 *Humorem pluvium stillantia, quasi igni*] Sic restitui, cum vet. libri haberent: *stillante*. Ita sup. 'semine oriundi,' Marullus fecerat, *stillando*. Lambinus, *stillantque*. Gifan.

Stillantque] Sic restitui, cum in omnibus libris tum manuscr. tum vulg. (præter Florent. qui habent *stillando*) legatur *stillante*, plane mendose. Arbitror autem a Lucretio scriptum esse *stillantque*: deinde a scriptore librario descriptum multis post sæculis, *stillante*, c pro qu, ut 'aca' pro aqua: postremo a nonnullis factum *stillante*, detracto e, quod eam litteram inanem et supervacaneam putarint. Hæc Zoilus non probat, reditque ad suos vomitus, versus volui dicere, ut censeat legendum, *Stillantia quasi igni*. Lamb.

516 *Ubi vehementer utroque*] In quibusdam *utrimque*. Gif. et Creech.

518 *At retinere*] Nunc, cum interdum longæ et diuturnæ sint pluviae. Sed cur non dixit, *At durare diu pluvia*, &c. Respondeo: pluviam quæ, du-

rant, homines morantur, et retinent. Itaque ex effectis, h. e. ex eo quod pluvia retinent, durare intelliguntur. *Lamb.* Morari, domi homines retinere. *Faber.*

519 *Multa fuerunt*] Nescio quis multa *fenitur*: ista observatio nulla est. *Creech.*

522 *Rehalat*] Humorem e cælo delapsam iterum atque iterum sursumhalat. *Lamb.* et *Creech.*

523 *Hinc ubi sol radiis*] Nunc de arcu, seu arco cælesti, qui Iris a Græcia appellatur. Nonnulli libri habent *Hic ubi, &c.* *Lamb.* De iride pauca vsa. 8. neque multis opus, quippe nubem roridam ex adverso sitam illustrant solis radii, atque inde iris. Quoniam vero nihil de coloribus aut forma iridis Lucretius, quid ipse adjiciam? *Creech.*

524 *Adversa fuisit*] Nam semper fit ex adversa soli parte. Atque ex hoc probant, iridem, seu arcum pluvium, nihil esse aliud, quam aspectus nostri refractionem ad solem: quam Græci ἀνάκλασιν appellant. Ἔστιν οὖ τὸ τῆς ἱρίδος πάθος τοιοῦτον, (inquit Plutarchus lib. 3. περὶ τῶν ἀρεσκ.) θεὸς γὰρ ἐπινοήσας τὴν ὑγρὰν ἀναθυμίασιν εἰς νέφος μεταβάλλουσαν, εἶτα ἐκ τοῦ κατὰ βραχὺ εἰς μικρὰς βανίδας νοτίζουσαν. Ἔταν οὖν ὁ ἥλιος γένηται εἰς δυσμὰς, ἀνάγκη πάσων ἱρῶν ἀντικεῖν ἡλίου φαίνεσθαι, ὅτι ἡ βέβη προσπεσοῦσα ταῖς βανίδων, ἀνακλάται, ὅστε γίνεσθαι τὴν ἱρῶν. i. e. 'Est igitur iris affectus talis. Oportet enim exhalationem humidam cogitare, quæ in nubem mutetur: deinde paulatim in parvas guttas liquescat. Cum igitur sol in occasu fuerit, necesse est omnem arcum cælestem e regione solis videri, quia cum aspectus noster in guttas illas incidit, refringitur, ita ut fiat iris.' De iride legendus Aristoteles lib. meteor. γ. ut et de aliis omnibus rebus superis, suo unaquæque loco. *Lamb.*

525 *Tum color in*] Hunc versum profert Nonius in voce *arcus*, legitque

hoc loco *arcus*, non *arci*, docens arcum dici irim, arcum suspensum fornicem. Priscianus vero lib. 6. probat ex Cicerone lib. 3. de N. D. 'arcum arci' in secunda quoque declinatione usurpari pro arcu cælesti. Sic Cic. 'Cur autem arci species non in numero Deorum reponatur? Existunt porro, aut certe apparent tres colores in iride, paniceus, viridis, purpureus.' *Lamb.* Sen *arcus*, seu *arci*, seu *arcus* legatur, nil interest. *Faber.* Ipse cælestis arcus, ut alibi 'Flammæ colores,' *Flamma.* Sive *arcus*, sive *arci*, sive *arcus* legatur, nihil interest. *Creech.* Ita (*arcus*) Nonius. *Vulg. arci.* *Giffan.*

526 *Cætera, quæ sursum crescunt, &c.*] vsa. 8. de nive, vento, grandine, pruina, glacie, nihil speciale Lucretius. Qui vero res has contempletur, qui nubes, et imbres consideret, qui denique varias principiorum formas, figuras, motusque in animo habeat, ille reliqua quæ non explicantur meteoræ commode explicare possit. *Creech.*

528 *Nix*] Nix fit, cum tenuis æquæ, e nubibus fusa, sensim decidens concrevit non longe a terra, sed longe a nubibus, e quibus effusa est, ita ut, propter magnum intervallum, guttæ rotunditatem suam conservare non potuerint, sed distractæ jam, ac divulsæ, ad locum, ubi frigore concreverunt, pervenerint. *Lamb.*

Grando] Grando fit, cum guttæ, e nubibus effluentes, statim ut ex illis exsisterant, frigore concreverunt: guttæ autem omnes rotundæ sunt natura, quod sensus docet, ac judicat. Ita fit, ut guttæ illæ, quæ natura rotundæ sunt, ante quam longius a nubibus recedunt, frigore, quod ibi est acerrimum et intensissimum propter antiperistasin, concretæ, fiant id quod dicuntur, ex aqua grandinæ. Ex quo nives fiunt hieme maxime: at grandines vere atque ætumno. *Lamb.*

Gelidæque pruina] Pruina res est

congelatus, et frigore concretus. Itaque ros fit æstate maxime, interdum etiam vere, et in locis tepidis et calidis: pruina vero, quam πάχνη nominant Græci, hieme, et in locis frigidis. *Lamb.*

529 *Magnum duramen*] Aquæ duratæ, seu vis ea quæ durat aquas, glacies, κρυσταλλος: ex ejus similitudine sup. 1. 404. 'glaciem æris' dixit, tenuem æris laminaam, seu bracteam, quæ glaciæ instar sit lævis et rigida, 'Tum glacies æris flamma devicta liquescit:' ubi vulgo legebatur, *Tum glacies acri ß. d. ßc.* *Lamb.*

530 *Et mora, qua ß.]* Idem dicit. glaciem enim significat, quæ fluvios moratur. sic Virg. Georg. 4. 136. 'Et glacie cursus frenaret aquarum.' et Hor. Epist. 1. 3. 3. ad Jul. Floram: 'Thracane vos, Hebrusque nivali compede vinctus,' &c. *Lamb.*

Æmuleis] Quidam libri habent æmuleis: in his Florentini. *Lamb.*

531 *Reperire*] Quidam legendum putant, *te per te, animoque videre.* *Lamb.* Alii, *te per te*, quos pauci sequuntur. *Creech.*

Animusque vid.] Sic sup. 5. 1106. 'Et corde vigebant.' *Lamb.*

532 *Sist]* In quibusdam: *sunt.* Gif. 534 *Nunc age, qua ratio*] Nunc de terræ motibus, de quorum variis generibus lege Aristot. lib. de mundo cap. 4. et *περὶ αἰθ. β. cap. 7. et 8.* *Lamb.* Ut terræ-motus recte explicetur, nonnulla (quæ tamen nemo unquam negavit) supponi debent: Supponas igitur vs. 8. terram esse cavernosam, in cavernis autem halitus contineri, et in illas ventos posse irruere; supponas denique multos sub terra lacus, et lata aquarum stagna; multa etiam flumina per interiores telluris meatus volvi: atque his suppositis, primo sit terræ tremor, vs. 9. cum spelunca aliqua longa ætate subrata pars terræ in profundum decidat; quin etiam tremorem ab istiusmodi concessione oriri posse minime

dubitandum, cum videamus terram curru vel plastro prætereunte succuti. *Creech.*

535 *Et in primis terram fac ut*] Hæc sententia fuit Democriti, ut scribit Aristot. lib. 2. de rebus superis: Δημόκριτος δὲ φησὶ πλήρη τὴν γῆν ὕδατος ὄδω, καὶ πολλὰ δεχομένη ἕτερον ὑβριον ὕδαρ, ἐπὶ τοῦτου κινεῖσθαι. κλειστός τε γὰρ γινόμενος, διὰ τὸ μὴ δέχεσθαι τὰς κοιλίας, ἀποβιαζόμενος παρὰ τὸν σεισμόν, καὶ ἔρηνομένη καὶ ἄλλοισιν εἰς τοὺς κενὸς τόπους ἐκ τῶν πληροτέρων, τὸ μεταβάλλει ἐκίπτεται κινεῖν. i. e. 'Democritus autem ait, terram, cum sit aquæ plena, multaque aliam aquam pluviam recipiat, ab hac moveri. Nam et cum hæc augetur, crescitque, propterea quod lacunæ totam non recipiant, eam vi irrupentem terræ motum efficere; et terram arescentem, atque in partibus inaneis e locis plenioribus attrahentem, ab aqua locum mutante et illabente moveri.' Sic fere Plinarchus lib. 3. *περὶ τῶν ἀρεσκ.* ex sententia Epic. Ἐπικουρὸς φησὶ ἐδέχεσθαι μὲν ἐπὶ τοῦ πάχους ἀέρος τοῦ ὑποκειμένου, ὑδατέδους ἕτοιγ, ἀνακρουομένην ἀπὸ τῆς, καὶ οἶον ὑποτυπυομένην, κινεῖσθαι. i. e. 'Epicurus ait evenire posse, ut terra a crasso aëre subjecto, qui sit aquosus, repulsa, et veluti subtus verberata, moveatur.' *Lamb.* Ex Anaxagoræ sententia. Vide Hieronym. Cardanum in libb. de varietate rerum; cui addas licet quod in fodinis aurariis apud Indos Occidentales observatum est. *Faber.*

539 *Multaque sub tergo*] I. e. et multa flumina sub terra latentia fluctuare, et saxa una secum rapere e locis plenioribus. *Lamb.*

540 *Submersaque saxa*] Vossius ad Catullum p. 269. legit e Codd. *submerso capite*, i. e. capite. *Creech.* Et recte quidem Vossius, clare id evincitibus Mss. optimis, qui vestigia non modo lectionis hujus monstrant, sed tantum non ipsam ponunt. En-

nus quoque in *capitibus* similiter iteram i elidi voluit versu apud Nonium et Gell. atque inter Fragm. Poëtæ pag. 135. 'Capitibus nutantes pinos, rectosque cupressus.' Sed et Lucretius in prioribus jam 'saxa' illa commemoravit versu 538. quæ 'derupta' vocavit, non quod ut 'submersa volvantur' tanquam diffracta et avulsa ab aliis saxis, seu a se invicem, verum quod sint hiantia, aspera, confragosa, atque adeo in medio sui decepta. At illud 'submerso capte' seu 'capite,' terram denotat inversam, et in se quasi subsidentem ita, ut quod extra ostendat intus similiter comprehendat, in quo utique argumento versatur poëta, et quod sibi probandum proponit, scribens vs. 535. 'Et in primis terram fac ut esse rearis Subter item, ut supra est,' &c. ut ita similia sibi ipsi sit et exserto et submerso (ut poëtice loquitur) capite. *Hav.*

541 *Similem esse sui*] Terram. Cod. Vatic. habet, *simila esse et par, res postulat ipsa.* *Lamb.*

542 *His igitur rebus, &c.*] *Τούτων δὴ ἕνεκα κείνων, καὶ ἕνεκα τούτων.* *Lamb.*

543 *Terra superne tremis*] Millies jam dixi, ultimam syllabam adverbii *superne* brevem esse: itaque eos errare, qui hoc loco et similibus legi volunt *superna*, præsertim reclamantibus omnibus libris, et manuscr. et vulg. præter Venetos antiq. et Parisiens. *Lamb.*

546 *Discerpunt*] Sic legendum, non *discerpunt*. *discerpunt* autem, i. e. in diversas partes serpunt, et dimanant, et divagantur. *Lamb.*

547 *Quoniam non magno*] Argumentum a minore. *Lamb.*

Planstra concussa, &c.] Seneca Nat. Quæst. 6. 22. 'Si quando magna onera per vices vehiculorum plurium tracta sunt, (fort. per vicos vehiculorum plurium ordine tracta sunt) et rotæ majore nisu in salebras inciderunt, terram concuti senties. Ascle-

piodotes tradit, cum petra e latere montis abrupta cecidisset, ædificia vicina tremore collapsa. Idem sub terris fieri potest, ut ex his quæ impendent rupibus aliqua resoluta magno pondere et sono in subjacentem cavernam cadat, eo vehementius, quo aut plus pondera habuit, aut venit altius. Et sic commovetur omne tectum cavatæ vallis.' *Creech.*

548 *Viam propter*] *Ἀναστροφῆ*: *propter viam*, i. e. prope viam, ut 'propter viam facere.' de quo Festus et Macrobius. *Lamb.*

549 *Nec minus exultant, &c.*] Secutus eram initio codices Florent. Lugdun. Venetos, Basilienses, in quibus sic legitur, *Nec minus exultant ubi currus cumque equitum vi.* nam alii vulg. habent, *Nec minus exultantis sunt, fortis quam ubi equum vis.* Memmianus autem manuscr. *Nec minus exultantes dupuisicumque vi.* ex quibus scripturis vitiatas, et corruptas, nunc hanc elicio: *Nec minus exultant, ubi currus, fortis equum vis, &c.* ut sit hic ordo verborum hæcque sententia: nec minus exultant (tecta subint.) ubi 'fortis equum vis,' hoc est fortes equi, succutit (succutiunt) utrimque ferratos orbis rotarum currus, *currus* enim est patrii casus. *Lamb.*

Nec minus exultantes, quam ubi fortis equum vis] Ita proxime accedens ad veterum librorum scripturam edidit. Numeri congruenter exultant. Vulg. lectio: *exultant ubi currus cumque equitum vi*, Marulli est. *Gifus.* Proxime ad optimorum Codd. lectionem accedes si scribas, *Nec minus exultant, ubi currus cumque et equum vis, &c.* i. e. ubicunque currus et vis eorum currum trahentium succutit, &c. *Hav.*

551 *Fit quoque, ubi magnas in aqua*] Sic restitui, scripturæ veteris vestigia secutus. Sic enim habent quatuor lib. manuscr. *Fit quoque, ubi in magnas aqua.* vulgati autem *fade*

corrupti sunt, in quibus ita legitur, *Fit quoque, ubi in magnas aquas*. Venetos antiq. et Parisiensis. et Vicetinos excipio: in quibus est, *Fit quoque, ubi magnas in aquas, &c.* quam lectionem non damno, sed illam magis probo. Verum non probat eam Zoillus, sed quandam perreconditam, talem scilicet: *Fit quoque, ubi in magnas aquas, &c.* 'aqua' interdum (inquit) habet primam longam, ut docet Beda libro de metris. Primum Beda non dicit hoc esse perpetuum; deinde Beda non profert hunc locum, sed alium, qui est infra, 'Quæ calidum faciunt aquæ tactum, atque saporem.' in quo tamen ostendam Bedam falli, neque ejus me movet auctoritas. Sic igitur hunc locum esse legendum aio, ut olim edidi, quidquid dicant Zoilli et sycophantæ. Licebit tamen legere, ut illi volunt, modo 'aquæ' sit trisyllabum. *Lamb.* Vsa. 5. alia tremoris terræ causa continetur, nempe si in vastam aquæ paludem decidat gravis terræ portio, aquæ istius fit agitatio, istam vero aquæ jactationem sequitur telluris (quæ istam aquam tanquam vas continet) titubatio. *Creech.*

Fit, quoque, in magnas aquas] Ita vet. libri. Marullus, *aque*; non recte. 'Aquæ' priorem interdum habet productam. *Gifan.*

552 *Gleba vetustate, &c.*] Facit hoc quod legi in Relationibus Groenlandicis p. 45. anni 1676. Historia autem Latine (nam Belgice liber scriptus est) ita sese habet: 'Quum itaque per 19. dies immota navi coarctati inter glaciem sedissent concretam, nocte inter 31. Aug. et 1. Septemb. cælo claro et sereno, quieta tempestate, nullo audito sonitu, subito magnus motus et jactatio subitus glaciem fit aquarum, ita ut tres illæ naves magno impetu propulsæ huc illuc, rupta glacie atque discedente, mediis veherentur aquis, &c. Hanc subitam atque inexpectatam aquæ jac-

tationem, gubernatores nautæque inde factam judicabant; quod (sive naturali de causa, sive Dei pro servandis illis singulari providentia) alicubi vastum fragmentum montis ex glacie concreti deruptam, in aquas fuerit propulsam, atque hinc easdem tanto motu succussas fuisse naves atque jactatas.' *Hav.*

553 *Ut jactetur, aqua, &c.*] Sic vet. quidam, et vulg. In aliis, *Ujactetur aqua, &c.* In quibusdam, *vacillet*. In quibusdam, *vacillans*. *Gifan.*

Ut jactetur aqua et fluctu, &c.] Cum olim hanc scripturam codicem Parisiensium secutus essem, *Ut jactetur aqua fluctu quoque terra vacillans*. hæc annotaram, his ipsis verbis: Secutus sum codices Parisienses. nam alii vulg. partim habent, *Ut jactetur, aqua fluctu quoque terra vacillet*: partim, *Ut jactetur aqua, fluctu quoque terra vacillet*. manuscripti autem etiam inter se dissentiunt, et alii cum his, alii cum illis vulgatis congruunt. Memmianus porro in eo quod habet *vacillans*, etiam cum Parisiensibus consentit. Legendum fortasse est, *Ut jactetur aqua, et fluctu quoque terra vacillet*. Hanc igitur scripturam nunc magis probo, idque pro meo jure: ab iisque, qui eam mihi palam ademerunt, recuperatorio judicio repeto. *Lamb.* Alii, *Ut jactetur aqua fluctu quoque terra vacillans*: Nullo vero modo ferri potest istud *Gifanii*, *Ut jactetur, aqua fluctu quoque terra vacillet*. *Creech.*

554 *Ut vas in terra, &c.*] Id docet a simili, hoc modo: Quemadmodum (inquit) si aqua, quæ est in vase, moveatur, movetur et vas, neque prius moveri desinit, quam aqua moveri desita sit. *Lamb.* Vosinus ad Catullum p. 331. *Ut vas inferii*. Vinum autem 'inferium' est vinum novum: (Vinum inferium, id quod in sacrificando infra pateræ labrum ponebatur, Festus:) quis vero nescit vinum novum non contineri in vasis

aut doliis, si non satis deferbuerit? At rem ipsam non satis attendit vir ille doctus; quis enim vidit dolia ab isto novo vino quod non satis deferbuit jactata? et quæ novi vini necessitas, cum idem efficeret liquor vilissimus? recte igitur in terra editur. *Creecæ.* Et recte quoque intellexit Servius, cujus hæc sunt verba ad Virg. Georg. 2. 479. 'Alii aquam dicunt genitalem sub terris moveri, et simul eas concenter, sicut vas aquæ, ut dicit Lucretius.' *Hæv.* Omnino aliquid mendam in hiæc verbis latet. Non enim de quolibet vasorum genere verum est, quod hic dicit Lucretius, sed de eo duntaxat, quod basi caret, et concavum est, ubi exteriori seu convexa parte loco alicui plano imponitur. *Vas inferri,* quod viro eruditissimo in mentem venit ad Catull. pag. 381. *Creecio,* ob additam ibi explicationem, haud immerito displicet. Verum, si quis suspicioni locus, videndum num 'vas inferri' accipi queat de pateris, quibus, ut lac et sanguinem, ita vinum præprimis, 'inferri' dictum, in Sacris Novemdialibus excipiebant et libabant, quæ Virgilio 'cymbia,' *Æn.* 3. 66. ut Lucretius tamen vas 'constare,' nimirum plano alicui loco positum, ex vero neget, nisi humor destiterit 'jactarier intus.' Simili de causa, in seqq. 'scaphia' in exemplum adducet, ubi de vi magnetica vers. 1044. Certe Atheuæus lib. 11. pag. 481. *Κυμβία τὰ κοίλα ποτήρια* explicat *καὶ μὲν,* ex Simaristo. γένος autem *ποτηρίων βαθέων, καὶ ὀρθῶν πυθμένα μὴ ἔχόντων, μὴδὲ ἄρα,* ex Dorotheo, ('poculi genus, quod nec rectum fundum, nec ansas habet,' nisi et sic simpliciter legendum est, *καὶ πυθμένα μὴ ἔχόντων,* explicandumque de eo, quod non habet basin, quemadmodum *πυθμῶν* arboribus, plantis, fructibus passim tribuitur, ut notant Lexicographi.) denique, *τὰ κύφα,* 'pocula gibbosa,' ex Ptolemæo

Aristonici. *Preig.*

555 *Jactarier*] In cod. Vaticano scriptum est *versarier.* Lamb. Quidam vet. *versarier.* Gifan.

556 *Præterea, ventus*] Aliam rationem affert terræ motus. Lamb. Tertiio, vas. 20. Tellus vento agitatur, nam ventus, in speluncas telluris irruens, facit ut inclinet tellus, sed cum flatus venti non sit continuus, cum aliquando repulsus recedat, sua gravitate in pristinas sedes, imo in alteram partem nimis prolabitur terra; istam autem terræ fluctuationem sequitur tectorum dissolutio, et ruina. *Creecæ.*

557 *Et urget*] Quidam libri, *urget.* Gifan.

560 *Exstructa domorum*] Talia sunt illa, 'strata viarum,' 'structa saxorum,' &c. Lamb. Ut 'miratur stratas viarum,' Virg. *Ecl.* 7. 54. i. e. vias stratas. ita 'exstructa domorum,' exstructas domos significat. *Faber.*

561 *Ad cælum*] Et quanto quæque sunt editiora, et a terra remotiora ædificia, tanto magis, tantoque latius moventur. Lamb.

562 *Minent*] Sic reposui, cum libri omnes et manuscr. et vulg. habeant partim *micant,* partim *minant,* partim *manent,* partim hoc ipsum *minant.* 'minent' autem verbum est simplex pro composito positum, imminet: atque ita habent codices Veneti anno 1496. impressi. Lamb. Hæc verissima scriptura. In quibusdam lib. tamen, *minant,* *micant,* *manent.* Gifan. A *minant* natum *imminent,* *preminent,* &c. Lectio a Lambino constituta. *Faber.*

Prodita] Sic habent omnes libri tum manuscr. tum vulg. quos quidem viderim. Quidam tamen in nonnullis scriptum dicunt esse *percita:* ex qua putat quidam amicus meus legendum *percita:* ego nil mutandum censeo. sic enim paullo post loquitur, 605. 'Rerumque sequatur prodita summa.' Lamb.

563 *Protractæ trabes*] Nam inclinata tellure, trabes e snis sedibus excusæ protrahi videntur. Creech.

564 *Et metuunt magni naturam credere*] Et homines metuunt usque adeo, ut credant exitium aliquod, clademque mundo imminere: 'metuunt credere' more Græcorum dictum esse puto, φοβούμαι πιστεύω, ὅτι πιστεύω. Lamb. Foran hæc est verior interpretatio. Creech. *Metuunt credere* in æneum plane contrarium acceperim, pro, a se impetrare non possunt, ut credant, non audent credere. Sic tibi noster, 'renuunt;' Item, 'fugitant,' quod et Horatio arrisit, Od. 1. 9. 18. 'Fuge quærere.' Item, 2. Od. 4. 22. 'Fuge suspicari,' i. e. noli quærere, suspicari, &c. Sic hoc loco: 'Et metuunt credere,' q. d. Et tamen nolunt credere! cum signo admirationis. Manifesto hoc voluisse Lucretium, patet ex vs. 600. 'Proinde licet quamvis cælum terramque reantur lucornpta fore, æternæ mandata saluti,' &c. Preig.

567 *Quod nisi respirent, &c.*] I. e. si autem non respirent venti, nulla res terram refrenaret, aut reprimeret, nullaque eam euntem et pereuntem ab interitu retinere posset. Lamb.

566 *Reprehendere euntem*] Sic habent aliquot libri manuscr. euntes autem, quod est in vulg. factum ex euntes per z. z autem scribebant librarii illi scriptores pro m. Lamb. Ita recte Lambinus ex vet. libris. In vulgatis, euntes. Gifan. Euntes, impetum facientes. Melius euntem, terram viz. perituram. Alibi (sup. 563.) Ire pro mori, aut perire. Creech.

572 *Retroque recellit*] I. e. reclinat. et ita Festus. Lamb.

573 *Et recipit prolapsa, &c.*] Ordo est: Et prolapsa se in snas sedes pondere, i. e. per suum pondus, recipit. Lamb.

576 *Perhitum*] Perpaullum. Lamb. Paululum modo, fere nihil, imo nihil omnino; quanquam verum non est. Faber.

576 *Est hæc ejusdem*] Alia causa terræ motus, quæ etiam a Plutarcho exponitur eodem loco, his verbis: Ἐπιδύχουσι δὲ καὶ συναγγέλλη τοῖς κατωτέρω μέρει κατασπύσαν διὰ τοῦ διασπειρομένου πνεύματος εἰς τὰς ἀντροειδῆς κοιλότητας ἐπιπύοντος σαλευσθαι. i. e.

'Fieri posse autem, ut terra, quæ sit in inferioribus partibus cavernosa, a vento disperso, et in cavitates antro- rum similem incitato, quantiat.' Lamb. Inclinationem tremoremque terræ pulsus et succussio sæpe comitatur; nam si ventus cavernas perumpat, diffindatque terram, tum populi, urbes, insulæ, &c. ingenti hiatu absorbentur; si ventus non perumpat, tum tantum tremor, et veluti horror telluris, a frigido viz. vento per omnes terræ meatus diffuso ortus; etai autem nihil parumve timendum videatur a tremore simplici, esse nihilominus possit cum aliis speciebus conjunctus, nec certus esse quisquam valeat, non ita increbiturum, viresque accepturum tremorem, ut aut tecta evertantur, aut terra nonnihil dehiscat. vs. 24. Creech.

577 *Animæ subito vis*] Vis animæ, i. e. vis flatus, ut sæpe alias. Lamb.

Animæ] Spiritus, interpretor, propter Senecam Nat. Quæst. 6. 20. 'Nullam tamen placet Epicuro causam esse majorem, quam spiritum.' Creech.

578 *Aut ipsa a tellure*] Sic legendum est, vel ut habent nonnulli alii lib. vet. ab tellure: quibuscum consentiunt cod. Florentini. nam alii libri vulg. non habent præpositionem. Lamb.

Aut ipsa ab tellure] Hoc ex vet. libris malui. In quibusdam aliis, a. Gifan.

579 *In loca se cava terræ conjecit, ibique Speluncas inter magnas fremit ante tumultu*] Legendum necessario, seu Mss. annuant, sive abnuant, magno fremit ante tumultu. Faber in Emend.

580 *Speluncas inter magnas*] Arbitror monuisse me in Emendation. le-

gendum esse, *magno fremit ante tumultu*. Faber in Not.

589 *Exagitata foras erumpitur*] Adisi placet Turneb. Adv. 30. 19. Jo. Ger. Voss. de Anal. lib. 3. p. 20. et Taubman. ad Virg. p. 355. atque verum superius hoc lib. 435. Har.

583 *Concinat*] Efficit, ut sæpe alias. Lamb.

584 *In Tyria Sidone quod accidit*] Justinus lib. 18. 'Tyriorum gens condita a Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum litus incoluerunt, condita ibi urbe, quam a piscium ubertate Sidona appellaverunt. Nam piscem Phœnices sidon vocant.' Hæc iccirco notavi, quod omnes fere libri vulg. habeant in *Syria Sidone*, mendose. atque hanc meam emendationem Zoilus sibi adscripsit more suo. Lamb. Meminit Strabo ex Posidonio; quamquam alium quemdam terræ motum hic intelligi putem. Vulgo locus Justinii profertur ex lib. 18. 'Tyriorum gens condita a Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum litus incoluerunt, condita ibi urbe, quam a piscium ubertate Sidona appellaverunt. Nam piscem Phœnices Sidon vocant.' Sed is locus male accipitur. Nam ibi de motu terræ, quo prostrata Sidon fuerit, non agitur, sed de clade, quæ Phœnices vexavit, non ad oram in qua Sidon condita, sed in regione Idumæorum. Phœnices enim Justinii, Idumæi sunt, testanturque Herodotus, Plinius, et Dionysius Afer, eos ab origine prima Rubri Maris accolasse fuisse. Stagnum autem Assyrium, illud ipsum est quod mare seu lacus Genesaret in libris sacris dicitur. Faber. Quod de Sidone ait confirmatur a Posidonio, dum apud Strabonem scribit urbem sitam supra Sidonem terræ motu absorptam fuisse, et ipsius Sidonis corruisse propemodum Bessem.

Quod autem subjicit de *Egis*, respicit cladem Helices et Buræ *Egis* Peloponnesiacis vicinarum apud Veteres celebrem. Ov. Met. 15. 293. 'Si queras Helicen, et Buran, Achaidas urbes, Invenies sub aquis, et adhuc ostendere nantæ Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.' Creech.

Et fuit Egis In Peloponneso] *Egis* Achaïcia. Hunc terræ motum fortasse significat Arist. lib. 2. Meteor. cap. 8. ibi, *ἐγέρθη δὲ καὶ περὶ Ἀχαιῶν*, &c. nam satis est mihi locum indicasse. Lamb. Intelligit *Egis* Achaïcas, non longe a Buræ et Helice, quæ et ipsæ motu terræ afflictæ fuerant. De iis scriptor libelli de Mundo; nil de *Egis* tamen. Faber.

586 *Disturbat urbes*] Ita vet. libri, manu formisque descripti. Vulg. *Disturbavit res, Disturbans, Disturbatque*. Gifan. Secutus sum codices manuscr. neque vero est quod quenquam moveat ultima syllaba verbi *disturbat*: est enim longa, pro præterito disturbavit posita, ut sup. l. 71. 'Virtutem iuritat animi,' pro irritavit. Mendosi igitur sunt omnes libri vulg. quorum alii habent, *Disturbavit res*, ut Florent. alii, *Disturbatque urbis*, ut Veneti antiqui alii, *Disturbans urbis*: ut Veneti recentiores, et Lugd. et Basil. Hanc quoque emendationem compilavit Zoilus: et profecto piget me singillatim huius sycophantæ furta apertissima atque impudentissima indicare. Lamb. Pro *disturbavit*. Vide quæ ad l. 71. notata sunt. Fab.

587 *Mullaque præterea*] Lege Plin. 2. 80. Lamb.

588 *Pessum*] Deorsum, et quasi sub pedes. nonnulli tamen lib. habent *passim*. Lamb. Quidam libri, *passim*. Gifan.

592 *Dispertitur, ut Horror, &c.*] Sic fere Aristot. lib. β. μετεωρ. Δεῖ γὰρ νοεῖν, ὅτι, ὅσπερ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν, καὶ τρώμων, καὶ σφυγμῶν αἰτίον ἐστὶν ἢ τοῦ πνεύματος ἀπολαμβανομένη δύναμις, οὕτως

καὶ ἐν τῷ γῆ τὸ πνεῦμα παράκλησια ποιεῖ, καὶ τὸν μὲν τῶν σεισμῶν ὅλον τρέμον εἶναι, τὸν δ' ὅλον σφραγῶν. i. e. 'Intelligere enim oportet, quemadmodum in corpore nostro, tremorum et pulsuum causa est efficiens vis animæ, seu flatus, qui intercipitur, ita et in terra flatum simile quiddam efficere, et terræ motus alios esse veluti tremores, alios pulsibus consimileis.' *Lamb.*

[*Horror*] *Celsus* 3. 3. de Febris. Horrorem voco, ubi totum corpus intremitt. *Creech.*

596 *Tecta supernæ timent, metuunt inferne*] Sic legendum, et ita scriptum est in codice Vaticano, Tettiano, et Memmiano: quibuscum congruunt codices Florentini, et Veneti recentiores. alii autem, in quibus suppositum est *superna*, et *inferna*, mendosi sunt, quippe corrupti ab illis qui putarent, in illis adverbis ultimam syllabam longam esse. quod falsum est, ut sæpe jam diximus. subintellige autem in 'timent,' 'metuunt,' homines, hoc modo; timent homines a superiore parte, ne tecta corruant, ællicet: 'inferne,' i. e. ab inferiore parte, metuunt, ne terræ cavernas repente natura dissolvat. *Lamb.* Quidam libri, *superna* et *inferna*. *Gif.*

597 *Terræ Natura*] Ipsa tellus. *Creech.*

598 *Neu distracta suum late disperdat*] I. e. neve terra divulsa suum hiatum late in diversas partes aperiat. Mire autem terræ motum descripsit, ejusque magnitudinem terroris plenam auxit et amplificavit: videturque cum Homero certasse, qui non dissimili ratione terræ motum excitatum a Neptuno tum, cum Achilles placatus Græcis prælium longo intervallo iniit, exaggeravit: nisi quod *Lucr.* noster non est ausus tanta sermonis uti superlatione, quanta Homerus. Sed præstat Homeri versus adscribere. Sic igitur ille *Iliad.* lib. v. 57. Ἀλλὰ ἐπεὶ Ποσειδάων ἐτίναξε Γαίαν ἀπειροσίην, ὄρεων τ' ἀπειρὰ κρήνην

Πάντης δ' ἐσείοντο πύδες πολυτάιδων Ἴδη, Καὶ κορυφαί, Τρώων τε πόλεις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν. Ἐδδειςαν δ' ἐπέπερθεν ἕναξ ἐτέρων Ἀιδωνέας, Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἔλτο, καὶ λαχέ, μή οἱ θεερεθε Γαίαν ἀναρρήξειε Ποσειδάων ἐποσίχθων, Οἰκία δὲ θηγοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανεῖη Σμερδαλλέ, εὐρώσση, τὰ τε στυγέουσι θεοί περ, &c. i. e. 'Neptunus autem inferne terram immensam, montiumque alta cacumina concussit: omnes Idæ radices, seu pedes, vacillabant, et vertices: tum urbs Trojanorum, et Græcorum naves commotæ sunt. Timuit autem inferne rex inferorum Pluto, et timore affectus e sede sua exiit, et vociferatus est, ne subitus sibi terram perfringeret Neptunus, ædes autem suæ terribiles, et situ sentæ, quas etiam Dii horrent atque oderunt, mortalibus et immortalibus paterent.' Tantus sonitus excitatus est, Diis ad pugnandum congressis. Sed videtur in versu sequenti legendum, *Imque suis confusa velit compl. ruin.* Im autem, i. e. cum subintell. hiatum. *Lamb.*

599 *Idque suis*] *Imque* *Lambinus*: i. e. illumque hiatum. *Creech.*

600 *Proinde licet, quamvis*] I. e. proinde quatumvis licet homines putent mundum esse immortalem, nonquamque interiturum; ipsa tamen periculi magnitudo interdum eos timere cogit, ne terra sese eorum pedibus subtrahat, atque in barathrum præceps cadat. *Lamb.* Demum *vas*. 7. illis insultat, qui putant mundum æternum fore et immortalem, cum terram, magnum illius partem, adeo concussam sentiunt, et labefactam; imo cum ipsi totius compagis dissolutionem et ruinam timent. *Creech.*

600 *Licet quamvis*] *Cicero* in *Lælio*: 'quamvis licet excellens:' notante *G. I. Vossio* de *Constructione* p. 266. *Edit.* in *Quarta* forma; ut et *lib. 4.* de *Anal.* p. 240. *Æque* vero apud *Ciceronem* ac hic pro quatumvis sumitur. *Hæc.*

603 *Subditat hunc stimulum*] Hunc stimulum timoris subter admovet. *Lamb.*

Subditat timoris stimulum aliqua de parte] Sic enim hæc verba collocanda; i. e. quodammodo terret ne, &c. *Faber.*

604 *Ne pedibus raptim, &c.*] Sic l. 1099. 'Terraque se pedibus raptim abducat,' &c. *Lamb.*

607 *Nunc ratio reddunda*] Cur tot fluviis in mare decurrentibus, mare tamen nihilo majus fiat, quæsitum est ab antiquis, teste Aristot. lib. 2. *μετεωρ.* ejus hæc verba sunt: Τὸ δὲ ζητεῖν τὴν ἀρχαίαν ἀπορίαν, διὰ τί τοσοῦτον πλῆθος ὕδατος οὐδαμοῦ φαίνεται, (καθ' ἐπίστην γὰρ ἡμέραν ποταμῶν βέοντων ἀναρρομήτων, καὶ τὸ μέγεθος ἀπλήτων, οὐδὲν ἢ θάλασσα γίνεται πλείων,) τοῦτο οὐδὲν μὲν ἔσποτον ἀπορῆσαι τινάς, οὐ μὴν ἀποβλέψαντι γὰρ χαλεπὸν ἰδεῖν. τὸ γὰρ αὐτὸ πλῆθος ὕδατος εἰς πλάτος τε διαταθὲν, καὶ ἄθροον, οὐκ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἀναζηραίνεται, ἀλλὰ διαφέρει τοσοῦτον, ὅστε τὸ μὲν διαμαίνοι ἂν ἔλην τὴν ἡμέραν, τὸ δ' ὅσπερ εἴ τις ἐπὶ τράπεζαν μεγάλην περιτείνοιεν ὕδατος κύβαν, ἅμα διανοουμένοις ἂν ἀφανισθεῖη πῦν. ὃ δὴ καὶ περὶ τοὺς ποταμοὺς συμβαίνει. συνεχῶς μὲν γὰρ βέοντων ἄθροον, καὶ τὸ ἀφανιστέον εἰς ἀχανῆ καὶ πλατὺν τόπον ἀναζηραίνεται ταχὺ καὶ ἀδύλως. i. e. 'Quæreret autem id, de quo ab antiquis dubitatum est, quamobrem tanta aquæ multitudo nusquam appareat, (innumerabilibus enim et immensis fluminibus quotidie in mare influentibus, id nihilo fit majus,) hoc quidem non est absurdum, si nonnulli dubitent: non est tamen, si quis attendat, rationem videre difficile. Nam eadem aquæ magnitudo in latitudinem confertim effusa, non æquali tempore arecit: sed hoc differt, quod pars quidem totum diem permanere possit, pars autem puncto temporis evanescat, proinde ac si quis aquæ cyathum in magnam mensam profunderit, ac dilatarit, quod et hic accidit. Assidue enim et continen-

ter, et confertim influentibus in mare fluminibus, semper id, quod delabitur in locum vastum et latum, cito et obscure arecit.' Hactenus Aristoteles. Idem ibidem refellit sententiam Platonis in Phædone de Tartaro, quem ille putat principium et fontem esse omnium aquarum. *Lamb.* Hic versus a quibusdam veteribus, manu formaque descriptis, abest. *Gifan.* Quamobrem ex tot tantorumque fluminum in mare exoneratione mare non exundet, sive non excreseat, respondet Lucretius vs. 8. Ista vorago in quam fit fluminum effusio tam vasta est, ut omnis illorum decursus una cum imbribus, nive, grandine, &c. vix unam guttam infundere videatur. Deinde vs. 7. sol e mari alto multum humori sevebit. Tertio vs. 4. multum venti auferunt. Quarto vs. 4. nubes rapiunt. Denique vs. 8. ut Fluvii in mare decurrunt, ita per terras meatus ad fontes suos relabuntur, ita fit humoris ejusdem circuitus, Ideoque minime mirandum quod æquor non augetur. *Creech.*

609 *Quo tantus suat decursus aquarum*] Sic nunc restitui. Nam vulgo legitur, *quo fit tantus decursus aquarum.* alii legunt, *Quo fit tantus decursus aquarum.* quod ferrinon potest. *Lamb.*

Quo fit tantus decursus] Ita ex vet. libris scripsi. Nam et mox, *quo veniant.* *Vulg. fit. Gifan.*

Decursus aquarum] Translate, et tamen nsitate dictum est. sic l. 284. 'Montibus ex altis magnus decursus aquarum,' &c. *Lamb.*

610 *Omnia quo veniant ex omni flumina*] Supra l. 1031. 'Efficit, ut largis avidum mare fluminis undis Integrent amnes,' &c. Sic Plant. in Trucul. 2. 7. 12. 'Nam hoc assimile est, quasi de fluvio qui aquam derivat sibi. Nisi derivetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare. Nam hoc in mare abit, misereque perit sine omni bona gratia.' sequitur paucis post verbis: 'Meretricem ego item

esse reor, mare ut est: quod des, devorat, nec unquam Abundat: at hoc saltem servatum tibi æstuat: id apparet: huic des Quatumvis, nusquam apparet, neque datori, neque acceptrici.' *Lamb.*

613 *Ad maris omnia summam*] I. e. si cum maris summa omnia comparentur. *Lamb.*

614 *Ad angmen*] Ad augendum mare. *Lamb.*

616 *Præterea magnam sol partem*] Alia ratio, quomobrem mare non augeatur, tot fluviis in id influentibus. *Lamb.*

619 *At Pelage nulla*] Cum et in aliquot lib. manuscr. reperissem scriptum, *At pelagi multa*, et viderem scripturam vulgatam *pelago ferri* non posse, sic reposui, præsertim cum viderem codices Florentin. sic habere, sciremque Marullum hanc lectionem probavisse. *pelage* autem, i. e. maris, quarti casus est, *πελάγη*. quo utitur sup. 5. 36. 'Propter Atlantæum litus, pelageque severa.' utitur et Catull. in Galliamba: 'Rapidum salum tolitis, tralcentaque pelage.' quamquam non pugnem cum his qui apud Catull. lectionem vulgatam malint *pelagi* in patrio casu. *Lamb.* Ita vet. libri, fere. In vulg. plerisque: *pelago*. Lambinus: *pelage*; etiam recte. *Gifan.* 5. 36. 'Propter Atlantæum littus, pelageque severa.' Frustra igitur illi sunt, qui legunt, *Pelagi multa*. Creech.

621 *Delibet*] Degustet, et ita detrahat, et deminuat. Quidam tamen legendum etiam hoc loco putant *delibet*: nonnulli, *delimet*. *Lamb.*

623 *Tum porro*] Alia ratio. *Lamb.*

624 *Verrentes*] Sic sup. 5. 367. 'Partim quod validi verrentes æquora venti Deminuunt, radiisque retexens ætherius sol.' *Lamb.*

626 *Mollisque luti concresecere*] Et lutum, quod erat molle, durescere. *Lamb.*

627 *Præterea docui*] Alia ratio. *Lamb.*

628 *Conceptum*] Contractum, haustum. *Lamb.*

630 *Cum pluit in terris*] Servius ad Virg. *Æn.* 10. 897. 'Dum pluit in terris ut possint,' &c. ita scribit: 'Hic distinguendum, &c. nam si junxeris, 'dum pluit in terris,' erit Archaismos; debuit enim dicere 'in terras:': tamen sciendum hemistichium hoc Lucretii esse, quod ita ut invenit Virgilius ad snm transtulit carmen.' *Hav.*

631 *Postremo quoniam*] Postrema ratio, quæ est hujusmodi: quoniam (inquit) terra raro corpore est, et oras maris extremas et proximas omni ex parte cingit: quemadmodum aqua e terris in mare, ita e mari in terram manare debet. Libri quidem omnes habent, *Et conjuncta est oras maris undique cingens*, sed putavi legendum, *Et conjunctas oras maris undique cingit*. Veruntamen illam non damno. *Lamb.*

632 *Conjunctas oras maris, &c.*] Lambinus. At omnes Codd. *Et conjuncta est oras maris undique cingens*. Creech. Neque ratio est cur illos non sequamur. Licet enim fundatur hic illic fluviis, tota tamen sibi cohæret, ut globosa et connexa. *Hav.*

634 *Percolatur enim*] Hic versus, et tres deinceps sequentes, jam sup. positi sunt 5. 370. *Lamb.*

636 *Virus*] Salsus humor æquoris: vid. 5. 270. Creech.

638 *Qua via secta*] Hanc quidem verum cum tribus, qui proxime antecedunt, profert Lucretius lib. 5. sed quia fugit me supra lectorem admonere 'secare viam' et 'via secta' Virgilium quoque dixisse, hic, serius quidem, sed non alieno loco tamen, admonebo, et versus indicabo. Sic igitur Virg. *Georg.* 1. 237. 'Has inter mediamque dum mortalibus ægris Munere concessæ Divum: et via sec-

ta per ambas, &c. Idem lib. 6. 899. 'Ille viam secat ad naveis,' &c. Idem lib. 12. 368. 'Sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt.' *Lamb.*

Liquido pede] Solent poëtæ humori fluenti pedem tribuere: id ex eo credo, quod etiam currere aqua dicatur: quod sine pedum officio fieri non posse videtur, ac certe jus suum poëtæ tenent, ut translationibus utantur audacius. Itaque scripsit Hor. Epod. Od. 16. 48. 'Levis crepante Lympha desillit pede.' et Virg. in *Ætna* vs. 13. 'Ipse suo fineret Bacchus pede.' *Turneb. Adv. 6. 20.*

639 *Nunc ratio quæ sit]* Nunc de *Ætna*, Siciliæ monte, et de ejus ignibus disputare parat. *Lamb.* - Quoniam metæora, terræ motus, et quædam maris phænomena sibi videtur satis explicasse, reliqua admiranda, quæ aliquam de Diis et providentia opinionem facerent, aggreditur: et primum vs. 6. de *Ætnæ* ignibus disputat, quos, licet interdum erumpentes Siciliam vastarent, non adeo debemus admirari, ut naturæ vires superare inconsiderate putaremus; dicat aliquis ingens hoc esse incendium, et vires illius plane admirandas; nempe quia non vidit majus; sed in aliis rebus præcipites et inconsiderati perinde fallimur. Nihil est quod magnum dici potest, nihil quod debemus admirari, si universum infinitum contemplerur; nam ex illo subito potest confluere immensa seminum ignis, sive venti copia, quæ semina in *Ætna* seu alio quolibet monte collecta vim impetumque sumant, terræ motus efficiant, erumpant demum, longe lateque flammam spargant et favillam. Hujusmodi autem eruptiones sunt veluti morbi et convulsionis hujus mundi, atque ut morbo- rum semina in hominem (nam sæpe febricitat, dolet dentes, &c.) ex hoc mundo, ita ex universo in hunc mundum derivari possunt: nam si com-

parationem instituas, ut homo ad mundum, ita mundus ad universum. *Creech.*

Per fauceis montis ut Ætnæ, &c.] 'Fauceis' appellat, quas Græci *ἀπὸ-ρῆσας* nominant, ut idem dicit paullo post, 701. 'In summo sunt ventigeni crateres, ut ipsi Nomimant, nos quas fauceis perhibemus, et ora.' *Lamb.*

640 *Exspirent]* 'Exspirent' absolute positum, et sine casu arcusativo subsequente: quo modo alias poni solet, ut lib. 2. 354. 'Sanguinis exspirans calido de pectore flumen.' *Lamb.*

641 *Neque enim media de clade]* Hujus loci hæc mihi videtur esse sententia: non enim ex aliqua clade media coorta flamma, per Sicalorum agros divagata, genteis admiratione affectis, quo tempore illæ omneis cæli partibus scintillare cernentes, magnopere erant sollicitæ atque anxie, dubitantes quidnam rerum novarum natura meditaretur: sed ex monte *Ætna*. Ad hunc locum pertinent illa M. Tull. lib. 2. de N. D. 'Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione *Ætnæ*orum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret: cum autem tertio die sol illuxisset, tum ut revixisse viderentur.' *Lamb.* Hunc quoque locum corruptum esse olim ad Phædrum ostendimus. Hæc ipsa verba fuerant: Verum quando ita factum est, ut jam solennem notulis modum egressi simus, locum quoque alium Lucretii (lib. 6.) emendabimus. nam ab eadem origine, qua superiores, corruptus est. Versus incomparabilis poëtæ sunt, 'Nunc ratio quæ sit, per fauces montis ut *Ætnæ* Exspirent ignes interdum turbine tanto, Expediam; neque enim media de clade coorta Flammæ tempestas Sicalum dominata per agros, Finitimis

ad se convertit gentibus ora.' Quid est *media clades*, lector? Neminem sane usque adhuc videre contigit, qui exposuerit; neque adeo mirum; locus enim est plane deperditus. Et tamen debuerant interpretes errorem animadvertisse. Sed, uti dicebam modo, corruptus locus est ab eadem causa, quæ a me superius memorata est; nempe propter reduplicationem litteræ *M* & τῆ *Enim*; unde per socordiam exscriptoris factum est *enim media*, et mox (quippe istis pulmonois hominibus hæc mirifica videbantur) *enim media*, quod nullum sensum habet; namque scripserat aliter Lucretius, *neque enim dia de clade*, &c. 'Dia tempestas' (explicatione enim dignissimum locum iudico) est tempestas *θεόςμητρος*, ut loquitur Diodorus, seu *θεήλατος*; quasi diceret Lucretius, quæramus nunc quid causæ sit quamobrem olim flammæ tempestas totam Siciliam pervastavit; neque enim putandum est Deos tantam vim incendii in insulam importasse. Quippe nemini, qui veterum philosophorum sectas perspectas habeat, ignotum est, existimasse Lucretium et ceteros Epicuri sectatores, non oriri isthæc *ἐκ θεομητρίας*, et ultrice Deorum providentia, quam impugnabant, sed ea omnia causis naturalibus niti. Unde et ille alter *συνθιασάτης τοῦ αὐτοῦ λήρου* scripsit allucubi, 'credat Judæus Apella, Non ego; namque Deos didici securum agere ævum; Nec, si quid miri faciat natura, Deos id Ex alto cæli tristes demittere tecto.' Hæc olim: queis addas licet apud Xenophontem in libello *περὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων πολέμας*, illiusmodi calamitates dici, *ἐκ Διὸς εἶναι*, pag. 699. edit. Aubrianæ. Faber. Gronovii Codex *Media Græcia de coorta*; Salmasius *Media e re clade coorta*, i. e. ex media rerum natura, ex summa rerum: sed olim monui Salmasium haud feliciter interpretari Lucretium. Faber tandem *Dia de*

clade. 'Dia tempestas' est *θεόςμητρος* seu *θεήλατος*, quasi diceret Lucretius, Quæramus nunc quid causæ sit, quamobrem olim flammæ tempestas totam Siciliam pervastavit, neque enim putandum est Deos tantam vim incendii in insulam importasse. Egregia quidem conjectura. Neque istos moror, qui legunt *Mediocri*. Crech. Verissimam Fabri, cujus corroboratio exstat in Notis Pseudonimi Gorralli ad Ætnam Severi versu 193. esse emendationem ex scriptura Codd. depravatorum evinci posse puto; quum enim inter alios Mas. Lugd. Bat. quoque habeant *media Græcia de coorta*, vix dubito, quin descripto aliquis *Dia* inveniens, id relicta lacuna, (ut solebant,) non expresserit in ipso versu, sed ad oram notaverit Græcum ibi occurrere vocabulum; unde postea nata sit ineptissima lectio *Græcia de*. Alii invenientes scriptum connexis, more veteri, literis *enim dia*, putarunt per compendium ita exstare pro *enim media*, quod postremum maxime veram obscuravit lectionem; quam divine Faber adinvenit. Ad ejusdem vero confirmationem miror non occurrere alieni interpretum vel Lucretii vel ipsius Severi hocce ejus in Ætna versus vs. 29. 'Principio ne quem capiat fallacia vatam, Sedes esse Dei, tumidisque e fancibus ignem Vulcani rure et clausis resonare cavernis Festinantis opus; non est tam sordida Divis Cura, neque extremas jus est demittere in artes Sidera; seducto regnant sublimia cælo Illa, nec artificum curant tractare laborem.' *Hæc*.

647 *Hæc tibi in rebus*] Al. melius, *in rebus*. Fab.

649 *Ut reminiscaris*] 1. 957. 'Omne, quod est, igitur nulla regione viarum Finitu' est, namque extremum debet habere,' &c. et 2. 89. 'Et quo

jactari magis omnia materiai Corpora pervideas; reminiscere, totius imum Nil esse in summa, neque habere ubi corpora prima Consistant, quoniam spatium sine fine modoque est,' &c. *Lamb.*

651 *Et quam multesima constet*] Et quam sit pars multesima, i. e. et quam sit parva pars, si cum toto comparatur. Multesima pars est ea, cui multæ debent esse pares, aut similes ad constituendum totum: πολλοστὸν μέρος appellat Græci. profert autem hunc versum Nonius in voce 'multesima.' *Lamb.* Strabo lib. 1. pag. 26. Πολλοστὸν γὰρ μέρος ἐστὶ τὸ πρῶτον τερατολογούμενα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι. 'perexigna sunt eorum pars, quæ de ipsa Græcia.' Ubi in Notis hunc quoque locum adducit Casanbonus. *Hæc.*

652 *Et quota pars*] Ita vet. quidam libri. In quibusdam vulg. *Hæc.* Forte legendum, *Ac*; ut et Marullus, *Et. Vulg. Nec. Gif.* Cum in omnibus libris manuscr. scriptum reperissem, partim *Nec quota*, partim *Hæc tota*, partim *Et quota*, sic reposui. hujus autem scripturæ, quæ perspicue vera et recta est, hæc sententia est. Et, ut videas quota, i. e. quam multesima et parva, sit pars totius terræ homo unus, &c. Hic quoque suum institutum tenuit, suoque ingenio indulsit Zoilus. *Lamb.* Ἀποσδιόνωσα hæc. *Et quota pars homo sit terrai totius unus.* Quid enim ad rem facit quod et homo admodum parvula ac multesima demum pars terræ sit. Acute et ingeniose δὲ πᾶν I. Vossius: *Nec tota pars, homo terrai quota totius unus.* Ut hæc instituatur comparatio, hic sit sensus: Et quam ne tota quidem pars universi sit cælum, quota unus homo totius terræ. Id enim voluisse virum Eruditissimum, opinor, et res ipsa postulat. Totus, quotus, utrumque priori correpta, eodem sensu Manilio quoque usurpatum notaverat Scaliger, ad lib. 3.

pag. 70. in hisce: 'Detrahitur summæ tota pars, quota demit utrinque Omnibus ex horis æstivæ momine noctis.' Quem vide. *Preig.* Ut lectio præstantissimorum nostrorum Codd. Lugd. Bat. recte intelligatur, adscribenda esse duxi Jo. Ger. Vossii verba, qui de Anal. 1. 2. ita disserit: 'Servio etiam, interpretatione in edit. 2. Donati. pronomina generaliter infinita sunt, quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus. Etiam Diomedi pronomina sunt, alius, alter, neuter, uter, uterque, alteruter, unus, nususquisque, nullus, nullus, nemo, talis, qualis, totus.' Ubi (ut et apud Servium) 'totus' intellige non pro integro (qua significatione plane est nomen) sed priore correpta, ut idem sit quod *τῶσδης*: quomodo (ut Despaunterius primus annotavit) Manilius usurpat lib. 3. 'Detrahitur summæ tota pars, quota demit utrumque.' Similiterque loqui Tertullianum, observat ibi Josephus Scaliger. Imo et Lucretium eodem modo locutum animadverti. Nam 6. 652. ubi a Lambino, Gifanioque, editum est: *Et quota pars homo terrai sit totius unus*: elegantissima, verissimæque est lectio, quam disertim habent vet. membranæ nostræ: *Nec tota pars homo terrai, quota totius unus.* Quin Lambinus quoque fatetur, in quibusdam se manuscr. *Nec quota*; in aliis, *Et quota*; in aliis, *Hæc tota*, inveniase. Quod vero Petrus Candidus in Florentina, Marullus in Veneta mutarunt; id non aliunde est, quam quod, ob modulum prioris in *totus*, pravo male talo versum stare crediderunt. Quid miram? quando antiquiores etiam in eo decepti: eoque inter provocabula ponit, 'quot', 'tot', 'quotus', 'totus'; verum inepte subjicit, 'quotus' penultimam acnere, 'totus' circumflecto

tere; quia scripserit Maro, Georg. 1. 434. 'Totus et ille dies.' Isthæc vero Sergii invalida est ratio; 'Neuter,' inquit, 'alius, et reliqua, constat esse nomina, quoniam Probus viginti et unum dicit esse pronomina; in quibus ista non computantur.' Nempe hoc est, quod sapientes tot sunt conquesti, sequi pene omnes pecorum ritu antecedentium gregem, pergentes, non qua eundem est, sed qua itur. Seneca lib. de vita beata cap. 1. Idem Voss. de Anal. 2. 4. Super hac quæstione eorum me sententiæ aggrego, quibus placet, quædam novorum horumque, ut ita dicam, civiam recte referri ad interrogativorum tribum; ut, uter, quantus, qualis, quot, quotus: quædam item non male relativis accenseri; uti ea, quæ vel substantiam referunt; ut, alius, alter, cæterus, reliquus: vel accidentis relationem habent: ut, qualis, quantus, quot, quotus; quando extra interrogationem ponuntur. Ut in illo Lucretii, 6. 662. 'Nec tota pars homo terræ quota totius unus: quomodo versum eum ex manuscr. nostro codice lib. 2. rei Grammaticæ, cap. 17. emendavimus. Ubi et Mamilium similiter loqui videbamus. Hæc magnus ille Grammaticus; in distinctione autem Preig. neo adsentior. *Hav.*

658 *Obturgescit*] Sic habent omnes lib. et vulg. et manuscr. quos quidem viderim. Sed Avancius Veronensis legebat *Obbrutescit*, i. e. obstupescit. quo verbo usus est lib. 3. 544. 'An contractis in se partibus obbrutescat.' *Lamb.*

660 *Sacer ignis*] Virg. Georg. 3. 565. 'nec longo deinde moranti Tempore contactos artus sacer ignis edebat.' 'sacer ignis' (inquit Corn. Celsus 5. 28.) 'malis ulceribus annumerari debet.' Auctor vocabularii Latino-græci manuscr. 'Sacer ignis,' inquit, 'ἐρυσιπέλας: al. ἐρως.' Quid sit porro 'erysipelas,' et 'herpes,' et

Delph. et Var. Clus.

quid inter hæc duo intersit, et quæ sint eorum causæ, consulendi sunt medici: ego alio propero. Non me pigebit tamen lectorem admonere, Cornelio Celso aliud esse ἐρυσιπέλας, aliud 'sacrum ignem,' lib. sup. commemorato, cap. 28. ibi, 'Sacer quoque ignis malis ulceribus,' &c. Ejus dux species sunt,' &c. *Lamb. Πῦρ ἔρως*, ut et nos Galli voce ejusdem significationis notare solemus, ejus species est, sed lenis: at qui excedens est, ἐρως ἐσθιδάμενος, ad ossa usque pervadit; de quo hic Lucretium loqui credibile est. *Faber.* Adas Celso Paulum Æginetam 4. 20. Quos, si vacet, lege: nam in illis multa de sacro igne. *Creech.*

663 *Et satis hæc tellus morbi*] Ita vet. libri. Marullus tamen, nobis; quod et Florentini et Lambinus secuti sunt. Ego vet. libros sequor, etsi mox sequatur: 'procreascere morbi.' *Gifan.*

663 *Et satis hæc tellus nobis, cælumque*] Secutus sum codices Florent. nam ceteri vulg. quibuscum manuscr. scripti congruunt, habent, *Et satis hæc tellus morbi, cælumque*: quæ lectio nullo modo ferri potest: hanc tamen tuetur Zoilus: tale est hominis palatum. *Lamb.*

666 *Suppeditare*] Sic habent quatuor libri manuscr. et vulgati Veneti antiq. quod probò. est enim absolute accipiendum. *Lamb.* Vulgati, fere: *suppeditari.* *Gifan.*

669 *Ignis abundare Ætnæus*] Ripas suas videtur superare dum erumpit igneum flumen. *Flammescere cælum*: dum coruscat et fulgurat. *Fayus*: Quasi aliquid de fulgure, et coruscatione Lucretius, cum de Ætnæ ignibus disputet: sed in istius viri ineptiis refutandis non amplius morabor. *Creech.*

Flammescere] Fulgere, seu flammam comprehendere, et concipere, seu flammis collucere. *Lamb.*

671 *Ut tempestates pluvia*] Sic le-

Lucret.

5 M

gendam, non, ut vulgo, *Et tempestates pluvia*. Lamb.

Graviore coortu Sunt] I. e. majores et graviores sunt, seu majore copia cadunt. Lamb.

672 *Tetulerunt*] Secutus sum cod. Parisiens. Florentinos, Basilienseis, Venetos utrosque, Lugdunenseis majores: nam minores mendose habent *retulerunt*: manuscripti autem etiam corrupte *detulerunt*. Jam 'tetuli' pro tuli antiquum, quo et Ter. utitur Andria 4. 6. 13. 'Nam pol si scissem, numquam hoc tetulisset pedem.' et Plaut. Mostell. 2. 2. 39. 'Quia septem menses sunt, cum in hasce ædeis pedem Nemo intro tetulit, semel ut emigravimus.' Lamb. Locis a Lambino adductis alia addi possunt; Plant. in Rud. 4. 1. 2. 'Hodie me his mulierculis Tetulisse auxilium.' et Menæchm. 4. 22. 21. 'Conditiones Tetuli tortas, confragosas.' Nec scenici solum poetæ (verba sunt Jo. Ger. Voss. de Anal. 3. cap. 37.) sic locuti, sed etiam Catullus. Charisius enim citat ex carmine ejus de Vere, quod deperit (nam in Pervigilio non exstat is locus) 'Conciturum tetuli gradum.' Unde recte Pierius colligit contra nonnullos, Latine etiam dici 'ferre gradum.' Quid nunc Epicos dicam? Ennii enim est 1. Annal. p. 13. 'Ilia dia nepos, quas ærumnas tetulisti!' Snevii quoque apud Macrobius Sat. 3. 28. 'cum rege potenti, Nomine Alexandro Magno, fera prælia bello In Persas tetulere suo.' Ita enim ibi legi jubet Vossius idem, non (ut vulgo) *retulere*. Hav.

673 *At nimis est ingens, &c.*] Occupatio est objectionis. Lamb.

Incendii] Alias *incendi*, alias *incendii*: quod tamen intelligendum est pro trisyllabo *incendi* positum. Lamb.

674 *Scilicet et Fluvius*] Solutio objectionis a simili; hoc modo scilicet et fluvius, qui non est maximus, ei videtur maximus, i. e. ejus judicio et

sententia est maximus, qui aliquem ante majorem non vidit: et item homo et arbor non maximi, ei videntur maximi, qui nullos antea majores vidit: hunc locum in omnibus fere libris corruptum, qui sic habent, *Scilicet et fluvius qui visus maximus ei*, Qui non ante aliq. sic restitui jam in prima editione, plane (præfiscini præfatus dicam) divine. Quam emendationem etiam Zollus probavit tacitas. Lamb. Codd. *Scilicet et fluvius qui visus, &c.* Unde Salmasius: *Scilicet et fluvius qui visus maximus ei*: fluvius aliquis visus est ei maximus, qui majorem non vidit. Istam quam Codices exhibent lectionem sequi possumus, at non rejicienda est illa altera Lambini lectio. Creech. Mire sua emendatione exultat Lambinus. 'Plane,' inquit, 'præfiscino præfatus dicam, divine.' Verum ita, non modo 'Maxima que vidit quisque, hæc ingentia fingit,' ut versus ab hoc quarto Lactretius loquitur, sed et 'Optima que vidit quisque, hæc cælestia fingit.' Quid enim simplicius, quin et elegantius, quam quod vidit Is. Vossius, *Scilicet et fluvius quivis ut maximus eji 'at.* quam emendationem et variantes Lectiones agnoscunt, et Annotator noster. 'Quivis' hoc versus, et 'aliquis' proximo, optime sibi invicem opponuntur. Locum ipsum egregie Claudianus illustrat, ubi de sene Veronensi: 'Proxima cui nigris Verona remotior Indis, Benacumque putat littora rubra lacum.' Hand inepte etiam legeris: *Scilicet et fluvius quivis est maximus eji*. Preig. Omnia hæc acuta et eleganter inventa; verum ego is sum, qui difficillime a Mss. probatorum fide desciscio, si aptus inde sensus erui possit, qui hic aptissimus et simplicissimus est. *Scilicet et Fluvius, qui visus, maximus eji* Qui, &c. 'Fluvius, qui visus,' est is qui primus, ante alios visus est: omnes enim hi versus de visu (primo, ut ante visos alios) agunt, et ita

inf. vs. 676. 'quæ vidit quisque,' pariter posita sunt, pro: quæ primum vel prima quisque vidit. Sed mala ubique distinctio confusionem peperit, quum ita distingui hi versus debeant, uti a nobis factum est, non ut vulgo, videlicet, et omnia de genere omni, *Maxima quæ vidit quisque hæc, &c.* sed et omnia de genere omni *Maxima; quæ vidit quisque, &c.* Arbor, inquit, et homo videtur ingens, et omnia in omni genere videntur ei, qui non ante aliquid majus vidit, maxima; nam quæ quisque vidit, (primum scilicet,) ea fingit sibi ingentia et maxima. *Hav.*

675 *Et ingens, &c.*] Et ingens videtur arbor, homoque, ei qui majorem arborem, majoremque hominem non vidit. *Lamb.*

677 *Maxima*] I. e. quibus majora nunquam antea vidit. *Lamb.* Terentii interpretes ex Cicerone et aliis docebunt, quid inter 'magnus' et 'ingens' intersit. Non temere 'ingentior' occurrat; constat tamen apud Virg. *Æn.* 11. 124. legi. *Faber.*

680 *Nunc tamen illa*] Rediit ad institutam disputationem de *Ætnæorum* ignium ratione. de quibus sic Virg. *Æn.* 3. 571. 'sed horrificis juxta tonat *Ætna* ruinis: Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem, Turbine fumantem piceo, et candente favilla, Attollitque globos flammarum, et sidera lambit: Interdum scopulos, avulsaque viscera montis Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras Cum gemitu glomerat.' De hisdem sic Aristot. lib. de Mund. *Ἐμπεριέχει δὲ καὶ πολλὰς ἢ γῆ ἐν αὐτῇ, καθάπερ ὕδατος, οὕτω καὶ πνεύματος καὶ πύρρος πυρρός. τοῦτων δὲ αἱ μὲν ἐπὶ γῆν εἰσὶν ἀέραι, πολλὰ δὲ ἀκαυνοὶς ἔχουσι, καὶ ἀναφυσήσκει, ὅσπερ Λιπάραι τε καὶ Ἄστρη, καὶ τὰ ἐν Αἰόλου νήσοις. αἱ δὲ καὶ μένουσι πολλὰς ποταμῶν διακρῆ, καὶ μέθρου ἀναβηκτούσι διακρούουσι. I. e.* 'Continet autem terra et multos in se, ut aquæ, ita et flatus et ignis fonteis.

Horum porro alii quidem sub terra sunt occulti et obscuri, alii autem respiraciones habent, ut Lipara, et *Ætnæ*, et loca in *Æoli* insulis, qui sæpenumero et flaviorum modo fluunt, et flammæ ac massas candentes provomunt.' De hisdem idem lib. *περὶ θαυμασίων ἀκουσμ.* *Lamb.* Si inquiras cur collectæ in *Ætna* flammæ erumpant tanto impetu, vs. 31. declaratur ratio: Breviter, vi venti fit eruptio; venti autem istius semina ex universo infinito veniunt, et in monte *Ætna* collecta flammæ vel latentes in visceribus montis, vel ex ipso monte expressas ejiçunt, vs. 14. aut ventus iste irruit per speluncas quæ sunt ad radices montis, et quarum ora, cum mare a litore recedit, (mare enim radices montis alluit,) aperta sunt, atque ita effat ignes; vs. 7. Denique in ipsis faucibus montis generantur venti, vs. 2. Sic multas ponit causas, ut inter eas una vera, et certa diceretur, vs. 9. *Creech.*

682 *Primum totius*] Sic fere Trogus lib. 4. ut est apud Servium in *Æn.* 3. 'Sicilia terra est cavernosa et fistulosa: quo fit, ut ventorum flatibus pateat, unde ignis concipitur: intrinsecus sulphur habet, et bitumen: in quæ ubi ventus per spiramenta cavernarum incubuit, diu lucatus ignem concipit. Sic *Ætnæ* dicitur incendium. motus ergo ventorum, causa incendii est.' *Lamb.*

685 *Ventus enim flit, ubi est agitando*] Itaque quidam dicunt, ventum nihil aliud esse, quam agitatam aëra. *Lamb.*

687 *Qua contigit*] Qua parte saxa tangit. *Lamb.*

Terramque] Et ubi terram calefacit, qua eam tangit. *Lamb.*

689 *Ac rectis ita faucibus ejiçit alle*] Severus in *Ætna* vs. 322. 'Haud secus adstrictus certamine tangitur icu Spiritus, involvensque suo sibi pondere vires Densa per ardentis ex-

ercet corpora venas, Et quacunq̄ iter est, properat, transitq̄ morantem, Donec confluviu resolutis æstibus, omnis Exsilit, atq̄e furens tota vomit igneus Ætna.' In quibus ultimis idem epitheton 'furens' notari debet, quod apud Lucret. modo vs. 687. legitur, ne quis sollicitet temere Mss. lectionem, *terens* ibidem reponeudo, ut V. D. facit ad Severi ejusdem vs. 562. ubi legas 'Hæc operis summa est; sic nobilis uritur Ætna. Terra foraminibus vires trahit, urget in arctum, Spiritus incendi vivit per maxima saxa.' Sed et totum illud carmen cum Lucretianis hisce conferri meretur. *Hæc.*

691 *Differt*] In diversas parteis fert. *Lamb.*

693 *Animæ*] Flatus, spiritus, venti, *ævequatos.* *Lamb.* Venti. Alibi: Horatius: 'Impellunt animæ lintea Thraciæ.' *Creech.*

694 *Præterea, magna*] Alia ratio horum ignium. *Lamb.*

Parti] Parte, ut sæpe alias. *Lamb.* Quidam libri: *parte.* *Gifan.*

696 *Ex hoc usque mare*] Ita fere vet. libri. *Vulg. mari.* Sup. l. 390. et inf. vs. 712. *Idem.*

697 *Hæc*] Per has speluncas fatendum est mare penetrare. *Lamb.*

698 *Et penetrare mari, &c.*] Secutus olim lectionem vulgatam, *Et penetrare mare, et penitus se cogier arcto:* ad eam hæc annotaram, eamque sic declararam: et fatendum est, mare hæc, nempe per has speluncas, penetrare et penitus in angustum cogi a seipso coactato. sed non dissimulabo, in aliquot libr. manuscr. ita scriptum esse, *Et penetrare mari penitus res cogit aperto.* quibus eum consentiunt cod. Parisienses; et Veneti antiq̄. Hanc igitur scripturam antiquam, quam olim lectori proposui, et indicavi, nunc in contextum restituo. Dicam tamen, quod sentio, neque hic versus, neque is, qui reperitur in libris vulg. lucernam olet Lucre-

tianam: et eo detracto, nihil de sententia decedet. *Lamb.* Ita fere omnes libri vet. manu formisque descripti. Marullus tamen, *mare et penitus se cogier arcto.* Et ita vulgati fere ac Lambinus. Mihi minime placet. Agit de vento poëta. *Gil. Al.* *Et penetrare mare, et penitus se cogier arcto.* Utraque lectio Lambino displicet; neque id injuria: ambæ enim corruptæ sunt: legendum putarim, *Et penetrare animam penitus res cogere aperto.* 'Anima' ventus est; sæpe apud Lucretium; modo legebas, 'Ne dubites, quin hæc animæ turbida sit vis,' i. e. vis venti. Sensus itaque et ordo verborum sic se se habebant: Fatendum est animam hæc ire et cogere res penetrare aperto, i. e. per apertum, seu per illas fauces. Omnino enim agitur de vento, non de mari: itaque illa emendationis pars (animam) plane necessaria est; per 'res' autem intelligo ignes, scintillam, cinerem, saxa, &c. de quibus antea. *Faber.* Istam interpretationem vitiosa nuce non emerem. Si placet vox *animam*, leg. *Res cogit aperta*, ut alibi 'Manifesta docet res.' Ex 'Mari aperto' vix aliquis sensus potest exprimi, qui vero istas voces retinet, hoc modo interpretetur; 'Mari aperto,' i. e. cum mare recedit a radicibus istius montis, et resorbet fluctus. *Creech.*

700 *Subjectare*] Sursum jactare. *Lamb.* In altum tollere. vide Not. ad l. 8. *Fab.* et *Creech.*

701 *In summo*] *Lamb.* legit, *In summa*, i. e. denique, *tri rotros*, ut inuat plures esse rationes, qua de re in nota sequenti. *Faber.*

Ventigeni] Sic emendandum existimat Turneb. Adv. 22. 18. Nam vulgo legitur, *In summo sunt vertice istæ, &c.* 'Ventigeni' autem, i. e. ventos gignentes vel a ventis geniti. Ventus enim crateres seu fauceis illas efficit. Sed videtur hic locus explicari non posse, immo ne apte quidem cum

aliis coherere, nisi legamus *In summa*, h. e. ad summam, ὄως. vel *in summo* interpretemur, in summo monte. Vel dicamus, hos duos versus alieno loco esse positos. *Lamb.* Ita (*ventigeni*) ex quibusdam vet. lego, cum *Adr. Turnebo*. Vide *Indicem*. In quibusdam vet. *vertice erat*. *Marullus*, *vertice item*. Et ita vulg. *Gifan. Lamb.* etiam in ed. prima.

Ventigeni Crateres] Crateres Ætnæ ita dicuntur quod per eos venti ex visceribus montis fere semper prorumpant: qua de re nemo dubitabit, si qua *Straboni* fides. Is in lib. 6. sic scribit: *Ὅθεν γὰρ προσετὸν εἶναι τὸν τόπον, οὐδ' ὁρατόν. Εἰκάζειν τε μὴδὲ καταβιβασθῆναι τι δύνασθαι ἐκείσε, ὑπὸ τῆς ἀντεπὸς τῶν ἐκ βόδους ἀνέμων, καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προσπατῶν ἐβλογον πέρθεσθαι, πρὶν ἢ τῷ στομίῳ τοῦ κρατήρος προσπελάσαι: εἰ δὲ καταβιβασθῆναι, φθάσει ἢ διασθαρῆναι πρὶν ἀναβιβασθῆναι πάλιν, ὁποιον παρέληφθη πρότερον. τὸ μὲν οὖν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐκλείπειν ποτὲ τῆς βλάστη, οὐκ ἔλογον' οὐ μὲν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὅστι' ἀπὸ τῆς τοσαύτης βίας, ἐφικτὸν ἀνθρώπων γενέσθαι τὸν πλῆσασμόν.* 'Etenim locum illum neque adiri posse, neque conspici. Et conjecturam se facere, ne injici quidem posse eo quidquam, ob adversum ventorum ex profundo flatum et calorem; quem, consentaneum sit, procul occurrere, antequam ad os Crateris adpropinquetur. Quod si quid tamen omnino injiceretur, multo ante ejus formam corruptum iri, qua erat injectum, quam ipsum rursus ejiceretur. Ceterum non absurdum esse, deficiente aliquando materia, spiritus quoque et ignem aliquamdiu cessare. At eam intermissionem tantam non esse uti contra istam vim mortalium aliquis propius accedere queat.' Quare lectio vulgata, *In summo sunt vertice item crateres*, mihi non displicet, quod illud *Lambinianum In summa* mihi hoc loco haud probetur. Cumque opus aliquo verbo sit, quod indi-

cet novam rationem afferri posse, illud item admittatur necesse est. *Fab. Alii*, *In summo sunt vertice item crateres*. Prior lectio (*Ventigeni*, &c.) placet, quippe duobus hisce versibus declaratur. Ventum non tantum per speluncas ad montis radices ingredi, sed etiam in ipsis faucibus generari; neque id mirum, nam nihil certius, quam aërem ex omni parte ad flammam ruere, atque inde ventum generare. *Creech.* Turnebi nota, quam *Lambin.* citat, hæc est: 'Est et illud spurium *In summo sunt vertice item crateres*: quidni enim nothum appellem, quod si non pellicatu, certe suppositione tamen subrepsit in liberorum locum? ego cum reperiam *vertigeni*, et intelligam o elementum sæpenumero in libris scriptis occupare sedem literæ *n ventigeni* legendum suspicor: hucque adducor, quia fauces illas Ætnæ certo scio anras et ventos effundere: et poetæ utris speluncis ventos inclusos fingunt: quia inde eorum materia emanat, qua mons Ætna exuberat, igne venas sulphuris et bituminis in fumum animale m tenuante atque mutante. Suspiciatus et aliquando sum *vertice enim* legi non inconcinne posse.' Hæc *Turnebus*, cujus posterior conjectura mihi præferenda videtur priori, eo quod in vestigiis Mss. appareat, et sensus postulet; nam *verticem*, quod in *Logd. Bat.* est, natum est ex *vertice m*; pro quo conjuncte prius fuerat scriptum *verticem enim*, literarum vero e altera propter concursum similium inter se neglecta peperit lectionem *verticem* et *vertice item*, quæ inde ab aliis formata fuit. At sensus *Lucretii* postulat *vertice enim*, quod ita confirmo; In superioribus vim furentis aëris descripsit, qui fundat, diffusat, et extrudat ignem, favillam, atque saxa mirandi ponderis, quæ ejectari non possunt nisi per fauces sive crateras; vim itaque auget si in summo montis vertice crateres isti sint, per quos omnia hæc

tam alte efflata et sublata evomantur; nam, inquit, in summo vertice sunt cratera, &c. *In summo sunt vertices enim, &c.* et frustra cum Fabro item præferas, quum non novam adferat rationem poëta, sed concludat isto enim illam quam multis superius adstruxerat. *Hav.*

708 *Sunt aliquot quoque*] Ne quis miretur, ne multas horum ignium rationes afferre, quasi dubium atque incertum, sunt aliquot etiam res, quarum noam causam afferre non est satis, sed plures afferendæ sunt, ex quibus tamen unica causa sit: idque ostendit a simili. *Lamb.*

707 *Dicatur ut illius una*] I. e. ut causa illius leti, quo homo ille interit, quæ una est, dici possit. doctus quidam legendum putat, *Dicatur ut illius vera.* *Lamb.* Lethi scilicet. *Faber.*

708 *Nam neque eum ferro*] Ita constanter Mss. probatissimi; quod in neque eum mntarunt, qui putarunt eum poni non posse, ubi de corpore agatur, quasi vero non sæpius genus mutant auctores, atque æque ad 'Hominis' vs. 706. quam 'Corpus,' vs. 705. referri possit. *Hav.*

710 *Verum aliquid genere esse ex hoc, quod contio, &c.*] Ita ex vet. libris nostris, et aliis restitui. *Vulg.* et *Lambinus: credat.* Quidam vet. *ites, ito.* *Gifan.* *Secutus* eram initio cod. aliquot vulgatos, qui habent, *Verum esse ex genere hoc aliquid, quod contio credat:* idemque indicaram ingenioso lectori scripturam, quæ reperitur in quatuor manuscr. cum quibus consentiunt vulg. *Venet. antiq. et Parisiensi.* *Verum aliquid genere esse ex hoc, quod contio dicat.* hanc igitur nunc sequor. Idem admoneram, codicem *Memianum* manuscr. sic habere, *Verum genere aliquid esse ex hoc contioito.* quæ scriptura quid sibi velit, non video. Omnino in hoc loco mendum subesse suspicor. *Lamb.* Omnino vera *Vossii* emendatio est: quæ harum vocum,

inane nescio quid sonantium, loco reponit: quod *contigit cji.* Nondum tamen, quid sibi vox utrum, pro *verum*, nempe in versus principio velit, mihi liquet. Cæterum, dum huic intenti versiculo, in eoque sanando toti sunt viri docti, in sequenti, *habemus, pro avemus,* irrepsisse, non animadvertunt. *Lambini* certe requiras diligentiam, qui de eodem hoc verbo alias haud male meritis est. *Lego* itaque, *Verum aliquid genere esse ex hoc, quod contigit cji, Scimus, et in multis hoc rebus dicere avemus.* Ut sit sensus: *scimus, ac lubenter dicere solemus, id quod ei contigit, hujusmodi quid, aut ex hoc genere saltem esse. Contigit cji,* more *Lucretiano.* Atque ita quam proxime ad veterem scripturam accedimus, quam apud *Lambinam: contio itel,* apud *Londinenses: contio itel,* adeoque vestigia vocum, *contigito, et contigitel, refert.* 'Avenus,' ut *Cic. 1. Off. cap. 4.* 'Itaque cum sumus necessariis negotiis rarisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, addiscere.' *Præq.* Si in *contio itel,* quod in *Voss. L. B. est, e. s. l. mutes in t. g. i. vel in contio ite,* quod in *Voss. vet. est, mutes e in g. et i in fine addas, habes veram lectionem. Habemus dicere, i. e. dicimus, dicere solemus. Conf. 1. 1068. 6. 899. Hav.*

710 *Contio*] Turba, quæ circumstat, et quæ ad audiendum convenit. *Lamb.*

712 *Nilus in aestati*] Nunc cur Nilus in aestate crescat; qua de re sæpe quæsitum est ab antiquis: et *Herodotus* treis antiquorum opiniones refert, easque refellit: quarum prima est ea, quæ in *Eteas* causam confert: secunda, quæ in oceanum: tertia, quæ in niveis liquefactas: quartam affert suam, qua solem vult esse causam efficientem hujus incrementi, nempe quia sol brumæ tempore in *Libyæ* partibus cursum suum conficiens, multam ad se humorem e *Nilo* attrahat; atque iccirco Nilus hoc tem-

pore præternaturam suam minor fiat: æstate autem adventante, atque appropinquante, sol discedens ad Septentriones, Græciæ fluvios siccet et minuat: idcirco Nilum videri æstate crescere, cum re vera hoc non fiat, sed potius hieme decrescat. sed hanc sententiam reprehendit Diod. Siculus lib. 1. quem legito, si plura hac de re cognoscere cupis: et Herod. Euterpe, et Plin. 5. 9. et Melam 1. 9. et Solinum cap. 45. Non arbitror hoc loco mihi esse prætereundum, quod retulit Antigonus inter eas, quas collegit, historias admirabiles: pnteis, qui sunt Mythopoli, simile quiddam, atque Nilo, accidere. Æstate enim supra labra plenos esse; hieme vero ita decrescere, atque adeo exaresceret, ut ne tingere quidem aliquid ex eo facile sit, Græca verba sunt hæc: *Λέγων δὲ τὸν Ἐβδον καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Μυθοπόλει φρεσίων, ὅτι παραπλήσιον τὴν Νεῖλον πύσσουσι. τοῦ μὲν γὰρ θέρους ὑπερ τὰ χεῖλη πληροῦσθαι, τοῦ δὲ χειμῶνος ὀφθαλμοὺς ἐκλείπειν, ὥστε μηδὲ βέβαιον ἴδαν εἶναι.* Lamb.

712 Nilus in Æstate crescit, &c.] Ab æstivo solstitio ad æquinoctium usque autumnale Nilus ita intumescit, ut per Ægyptum exundans, oblitos limo agros fecundet, alias steriles futuros, egregiam Divinæ Providentiæ monumentam: ('Ægypti incolæ aquarum beneficia percipientes aquam colant,' &c. Julius Firmicus de Er. Prof. Rel.) huic igitur incremento pro more suo causas tantum naturales assignat Lucretius vs. 26. Et primo quidem vs. 12. Venti Etesis ab septentrione spirantes aquas amnis, qui ab austro finit, repellunt, faciuntque, ut impleto alveo exundent: si vero Etesis ad obsistendum tanto aquarum ponderi, leves enim sunt venti, impares dicantur, tum vs. 5. arena, quam mare ab istis ventis agitatam congerit, obstruunt Nili ostia; atque inde exundatio. Hisce causis duas alias

cōjunge, nempe pluvias, quæ ad fontes Nili decidunt vs. 6. et nives; vs. 8. resolutas. Nam omnibus hisce causis conspirantibus Nilus, aut quilibet alius fluvius exundet. *Crescit.*

In ætati] In æstate. Lamb.

Æstate] Ita legendum. Quidam libri *æstatem*; male. Lambinus, *ætati*. Vide supra, vs. 696. *Gifan.* In *ætati* omnes libri; quam tamen nihil vetet, Lucretium scripsisse, in *æstate*. Id genus quam plurima apud eum a scioliis immutata, et, quod tanti non viderentur, a viris doctis neglecta, facile crediderim. Vide quæ ad 1. 390. *Preig.* Imo reponere in *æstatem*, clarissime totidem literis ita scribentibus Mss. Lugd. Bat. nimirum, ut Terentius Eun. 2. 2. 29. 'esse in tantum honorem,' ut Curtius 3. 5. 'Darium fore in Ciliciam,' ut sepulturam roganti Augustus in Vita sua apud Sueton. cap. 18. 'eam in volucrum fore potestatem,' ita et Lucretius de Nilo dixit eum 'in æstatem' crescere. *Hav.*

714 *Is rigat Ægyptum]* Sic Virg. Georg. 4. 291. 'Et viridem Ægyptum nigra sæcundat arena,' et M. Toll. lib. 2. de N. D. 'Ægyptum Nilus irrigat, et cum tota æstate obrutam oppletamque tenerit, tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit.' Lamb.

Per medium calorem] Sub finem extremum Junii mensis, ad usque initium Septembris. Quod ideo notare visum est, ut intelligamus hodie aliter fieri, quam olim. Citius enim desinebat inundatio Nili. Ejus rei testis oculatus est Lambertus Massiliensis, qui de peregrinatione Ægyptiaca, quam ipse anno 1626. suscepit, commentariolum reliquit Lutet. editum. In eam rem luculenta quæstio esse potest. *Feb.*

715 *Aut quia sunt æstate Aquilonis]* Hanc rationem aiunt fuisse Thaletis. idque testatur et Diodorus Siculus lib. 1. his verbis: *Θαλῆς μὲν ὄν, εἰς*

τῶν ἐπὶ τὰ σοφῶν δρομαζόμενος, φησὶ τοὺς Ἑτησίας, ἀντιπρότερον ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, κωλύειν εἰς θάλασσαν προχεῖσθαι τὸ βεῦμα, &c. i. e. 'Thales, unus e septem sapientibus, ait Etesias Nili ostiis reflantibus, prohibere, ne in mare profundatur.' 'Etesias' autem iidem sunt, atque 'Aquilonēs :' flant enim a septentrionibus. Hoc interest, quod Aquilonēs qualibet anni parte potius quam æstate, et incertis anni temporibus spirant: Etesias autem sola æstate, nempe sub solstitium, spirant. Itaque 'Etesias' dicti sunt παρὰ τὸ ἔτος; quæ vox annum significat, quia certo anni tempore flant. de quibus sic Aristot. l. 2. de reb. superis: Οἱ δὲ Ἑτησίαὶ πλέουσι μετὰ τροπῆς, καὶ κινεῖς ἐπιτολήν, &c. i. e. 'Etesias autem flant post solstitium, et canis ortum.' *Lamb.*

Aquilones ostia contra; Anni tempore, &c.] Post biduum exortus Caniculæ Aquilonēs constantius perflant diebus quadraginta, quos Etesias vocant. Plin. 2. cap. 47. Et Lucretius vs. 730. 'Etesia flabra Aquilonum.' Fayus tamen, *Etesias*, sunt venti ab austro, seu a meridie flantes; et hoc Nili incrementum contendit fieri a duobus ventis contrariis, quorum alter, nempe Aquilo, retardat aquarum cursus, alter, nempe Etesias, impellit illas, quoniam Nilus ab austro in septentrionem fluit. Endignum Lucretio interpretem! *Creech.*

716 *Quo Etesia flabra feruntur]* Hanc esse puto veram et rectam scripturam, non quod reperitur in lib. manuscr. expressa, sed quod propius absit ab antiqua. Sic enim omnes fere lib. vet. habent, *Quas Etesia flare feruntur*: Memmianus autem, *Quo Etesia efflare feruntur*: eum quo consentiunt aliquot vulgati: in his Parisienses, et Veneti antiquiores. *Lamb.* Ita ut *Lamb.* et in vet. nostris. *Gifan.* Multa se specie commendat Is. Vossii lectio: *Anni tempore eo qui Etesii esse feruntur.* *Aqui-*

lones nempe, quos eo anni tempore, non quolibet, non in hyeme ibi Etesios esse, perbibent. 'Etesia flabra' ex vs. 730. ut et lib. 5. 741. huc infarcire in promptu fuit iis, quos supervacanea metri cura tenuit, cum Lucretiana elisionis neglectio in hisce ac similibus nihil novi apporet. *Preig.*

718 *Cogentes cursus]* Quidam libri habent, *cogentes rursus replent*: quod fortasse probabilius est, ut *rursus* cohæreat cum verbo *replent*. Ego tamen alteram, ut tolerabilem et receptam, secutus sum. *Lamb.*

719 *Adverso flumine]* Ut vs. 725. 'Fluctibus adversis' (neque enim leg. *flamine*). Malle tamen *geidii*. *Creech.*

720 *Quæ gelidis a stellis]* Quæ flabra flant a septentrionibus. *Lamb.*

Quæ gelidis] Forte, *geidii*. *Gifan.*

721 *Ab Austro]* A meridie, et ab axe illi opposito. *Lamb.*

722 *Inter nigra]* Æthiopus; in montibus, qui Lanæ dicuntur, res hodie nota, veteribus non item. *Faber.*

Percocæque sæcla calore] Sic legi debet, et ita legitur infra non longe ab extremo, vs. 1107. 'Usque ad nigra virum, percocæque sæcla calore.' adde quod Vaticanus codex habet *calore*, non, ut vulg. *colore*: significat autem Æthiopus, et taleis nationes, quæ calore solis perustæ sunt. *Lamb.* Sic *Lambinus*, ut iaf. in fine. Vulg. *percocæ sæcla colore*. *Gifan.* Neque tamen damnare tam subito ausim illam lectionem quæ et hic et inferius vs. 1107. a *Mas. Lagd. Bat.* etiam confirmatur. Legerim itaque lubens cum hac distinctione: *Inter nigra virum percocæ sæcla colore*, ut dicat nigra illa sæcla virorum esse 'colore percocæ,' tanquam *δύρα* ut Græci vocabant quæ bis et penitus tincta atque percocæ erant; colore itaque nigro indelebili poëta hosce ait esse mortales. *Hav.*

723 *Media ab regione dici*] Janus Guelmius Qumst. in Cas. Plauti cap. 1. seu Fac. Crit. Tom. 3. p. 375. scribi jubet *medi ab regione dici*, quoniam 'mediem' et 'meridiem' veteres dicebant; et tmeses hæc certe satis familiares sunt Laeretio. *Hav.*

724 *Est quoque, uti possit magnus*] Hanc rationem commemorat Pomponius Mela. *Lamb.*

Congestus] Camillus. *Lamb.*

725 *Oppilare*] Obstare tanquam multæ pila seu columnæ confertim oppositæ. verbum est absolute positum hoc loco, sed M. Tullius usus est participio patiente, secunda Philipp. 'Negotiumque transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librarie conjecisset, hisque oppilatis, impetum tuum compressisset.' *Lamb.* *Oppilatio*, optimum vocabulum, legitur in Scaligeranis primis pag. 80. ubi Lucretii hic adducitur versus, et vocabuli ipsius illustratio est. Huc pertinet elegans Epigramma Martialis Ep. 10. 85. de Ladonte nauta, quod adscribere non piget. 'Jam senior Ladon, Tiberinæ nauta carinæ, Proxima dilectis rura paravit aquis, Quæ quum sæpe vagus premeret torrentibus undis Tybris, et hiberno rumperet arva lacu; Emeritam puppin, ripa quæ stabat in alta, Implevit saxis, opposuitque vadis. Sic nimias avertit aquas. Quis credere posset? Auxilium domino mersa carina tulit.' *Hav.*

726 *Ruit*] 'Ruit' positum est *επεπυγυαῖος*, ut apud Virgil. Georg. 1. 105. 'cumulosque ruit male pinguis arenæ.' et *Æn.* 1. 39. 'spumas salis ære ruebant.' et Lucret. sup. 1. 208. 'Quamlibet in partem trudent res ante, ruantque Impetibus crebris.' *Lamb.*

728 *Et proclivus*] Sic habent tres lib. manuscr. et aliquot vulg. alii, *proclivis*. *Lamb.* Vulg. *proclivis*; contra vetustatem. *Gifan.*

729 *Fit quoque, uti pluvias*] Alia ra-

tio, quam commemorat Plin. 5. 9. 'Causas hujus incrementi varias prodidere, sed maxime probabileis, Etesiarum eo tempore ex adverso flantium repercussum, ultro in ora actum mari: aut imbreis Æthiopiæ æstivos, iisdem Etesiiis nubila illo ferentibus, e reliquo orbe.' *Lamb.*

Ad caput ejus] Etiam de capite et origine Nili valde dubitarunt veteres. exstat apud Herodot. in Euterpe hac de re longissima disputatio, et item apud Diød. Sic. lib. 1. quos cum legeris, nihilo certiora de Nili fontibus cognoveris. Quin et Plinius eadem de re scribens 5. 9. nos æque fere incertos dimittit. sic autem ille. 'Nilus' (inquit) 'incertis ortus fontibus, it per deserta et ardentia: et immenso longitudinis spatio ambulans, famaque tantum quæsitus, sine bellis, quæ ceteras omnes terras invenerit, originem (ut Juba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritanie non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quam vocant Nilidem.' Sic fere et Solinus. Tum porro poëtæ fere omnes Nili originem faciunt ignotam, ut Horat. Od. 4. 14. 45. 'Te fontium qui celat originem Nilus.' et Tibull. 1. 8. 23. 'Nile pater, quanam possum te dicere causa, Ant quibus in terris oculuisse caput?' et Lucan. 10. 295. 'Arcanum natura caput non prodidit ulli: Nec licuit populis parvum te Nile videre: Amovitque sinus, et genteis maluit ortus Mirari, quam nosse tnos.' *Lamb.*

730 *Aquilonum nubila*] Hæc conjungit Fayus, Vir in errore constans, et qui eadem chorda semper egregie oberrat. *Creech.*

732 *Ad mediam regionem ejecta dici*] Ad meridiem, &c. *Lamb.*

735 *Forsit et Æthiopum*] Dum in duobus cod. manuscr. scriptum reperissem, *Forsit et Æthiopum*, *Forsit et reposui. forsit* autem idem valet quod forsam, et forsitan. quo usus est Hor. Sat. 1. 6. et Virg. *Æn.* 11. Pos-

trema autem ratio est, quamobrem Nilus æstate crescat: nempe quia tum nives in Æthiopiæ montibus liquecant, et liquefactæ Nilum augeant. *Lamb.* Ita recte Lambinus, ex veteribus libris. *Vulg. Forsitan; etiam non male. Gifan. I. e. fors sit, fortasse. Faber.*

De montibus Æthiopum] Vera ratio, quod tunc ibi hiems est; quæ in illis regionibus tota in pluvias perpetuas abit. Vide recentiorum relationes. *Faber.*

736 Crescat] Sic liber Vaticanus, et vulg. Florentini: atque ita legendum, non, ut vulgo, *Crescit*: est enim hæc sententia: Forsitan etiam Nilus crescere possit de montibus Æthiopum. Fuit autem hæc opinio Anaxagoræ, et Euripidis, quem illius discipulum fuisse ferunt: quam hoc uno argumento refellit Diodorus Siculus, quod fieri non potest propter immoderatos calores, ut in Æthiopia nives existant. *Lamb.* In aliis libris, etiam vet. *Crescit.* *Gifan.*

Descendere ninguis] 'Ninguis, is,' antiquum, pro nix, nivis. *descendere* autem legendum esse, non *decedere*, res ipsa loquitur. *Lamb.* Servius *effundere* legit ad Virg. 4. 250. 'Nix nivis facit; sed ab eo, quod est hæc ninguis, et hæc ningues, Lucretius 'albas effundere ningues.' Ninguit autem prima persona caret et secunda; quia non est in nostro arbitrio.' Hæc Servius. Quæ lectio si vera est, *effundere*, ut plura talia apud Lucretium, positum est pro *effundere sese* vel *effundi*; sed vulgata lectio satis commoda est. De præcedenti autem versu et Æthiopum montibus egit etiam G. Canterus 4. 8. Nov. Lectionum suarum. *Hav.*

737 Tabificis] Liquefacientibus, seu vim liquefaciendi habentibus. *Tabescere* enim valet *τρωεσθαι*, h. e. liquecere, ut sup. 2. 1170. 'Nec tenet, omnia paulatim tabescere, et ire Ad scopulum,' &c. *Lamb.*

Subigit] Cogit, ut Virg. *Æn.* 6. 567. 'Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri.' et Lucil. lib. 30. 'Tunc jngo jungas me autem, et succedere aratro Invitum, et glebas subigas proscindere ferro?' *Lamb.*

738 Nunc age, æverna] Nunc de ævernis disserere incipit. dicta autem sunt 'æverna,' quasi *ἄερνα*, i. e. sine avibus, quia (ut ipse Lucret. statim dicit) sunt avibus contraria cunctis. de Averna palade interjecta inter Misenum et Dicæarchiam, i. e. Patolos, lege Diod. Sic. lib. 4. Nam hoc loco Lucretius de genere ipso ævernorum, non de uno æverno loquitur. Arist. libr. *περὶ θαινας. ἀκρωσι.* quandam ævernæ paludem describit non longe ab insulis Electricibus, fluvioque Eridano: cujus paludis aquæ sint calidæ: odor ab ea exhalet gravis et tæter: ex ea nullam animal bibit: supra eam nulla avis volat: quod si forte volare conata sit, continuo in eam decidat, et intereat. Idem aliam non multis post versibus ævernæ paludem, Cumæ vicinam, commemorat his verbis: *Περὶ τῆν Κόμην, τῆν περὶ Ἰταλίαν, λίμνη ἔστιν ἠεροσφορομένη ἕρπος*, i. e. 'Ad Cumas, Italia urbem, palus est, quæ æverna appellatur,' &c. *Lamb.* Beneficum Deum non agnoscit, iratum negat Lucretius, et ut cæli ærisque phænomena Diis Saperis, ita noxia quædam et in terris admiranda Diis Manibus eripit. Nam quædam sunt loca, quæ vs. 9: Averna dicimus, quæ avibus supervolantibus, aliisque animalibus, quæ forte illac transierint, sunt pernicioza. Talis est locus apud Cumas, vs. 2. In ipsa Athenarum arce vs. 7. in Syria vs. 4. in quibus locis atri Ditis januam patere credidit vulgus, ibique animas mortuorum ad Inferos et regna subterranea descendere, vs. 9. Ut vero vim naturamque Avernorum distinctius explicet, vs. 40. monet terram continere multa, ut salubria, ita nexia hominibus, aliis-

que animantibus semina, multaque congerit exempla, quibus docet multarum rerum effluvia multis rebus insalubria esse et mortifera. His propositis, denique rem ipsam aggreditur; et primum vs. 12. Nempe ex Avernis teter halitus erumpit, quo transvolaturæ aves subito afflatæ repente decidunt; vel vs. 10. Hic halitus erumpens ita attenuat et disscatit aërem, ut aves volantes in illo sustentari non possint, decidentes autem in inani protinus expirant. Hæc omnia vs. 102. Creech.

740 *Principio, quod averna*] Profert hæc versus Nonius: sed mendose. *Lambin.* Virgilius Lucretium imitatus, *Æn.* 6. 237. 'Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatus, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris; Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis, talis sese halitus atris Faucibus effundens supra ad convexa ferebat. Inde locum Graii dixerunt nomine Avernum.' *Lamb.* et Creech.

742 *E regione ea quod*] Ordo est: quod, cum e regione ad ea loca venire, &c. legendum autem fortasse est *advenere*: vel subintellige *ad*, si vulgata lectio *venere* retineatur. sic *Virg. Æn.* 1. 369. 'Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes Mœnia.' *Lamb.*

743 *Remigii oblitæ pennarum*] Sic *Virg. Æn.* 6. 18. 'tibi, Phœbe, sacra vit Remigium alarum.' Lucianus Timone de Mercurio, qui in cælum revolarat: *ὁ μὲν ἀπεκλήθη, ὡς δὲ καὶ ταυμασίου γὰρ τῆ εἰρησὶ τῶν πτερῶν.* i. e. 'ille quidem abiit, ut videtur: conjicio enim ex remigio alarum.' *Lamb.* Virgilius, alique, 'Remigium alarum': quippe alis tanquam remis aërem secant volucres. Nantæ autem in portum succedentes, nec remis amplius usi, vela etiam remittebant; inde remigium alarum, et vela conjungit Poëta. Creech.

744 *Molli cervicē profusa*] Volucris

lauguide et morientis imago. Creech. Imitatus in bove langente est *Virg. Georg.* 3. 523. 'Solvuntur latera, atque oculos stupor urget inertes, Ad terramque fluit de vexo pondere cervix.' *Hav.*

745 *Si forte ita fert*] Sunt enim quædam averna sine aqua. *Lamb.*

746 *Si forte lacus substratus*] Si forte lacus est avernis subjectus. *Lamb.*

747 *Qualis apud Cumas est ocris vipera montis*] Ad hunc versus, quem sic olim edideram, *Qualis apud Cumas lacus est, montemque Vesovum, hæc annotaveram, quæ sequuntur*; Cum hic versus in cod. Vaticano ita legitur, *Is lacus est Cumas ap. et Visui per montis*: in Tett. autem, et Faërn. *Is lacus est Cumas apud, et Visus per montis*: in Memmiano porro, *Is lacus est Cumas apud ocris vi per montes*, in vulgatis autem partim, *Is lacus est Cumas apud ejus sub pede montis*: partim, *Is lacus est Cumas apud Etruscos per montes*: partim, *Etruscos et montes*: partim, *etrisui per montis*: perspicuum sit autem, Lucretium instituisse disputationem non de uno certo averno, sed de omnibus, et de genere ipso avernorum: in hac sententia sum, a qua deduci non possum, neque hunc versus, neque enim qui deinceps sequitur, esse Lucretianos, sed ab aliquo inepto inculcatos, et fortasse ex aliqua annotatiuncula ad oram libri adscripta notas. Quid enim ineptius, atque adeo absurdius, quam, posteaquam de toto genere avernorum mentionem fecit, ut dixi, hos versus subjungere, *Is lacus est Cumas, &c.* quibus ostendat, se de uno averno locutum esse? vel igitur non sunt Lucretiani, (quod verius esse puto,) vel principium versus ita est emendandum, quemadmodum excudendum curavi: *Qualis apud Cumas lacus est, montemque Vesovum, ut intelligamus Lucretium avernorum genere explicato, singularis averni, ejusque noti exemplum proponere*

voluisse. Hunc avernum autem non longe abesse a Vesevo, seu Vesuvio monte, et Cumis, constat. Si quis tamen malet legi *Montemque Miscenum*, non pugnabo. Cum hæc aliquot annis ante quam Adr. Turnebus Adversariorum libros edidisset, scripsissem, et divulgassem; is ex antiqua scriptura, quam reperiri dixi in cod. Memmiano, coniecit legendum esse, *Is lacus est Cumas apud ocris vipera montis*. Nunc igitur hanc Turnebi conjecturam paullum immutatam sequor, ut proxime ad scripturæ veteris sententiam accedentem. propter eam rationem autem, quam initio exposui, sic eam immuto, *Qualis apud Cumas est ocris*, &c. non enim loquitur de nno certo averno, sed de genere avernorum: 'ocrim' autem (ut docet Festus) montem confragosum vocabant. Viperam porro montis *Ætne* dicit avernum, quasi pestilentem, et exitiosum, ut interpretatur Turnebus. Omnino hi duo versus, quantumvis licet ita immutati, et, si ita vis, sic emendati, mihi suspecti sunt. Jam Pompeii oppidum non longe abest a monte Vesuvio, et Cumis. Cum hæc ita scripsissem, et jam edidissem, Simeo Bosius, quem sæpe appello, cujusque et ingenii acumen, et iudicii subtilitatem admiror, hoc loco diu multumque considerato, dixit tandem, sibi videri sic esse legendum: *Is lacus est Cumas apud, ex vivis per monteis Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus*. quam lectionem sic ille explicat: Is lacus (avernis substratus scilicet) est apud Cumas, ubi auctus (i. e. receptacula) oppleti ex vivis calidis fontibus per monteis fumant. De qua lectione, et amici mei conjectura, iudicet lector eruditus. *Lamb.*

747 *Is lacus est Cumas apud, et Vesuvi per montis*] Ita ex vet. libris. *Is*, i. e. ejus generis. *Montis*, i. e. montes, ut inf. vs. 786. 'montes Heliconis.' In vulg. hæc per sciolos deprava

vata sunt. Forte; *prope legendum, pro per*. Certe *lacus posui pro locus*; ut apud Festum: *Curtii*. Lambinus hos tres versus *ὀβελίστου. Γίγαν.*

Qualis apud Cumas locus est montemque Vesevum, Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus] Hic vero locus est, qui, si quis alius, viros doctissimos misere et anxie torsit; videamus et nos quoque, etsi longe infra illos positi sumus, an aliquid afferre possimus, quod tolerabilius videri queat, quam quod ab iis usque adhuc ad illorum versuum emendationem allatum est. Variantiæ lectionum multæ sunt; quas inter una est quæ ad verum ducere videtur, sed nil tale præstare potest. Aliæ autem, quæ prorsus alienæ possunt et ridiculæ haberi, illæ ipsæ sunt tamen, quarum ope ad veritatem penetrabitur. Sic igitur se se habent: *Is locus est Cumas apud et visui per montes*. *Is locus est Cumas apud ocris vi per montis*. *Is locus est Cumas apud ejus sub pede montis*. *Is locus est Cumas apud etruscos sub montes*. *Is locus est Cumas apud etrusci per montis*. Lambinus sic legendum putavit, *Qualis apud Cumas locus est montemque Vesevum*. Ibiq; hæc scribit. *Cum perspicuum sit, &c.* De illius sententia posterius videbitur quid sit sentiendum: Turnebus autem legebat, *Qualis apud Cumas est ocris vipera montis*. Sic rationem conjecturæ suæ exponit in Adv. 22. 18. 'Versus est lib. 6. Lucretii insigniter maculosus, cum de Averno disputat: *Is locus est Cumas apud Etruscos et montes, Pompeii calidis ubi fumant fontibus aucti*. Quis enim in Hebraria putet esse Avernum, quem in Campania uno ore omnes esse fatentur, neque est quisquam qui ignoret, nisi qui nondum ære lavaatur. In libris ævi veteris reperio scripturam, quæ Sibylla egere videatur, *erisui per montes*: quam cum ego omnem in partem verterem, succurrit scriptum fuisse videri mutatis aliquot api-

cibus, et *Vesii per montes*; sed ne hoc quidem satis placuit, quod immutatio ad Ovidianam pene metamorphosin referri possit: secunda navigatione, ut in proverbio est, placuit tentare pelagus, et aliud quiddam probabilius periclitari, quod eodem modo ac voces veteris codicis in auribus sonaret; puto igitur Lucretium scripsisse, *ocris vipera montis*. 'Ocrem' enim Pompeius, quæ vox Græca est, asperam interpretatur, et montis epithetum perspicue fatetur: neque explicandam eam vocem suscepisset, si a nullo Latino auctore usurpata fuisset. Credo autem Avernum viperam dici, ob loci pestilentem naturam et venenatam diritatem, non minus noxiam et exitiosam, quam asperissimi sit montis vipera. Nam etsi viperæ sunt omnes uno nomine lethiferæ, tamen locorum conditione virus earum importunius est et tetrius.' De hoc et inf. agetur. At vero Gifanius hæc habet, quæ ordine suo infra a nobis examinabuntur quando hoc opus pertexendum est sedulo et diligenter. Utinam modo id ne irritò conatu aggressi fuerimus. 'Ita v. l. is, i. e. *ejus generis montis, i. e. montes*. ut inf. vs. 786. 'montes Helliconis.' vulg. hæc per sciolos depravata sunt f. *prope leg. pro per. certe lacus posui pro locus*. ut apud Fest. Curtii. Lamb. hos 3. versus *ὄβραϊσῶν*.' Sed his omnibus addendum quoque illud est, quod me nuper amicis quidam meus a Salmasio scriptum esse monuit, in Epistola quadam ad V. Ill. I. Fredericum Gronovium clarissimum Academiæ Leydensis ornamentum. 'Pro corollario et mantissa addam ex eodem lib. versum desperatissimum, in quo viri eruditi frustra diu desudarunt, feliciter ex vestigiis antiquæ scripturæ a nobis præfascine dixerim, restitutum: *Qualis apud Cumas est ocris vipera montis, Pompeii calidis ubi fumant fontibus auctus*. Ita noster Lambinus

edidit a conjectura Turnebi, cum ipsius libri haberent, ut tuus ille quem vidisti: *Is locus est Cumas apud acris sui per montes Oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti*. Vide sis an divinus sit, qui conjiciat legendum: *Is locus est Cumas apud, acris sulphore montes Oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti*. Scis in illo codice, ut et antiquissimis quibusque, L pro I et contra sæpe occurrere. Cum igitur scriptum esset *acrisis pores pro acris sulphore*, ex eo factum, *acris vi per montes*. Non commendabo tibi pluribus hanc conjecturam. Per se bonitas ejus patet. Sed nec verbum amplius addam.' Nunc in tot tamque distractis sententiis, quid arguendum, quid probandum, singillatim videamus. Primum optime judicavit Lambinus *is* esse corruptum, neque ulla ratione locum in eo versum habere posse; uti ex iis apparet, quæ contra Gifanium dicuntur. Sed in eo graviter lapsus est vir doctus, quod Vesuvium montem juxta Cumas statuerit, qui 19. aut 20. plus minus millibus passuum ab illa urbe, quæ nunc modicum castellum est, distet. Dein, quod Turnebi sententiam posse defendi existimavit, qui legeret, *Is locus est Cumas apud ocris vipera montis*, id quoque ex iis est quæ reprehendi debeant. Nam quod ibidem Ætnæ montis, &c. meminuit, aliud in animo habebat, cum vel pueri ac mulierculæ sciant Ætnam in Sicilia, non in Campania esse; videlicet de Vesuvio cogitabat, qui, ut Ætna, 'ignivomus' esset: unde et animi species impulsæ et mixtæ confusæ. Sed est tamen et aliud quod in eo virgula censoria notari debuit; qui dicat scilicet, urbem Pompeios non longule a Cumis abesse: fallitur; remotior enim illa est quam ipsemet Vesuvius. De Turnebi vero sententia, non est quod quidquam dicendum arbitrer, ita ab omni verisimilitudine abhorret. Quis enim unquam putet, uti ab illo

scriptum est, Avernum lacum vocari posse 'vipera montis?' Idque venire in montem tam docto tamque eleganti homini potuisse, nequeo satis mirari. Est etiam præterea, in quo peccat, nec vero leviter; qui scilicet crediderit r̄d 'ocris' epithetum esse montis: id quod a nemine unquam probari posse satis confido; cum videam huic voci *ocris* adjunctum epithetum fuisse ab eo ipso auctore ejus testimonio se se tegere possit: quod non fieret, si 'ocris' asperum significaret. Exempla ipsa Livii Andronici fidem dictis fecerunt: 'Sed qui sunt istei qui ascendunt altum ocrin?' et alibi: 'Celsaque ocris.' Addit præterea Turnebus: 'Festus Pompeius montis epithetum esse perspicue fatetur;' non sine errore id quoque: nam cum legisset apud Paulum (non autem Festum, uti mox constabit) 'ocrem montem confragosum dicebant antiqui,' existimavit distinctiunculam statuendam esse post r̄d 'montem,' cum contra sic scribendus ille locus sit: *OCREM*, deinde *ἄγρυπνους*, 'montem confragosum vocabant antiqui.' Nam Festus quidem ipse, quem haud dabit ob oculos non habebat cum ea scriberet Turnebus, rem, qua de agitur, extra omnem dabitandi locum statuit: sic enim scribit: 'OCREM antiqui, ut Ateius philologus in libro glossematorum refert, montem confragosum vocabant.' Itaque cum 'ocris' montem significet, mirabilis vero Turnebi lectio videbitur; nam *ocris vipera montis*, nihil esse aliud poterit, quam, montis vipera montis; indignum tanto viro. Verum quid fiat? homines sumus. Sed in versu sequenti, de quo in notis; 'Pompeii calidis ubi fumant fontibus aucti;' itidem circa 'Pompeios' erravit atque Lambinus: uti ex alio quodam Adversariorum loco ostendam alibi. Et hæc quidem adversus viri clarissimi sententiam. Nunc

ad Gifanium: 'Certe,' inquit ille, 'lacus posui pro lacus.' Id quod verum est; sed si rem paulo considerasset diligentius, aliquantulo plus iudicii eo die habere visus esset quam fortasse pridie habuerat; versus enim proxime superior eam emendationem respuit, ut probat quod mox de altero illo aorno scribitur: neque enim lacus erat in arce urbis Atheniensis. Dein lacum, de quo agitur, ad Vesuvii radices sine incili traduxit, sine haustriis transvexit, quæ res hodie haud facile fiat. Quod autem addit, legi posse etiam *Vesuvi prope montes*, nihil agit tamen; ea enim conjectura hominem minime extricabit. Postremus omnium est Salmasius. Illius emendatio eo minus placet, quod cum tot tamque dissimiles scripturæ varietates sint, unam tantum agnoscat. Dein r̄d *ἄσπρον* in monte Cumano ponit, quod verum non est; nam *ἄσπρον* erat in lacu, aut certe in spelunca quæ lacu cingebatur. Quod ille cogitare debuit; ego autem ex Geographis veteribus et Virgilio ipso probare possem. His ita examinatis, sententiam meam, certe ut habeant quod in me scribere possint, quibus id, si forte, cordi fuerit, aperiam. Memini me in exordiundo hoc negotio dicere, omnium illarum lectionum, quas ibi exposui, eam esse maximo usui posse, quæ maxime ridicula, maximeque falsa videretur: contra autem, quæ manifestiora veri indicia præ se ferret, ex ea nil nisi falsum posse protrahi. Quis enim, nisi postea diffidere cœperet, ex illa depravatissima scriptura, *ocrisini per montes*, non continuo exclamet, commode effici posse, *Vesuvi per montes?* unde postea effingatur, *montemque Vesuvium?* quod antea tamen satis refellere visi fulmus. Contra autem, illa, *etruscos per montes*; unde ceteræ manarunt, planissime falsa est, cum Etrusci in Campania et circa Cumas non sint, non magis quam Armorici

in Thuronibus; et tamen monatrum illud lectionis ad stabilendum conjecturam vel maximo erit adjumento. Eam jam apponemus, pedetentim progrediendo. Primum totius antiquitatis testimonio constat, Cumas in Campania coloniam Euboicam esse; quod Livius, Strabo, Dionysius, Paterculus, ut ne alios appellem, probabunt: quæ una res emendationis, seu conjecturæ mavis, fundamentum substruet. Nam, quod usque adhuc invitus feci, ne te morer amplius, pro *Is locus est Cumas apud Etruscos per montes* (quam ego lectionem corruptam quidem ipsam arbitror, sed ceteras omnes ex se se progenuisse;) facile putarim esse legendum, *Ut locus est Cumas apud Euboico sub monte*. Eamque si minus unicam putes lectionem esse et veram; tutam certe esse, et ab omnibus objectionibus, quæ contra cunctos doctorum conatus afferri possunt, securam asserere posse videor. Videlicet homines imperitissimi, quibus hunc tantum scriptorem debemus, cum Eubœam in Græcia esse inaudissent, et tamen de *monte Euboico*, quasi in Italia situs esset, mentionem a Lucretio fieri viderent, ingeniosiores quam par erat fuerunt, et pro *Euboto*, scripserunt *Etrusco*, (quidni enim? Etrusci in Italia sunt, scilicet) ejus audaciæ, prudentiæ, solertiæ, facinora apud omnes fere scriptores pæne innumera ubique reperias. Ceterum qui a Lucretio 'mons Euboicus' dicitur, is a Virgilio, qui perpetuo Lucretii vestigia pressit, 'Euboica rupes' dicitur; (nam versus in 6. *Æneidos* notissimi sunt); ut Claudiano 'Cumana rupes,' collis videlicet, cui olim impositæ Cumæ fuerunt. Hæc erant, Lector, quæ ad hunc locum scribenda existimavi; quæ, si nihil aliud, iis certe meliora et tutiora sunt, quam quæ a Tarnebo et aliis allata fuere. Nam quod Interpres existimavit debere hos tres versus *Ἰσθμὸς ἑστὸν*; non po-

test, cum id, quod mox de orno Attico addit Lucretius, planissime probet, jam antea exemplum aliquod præmissum fuisse; id enim ni esset, qui tandem potuisset dicere, *Est quoque in arce Attica, &c. Est et Athenæ in montibus, arce in, &c.* Addam unum quiddam; in versu sequenti, ubi de fontibus, &c. non intelligi Stabias, ut a nonnullis scribi memini, sed Baias: Stabiæ enim a Cumis remotiores etiam erant, quam Pompeii, de quibus antea dictum. *Faber*. De duobus hisce versibus multa interpretes. Omnium commenta refutavit Faber, et ipse tandem legit *Ut locus est Cumas apud Euboico sub Monte*. Nam Cumas in Campania Coloniam esse Euboicam plurimi testantur; et qui a Lucretio mons Euboicus dicitur, is a Virgilio, qui perpetuo Lucretii vestigia pressit, Euboica rupes dicitur *Æn.* 6. 42. et 2. 'Euboicæ Cumarum oræ.' Gassendus, *Qualis apud Cumas Miseni sub pede montis*: ut lectiones variis conciliari possint tum inter se tum cum Virgilio, qui, *Æn.* 6. 234. mentionem facta Miseni, Averni descriptionem subjicit. *Creech*. Multo sudore interpretes exercuit vs. 747. nec eos modo qui Lucretium ex professo emendandum atque illustrandum susceperant, sed et alios; inter quos Janus Parrhasius Syll. 4. Exercit. Tomo 1. Facis Crit. Jani Gruteri p. 834. ita emaculandum putat: *Hic locus est Cumas apud, Æthruscos per montes. Opplati calidis ubi fumant fontibus aucti.* Carrion vero ad Valerii Argonaut. 3. 209. *Is locus est Cumas apud, et Væuri prope montem*. Alii forsitan aliter. Testatur vero idem Carrion abfuisse versum hunc ad exemplari Moguntia ad se misso. Imo tuto satis abesse posse, neque a Lucretio, sed glossatore natum esse, tribus forsitan argumentis demonstravero. Primum hoc est, quod, licet absit, satis cohæreat verba: 'Aut in aquam, si forte lacus

substratus Averno est, Oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti.' Ubi illud 'aucti' respicit locos, quorum naturam id ferre dicit versu 745. Alterum inde desumo; quod tria diversa locorum genera describere videatur Poëta; quorum primum lacum locumque aquosum tangit; secundam, terram solidam; tertiam, terram cavatam, sive terræ antrum. Prioris plura exempla ad manum in Italia ipsa aderant, quare nullum nominatim posuit; secundi in sola forsitan arce Athenarum, in solo plano, sine lacu aut antro, quod certe apud scriptores non commemoratur; tertii Syria adferebat; quod Strabonis adfirmat auctoritas. Hinc tertium argumentum lectio optimorum Mss. mihi apporstat, quæ malam manum in contextum irrepsisse clamare videtur. Ex iis enim (et maxime Lugd. Bat.) apparet hanc lectionem maxime ad antiquiora exemplaria accedere: *Is locus est Cumas apud, ocris (vel ocris, vel acris) vipera montis.* Quæ verba mihi primo ad marginem videntur adscripta fuisse, quasi ad illustrandum exemplo, id quod dixerat Lucretius; et forsitan ita initio concepta fuerunt: *Is locus est apud Cumas, Nonacris, vipera mortis.* i. e. tanquam quædam pestifera Nonacris et mortis seu lethalis vipera. Eaque postea intrusa fuerunt in qualemcunque versum redacta; delecto *Nonacris*, quod non intelligebant. Est autem Nonacris Arcadiæ humor seu aqua pestilens tanti veneni, ut 'Stygiæ' inde nomen meruerit. Seneca Nat. Quæst. 3. 25. 'Quædam aquæ mortiferae sunt, nec odore notabiles, nec sapore. Circa Nonacrin in Arcadia Styx appellata ab incolis, advenas fallit: quia non facie non odore suspecta est: qualia sunt magnorum artificum venena, quæ deprehendi nisi morte non possunt. Hæc autem, de qua paulo ante retuli, aqua summa celeritate corrumpit; nec remedio

locus est, quia protinus hausta datur nec aliter quam gypsum sub humore constringitur et alligat viscera.' Describit et Vitruvius 8. 3. 'Item est in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, qui habet in montibus saxo stillantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua *Στυγίς ὕδωρ* nominatur.' Additque deinde necatum ea fuisse Alexandrum; quo et Tertullianus respexit lib. de Anim. cap. 59. 'Sed aut ebriosos reddit Lynceatarum vena vinosa, aut lymphaticos efficit Colophones scaturigo dæmonica, aut ut Alexandro accidit Nonacris Arcadiæ venenata.' Atque ita Glossator ille Lucretianus Nonacrim addere potuit, non ut ejusdem naturæ cum Cumano lacu quoad balitum, sed quoad mortiferum effectum, si sumeretur; sicuti etiam vipera, non afflatu sed morsu necare solet. *Hav.*

748 *Aucti]* I. e. præditi, et instructi. *Lamb.*

749 *Est et Athenais]* Est etiam in mœnibus Atheniensibus, i. e. Athenis, in ipso arcis vertice, locus, ad quem nunquam cornices advolunt. *Lamb.*

750 *Palladis alma]* Fœcundæ, Fæyus: fœcunda Virgo! ut Virg. *Æn.* 8. 43. 'Inventa sub illicibus sus Tringenta capitum fœtus enixa.' Os Hominis! *Creech.*

Tritonidos] Pallas Tritonia, et Tritonis, et Tritogenia dicitur, quod ad amnem Tritonem nata sit. Virg. 2. 226. 'Sævæque petunt Tritonidos arcem.' Aliæ tamen horum cognominum rationes afferuntur. *Lamb.*

752 *Cornices, non cum fumant]* Ita interpunxi. Vulg. non cum, &c. *Gif.*

Non cum fumant altaria] Ne tunc quidem; cum verisimile erat eas maxime advolaturas. *Lamb.* Ita illum locum cornices aversantur, ut, etsi in eo sacra fiant, ne tum quidem advolent, quantumvis carnum uidor illas invitare ad se se videatur. *Faber.*

753 *Usqueade fugitant non, &c.*] I. e. non quod fugiant gravis Palladis iras, inquit Lucretina, sed quod talis sit illius loci natura. Fabula talis est: Coronis, quæ postea in avem cornicem versa est, cum Erichthonium in cista inclinum, cistam aperientibus Pandroso, Herse, Aglauro, vidisset, rem ad Palladem detulit. Propterea e comitatu Palladis ejecta est. avis postea a Neptuno facta, ne tam quidem iras Palladis oblita, templum ejus fugere, quasi iratæ, fingitur. *Ov. Met. 2. 563.* 'Acta Deæ refero: pro quo mihi gratia talis Redditur, ut dicar tutela pulsa Minervæ,' &c. Sed hanc eandem pluribus verbis persecutus est Antigonus is, qui collegit historias admirabileis: quæ non pigebit me huc ascribere: 'Αμυλησαγόρας δὲ ὁ Ἀθηναῖος ὁ τὴν Ἀθήνα συγγεγραφῆς, ὁ φησὶ κορόνην προσεπιπῆσθαι πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, οὐδ' ἔχει ἂν εἰπεῖν ἀρακάως οὐδέις. Ἀποδίδωσι δὲ τὴν αἰτίαν μυθικῶς. φησὶ γὰρ, ἠφαιστὺ ἐπιδοθείσης τῆς Ἀθηνῶν, συνακαλιθεῖσαν αὐτὴν ἀφανισθῆναι: τὸν δ' ἠφαιστον εἰς γῆν πεσόντα, προίεσθαι τὸ σπέρμα: τὴν δὲ γῆν βυτερον αὐτῷ ἀναδοῦναι Ἐριχθόνιον· ὃν τρέφειν τὴν Ἀθηνῶν, καὶ εἰς κίστην καθεῖρξαι, καὶ παρακαταθέσθαι ταῖς Κέκροπος παυσίν, Ἀγραιῶν, Πανδρόσῳ, Ἐρσῇ καὶ ἐπιτάξει μὴ ἀνοίγειν τὴν κίστην, ἕως ἂν αὐτὴ ἔλθῃ. ἀφικόμενην δὲ εἰς Πελλήνην, φέρειν ἕρος, ἵνα ἔρωμα τὰ πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ποιήσῃ. τὰς δὲ Κέκροπος θυγατέρας τὰς δύο, Ἀγραιῶν, καὶ Πανδρόσων, τὴν κίστην ἀνοίξαι, καὶ ἰδεῖν δράκοντας δύο περὶ τὸν Ἐριχθόνιον. τῇ δ' Ἀθηνῆ φερομένη τὸ ἕρος, ὃ νῦν καλεῖται Λυκαβηττός, Κορόνην φασὶν ἀπαστῆσαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι Ἐριχθόνιος ἐν φανερῷ. τὴν δὲ ἀκούσασαν, βίβαι τὸ ἕρος, δεοῦ νῦν ὅστι: τῇ δὲ Κορόνῃ διὰ τὴν καταγγελίαν εἰπεῖν, ὡς εἰς ἀκρόπολιν οὐ θέμις αὐτῇ ἵσται ἀφικέσθαι. i. e. 'Ameliasagoras autem Atheniensis, qui historiam Atticam conscripsit, negat cornicem in arcem Athenarum advolare, neque quisquam est,

Delph. et Var. Clas.

qui possit dicere se ullam in ea vidisse. Causam autem hujus rei reddit fabulose. Ait enim, Palladem Vulcano in matrimonium datam, et cum eo in communi lecto collocatam, repente ex conspectu Vulcani abiisse, neque amplius cum eo visam: Vulcanum autem in terram decidiasse, et semen profudiasse: porro autem terram posterius Erichthonium ei protulisse: eumque Minervam aluisse, et in cistam conclusisse: cistam apud Cecropis filias, Agraulon, et Pandrosion, et Ersem deposuisse, easque revertuisse cistam aperire, donec ipsa revertisset. Illam autem in orbem Achaiae Pelenam profectam, montem abstulisse, et anteriora arcis communiret. Interea duas Cecropis filias Agraulon et Pandrosion, cistam aperuisse, et dracones duos circum Erichthonium vidisse. Minervæ autem montem ferenti, qui nunc Lycabettus appellatur, Coronam obviam factam esse, eique nuntiasse, Erichthonium in promptu esse. Illam, hoc audito, montem eo, ubi nunc est, abjecisse: Coronæ autem dixisse, numquam ei fas futurum propter malum nuntium in arcem venire, eoque dicto Coronam in cornicem esse versam.' *Lamb.*

754 *Pervigilii causa*] Si legamus *Pervigilii cura*, i. e. summo studio, accurate, assidua cura; conjungemus cum verbo *vitant*, ut sit *vitant pervigilii cura*. Sin, ut in plerisque libris legitur, *Pervigilii causa*; hujus scripturae rationem non erit facile explicare, nisi quis dicat, iratam Coronidi fuisse Minervam pervigilii causa, id est quia pervigilaverit, ut Erichthonium in ea cista inclinum videret. *Lamb.* Fabula Coronæ notissima est; sed non illud pervigilium; credibile itaque sit Lucretium alios secutum esse auctores, quam qui ad nos pervenere. *Faber.* *Vid. Ov. Met. 2. 567.* 'Abdita fronde levi densa specular ab ulmo Quid facerent,' &c. *Creech.*

Lucret.

5 N

755 *Sed natura loci hoc opus*] Secutus sum codices Parisienseis. nam alii habent. *Sed nat. loci opus efficit.* quæ lectio si cui magis probetur, in voce *loci*, *i* vocalis ante vocalem non eliditur, et producitur. sic apud Hor. Epod. Od. 11. 14. 'Pervidiore mero arcana promorat loco.' Quamquam ex hoc versu duos feci in secunda editione Horatiana. *Lamb.*

Sua vi] Sic legi debet, non, ut vulgo, *sumpte*: quod natum est ex depravata scriptura *suabi*. Sed unde nata sit hæc *vis* loci, non dicit Laceret. Quid si dicamus, hoc non esse naturæ loci adscribendum, sed noctuæ et cornicis inimicitias? et cum Athenis nocturnarum magna sit multitudo, ex quo proverbium, *γλαῖν' εἰς Ἀθήνας*, i. e. 'noctuam Athenas' (subintell. fera) cumque noctuæ Palladi sint sacre, cornices in eum locum, ubi hostes sunt potentiores, et superiores viribus, ire non audere? *Lamb.*

Ipsæ sumpte] Ita omnes libri. *Lambinus* tamen: *sua vi*. *Gif. Alii, Ipsæ sumpte*: et *Vossius* ad *Catullum* p. 113. i. e. 'sponte.' *Cresck.*

756 *Locus esse, videri, Quadrupedes quoque quo*] Sic habent omnes lib. et manuscr. et vulg. quos quidem viderim, præter *Florentinos*: in quibus ita impressum est, *Locus esse volantes*, &c. quarum lectionum neutra mihi admodum placet, nisi dicamus, hanc receptam, quam secutus sum, sic explicari posse: In *Syria* etiam fertur esse locus, et videri, quo etiam quadrupedes simulac, &c. ut *esse, videri*, ait *ἀπόδοτος*. vel sic: in *Syria* fertur locus esse, i. e. licere, videri, &c. quamquam esset durissimum. mollior esset fortasse scriptura, si ita legeretur, *In Syria quoque fertur item locum esse videre*. vel sic receptam scripturam interpretare: fertur locus esse in *Syria, videri*, i. e. ut videatur, seu ad videndum, *ὅρα ἰδέσθαι*. Omnino locus est perplexus et impeditus. Ego sic putabam hunc locum

emendandum: *In Syria q. f. i. locus esse, volantes, Et quo quadrupedes simulac v. p.* Per hunc locum autem, *Plutonium* significari pato, quod est in *Hierapoli*, non procul a *Laodicea*. de quo sic *Strabo* lib. 13. Τὸ δὲ Πλουτόνιον ἴσ' ἕρπυλ' μικρῆς τῆς ἑπαρχικῆς ὁρειῆς, στήμιον ἐστὶ σὺμμετρον, ἔσται ἑσθρακὸν ὀξισθαι δυνάμενον, βεβήθηται δ' ἐπιπολὸν, &c. γὰρ δ' εἰσω παρὸς τὴν θάλασσαν παραχρῆμα ἐπιπέτῃ. ταῦτα γὰρ εἰσαχθῆρες τίττωσι, καὶ ἐξέλασται νεκροί. ἡμῶς δὲ στροβίλις ἐπέφυκεν, καὶ ἔκασον εἰδὸς ἐκπνεύσονται. i. e. 'Plutonium autem sub exiguo montis imminenti supercilio, os est ea amplitudine, ut hominem capere possit tantum, altitudine vero immensa, &c. animantem autem eo ingresso mors præsens parata est. Tauri enim introducti concidunt: et extrahuntur mortui: nos autem passerculos immisimus, et statim pacererul animam profusa.' Hactenus *Strabo*. Est etiam *Panium* antrum in radice montis *Libani*: quod gravem et mortiferum spiritum exhalat. *Lamb.*

756 *Videri*] *Marullus, volantes*; contra omnes libros. *Gif.* Omnino locus est perplexus et impeditus, ait *interpres*: addo etiam ego, versum illum secundum corruptum esse; in eo enim τὸ *quoque* nihil loci habere potest; tertium autem solæcismo inquinatum esse aio: nam quod ad mutationem generis, unde isti figuram fecere, vulgo confugitur, id ab hoc loco abhorret: neque, quod non observant, ejusmodi licentiam omnia exempla admittunt, ut aliquando demonstrabitur. In primo autem quid est, 'fertur esse videre?' Sed conjecturam meam aperire satius sit, quam longum loqui. Hos tres versus ab una eademque origine depravatos esse arbitror, ex glossemate scilicet τοῦ 'videri'; quod cum hoc loco non pro *δοκῶν*, ut fere semper, sed pro *esse* positum sit, ideo τὸ 'esse' ad illam vocem apponere; quod

mox in ipsammet versum irrumpit, ut ubique actam esse exempla probant. Hinc autem cum longior æquo versus evasisset, cetera pro ingenio librariorum torta, detorta fuere; ut mox apparebit. In secundum autem cum illud 'quoque' (id negari haud potest) migrasset, cetera item tanta labe contacta fuerunt, ut in tertio solæcismus repente enatus sit. *Lego itaque, In Syria quoque fertur item spelunca videri Quadrupedum quo caecæ simul vestigia prima Intulerint graviter vis cogat concidere ipsa, Manibus ut si sint divisi mactata repente.* Elegantiore homines, si rem diligenter seduloque inspexerint, hanc nostram, spero, emendationem non plane contemnendam esse arbitrabuntur. *Fab.* Forsan melius legatur *Locus esse, videntes Quadrupedes quoque, &c.* 'Locus esse,' ut vs. 547. 'Apud Cumas locus est:' ista autem vox quoque non otiosa est, nam iste in Syria locus tam quadrupedibus quam avibus noxius: in tertio vero versa 'ipsa' cum 'vis' conjungi potest. Vid. Strabonem lib. 13. de Platonio. *Creech.* Multa *Faber*, acuta, ut solet, sed et longius a *Mss.* remota. Sola forsan distinctione locus invari poterit, si ita interpungas, *In Syria quoque fertur item locus esse, videri Quadrupedes, &c.* i. e. ubi videri possunt quadrupedes (avibus tanto robustiores) e vestigio perire, et ut (quod subintelligi debet) ipsa vis cogat eos gravi casu procidere, tanquam, &c. *Fertur esse dixit*, ut *Mss.* legunt inf. vs. 848. 'Esse apud Ammonis, &c. fertur.' *Han.*

757 *Quadrupedes quoque quo, &c.]* Videri posset gradatio quædam seu exaggeratio rerum hic fieri, qualls admirantium vel admirationem in aliis excitantium fere est. Atque ita neque ingrata neque superflua foret ista vocis quoque repetitio. 'In Syria quoque: Quadrupedes quoque,' &c. Sed plura a *Fabro* non de nihilo moventur adversus vulgatam lectionem, de

quibus eruditiores iudicent. *Præig.*

758 *Concidere ipsa]* Mutat genus: subintelligendum enim est 'animalia,' aut aliquid simile. sic sup. l. 353. 'Quod cibus in totas usque ab radicibus imis,' &c. ad quem locum plura. et supra hoc eodem lib. vs. 214. 'Nam cum ventus eas leviter,' &c. subintelligendum 'nubes,' cum antecedit vox 'nubila.' *Lamb.*

759 *Manibus ut si sint Divisi]* Proinde ac si sint Diis Manibus repente immolata. *Lamb.*

762 *Janua ne potius his Orci]* Ita ex veterum librorum vestigiis scripsi. *Vulg. potius Orci. Gifan.*

Janua ne his Orci potius regionibus] I. e. hoc dico, nempe hæc omnia natural ratione geri, et causam apparere, quamobrem fiant: ne forte potius Orci janua credatur his regionibus esse posita: ut vulgo creditur. Aliter *Zoilus*, sed non recte. *Plautus* in *Trinummio*, 2. 4. 124. 'Acheruntis ostium in nostro est agro.' *Lamb.*

763 *Credatur posita]* Ita *Marullus*, posita. *Vulg. post hunc;* male *Gifan.* Sic restitit post *Marullum*. neque vero dubium est, quin ita sit legendum. *posita* autem, i. e. posita, sita. quod probavit *Zoilus*: nam vulgo legitur *posthinc*. *Lamb.* Imo illud *posthinc* haud ita male huic loco convenit, ac *Lambinus* putat. Sed ne quid dissimulem, totum locum ex *Mss.* vestigiis ita legendum atque interpungendum esse censeo: *Janua ne puteis Orci regionibus esse Credatur: posthinc animas Acheruntis in oras Duccere forte Deos Manes inferne recantur.* i. e. ne existimemus in illis regionibus spiraculum, et quasi vestibulum (ut loquitur *Turneb.* cui hæc emendatio etiam in mentem venit *Adv.* 19. 24. et 22. 19.) puteorum Orci esse, atque adeo *Æstuarium* quoddam; ad quod quam veneris, nisi tibi caveas vide ne (inquit *Poëta*) subito *Orcus* tibi pedes ducat, atque mirifico saltu

in regna sua pertrabat. De Platonis autem hisce locis consule Strabonem lib. 5. pag. 244. et notas ibi Casanboni. *Hav.*

Hinc] Ex hac Orci janna. *Lamb.*

764 *Ducere*] Trahere. *Lambin.*

Inferne] Sic legendum, non *inferna*. *inferne* autem, i. e. ex inferis, seu, ex locis infernis. *Lamb.*

765 *Naribus alipedes, &c.*] Nihil magis ad ridiculum, neque nunquam facetius Scomma: Plinius' autem 2. 53. 'Elephantorum anima serpentes extrahit, cervorum item urit.' *Creech.*

Naribus alipedes] Quemadmodum 'cervi alipedes,' h. e. quibus pedes alarum sunt loco, et pedum celeritate præstantes, naribus serpentis e labris ducere existimantur. Itaque cervi dicuntur a Græcis *ἄλοποι, τὰρὰ τὸ ἄλῳ τὸς ἴπεις*. i. e. 'quia capiunt serpentes:' vel *τὰρὰ τὸ ἄλῳ τὸς ἴπεις*, i. e. 'quia agitent et abigant serpentes.' Quod hic cervis tribuit Lucretius, hoc idem elephantis attributum esse proditum est, teste Plin. 2. 53. 'Elephantorum anima serpentes extrahit, cervorum item urit.' *Lamb.* De mapparum fure Hermogone Martialis 12. 29. agens, ejus dexteritatem cum halitu cervino angos attrahente comparat. 'Tu licet observes dextram, teneasque sinistram: Inveniet mappam qua ratione trahat. Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem, Casuras alte sic rapit iris aquas.' *Hav.*

769 *Quod dixi sape*] Supra 2. 333. 'Nunc age jam deinceps cunctarum exordia rerum Qualia sint,' &c. *Lamb.*

771 *Multa homini*] Ordo est: Multa esse, quæ homini sint vitalia: et multa, quæ possint morbos incutere, et mortem accelerare. *Lamb.*

Multa, cibo æque vitalia] Gryph. Nard. Florentina, et Pii Bononienses, Edd. monentibus Londinensibus, habent: *Multa cibos quæ*. Forte ita, ut vocem *cibos* parenthesi inclusam voluerint, hoc modo: *Multa (cibos)*

quæ sunt, &c. Is. Vossius, ut lidem notant, '*Multa cibo æque sunt*. Sed haud dobie vir ille eruditissimus legit: *Multa, cibo æque vitalia, &c.* neglecta videlicet elisione, quod nostro non innotatum. Nam et annotator marginalis: *cibo æque* tantum notavit, addito: *opt.* Preig. Rectissime, nam *sunt* in Mss. est additum ab illis, qui Lucretianæ elegantiae minus erant gnari. *Hav.*

774 *Ostendimus ante*] 4. 634. 'Nunc aliis aliis cur sit cibus, ut videamus,' &c. et 5. 896. 'Neque sunt eadem jucunda per artus. Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta,' &c. *Lamb.*

778 *Atque aspera odore*] Sic necessario legendum, etiam libris omnibus invitis: non *aspera tactu*: loquitur enim hoc versu de iis quæ sunt naribus infesta: quæ quid aliud sunt, quam odores? proximo autem de iis quæ tactum lædunt. *Lamb.*

Atque aspera tactu] Ita omnes libri quos viderim. *Lambinus: odore*; quod bonum quidem est, sed libros posco. *Gif.*

781 *Deinde videre licet*] Hunc versum cum eo qui deinceps sequitur, profert Nonius in nomine 'spurcus.' *Lamb.*

782 *Acriter infesto sensu*] Legendum puto, *Acriter infesto sensu*, tametsi Nonius legat *Acriter infestent sensum*. *sensu* autem si legamus, *infestæ* interpretabor sensui. *Lamb.* In Nonio, *infestent sensum*. Forte, *infestæ sensu*. *Gifan.*

Spurca] Fœtidæ: Nonius. Et in sequenti versu 'Infestant sensum.' *Lambinus Infestæ sensu*, i. e. Sensui, at nihil mutandum. *Creech.*

783 *Arboribus primum certis gravis*] Ut juglandibus: de quibus sic Plin. 17. 12. 'Jam quædam umbrarum proprietates. Juglandium gravis, et noxia, etiam capiti humano, omnibusque juxta satis, &c. et juniperi.' Virg. Gallo, 76. 'Juniperi gravis

umbra.' Lamb.

786 *Est etiam in magna]* Quæ sit hæc arbor, et quo nomine appelletur, non legi, aut, siquando legi, non meminî, nisi forte, taxum significet, quod credibile est. De taxo lege Plin. 16. 10. Lamb.

Arbos in montibus Heliconis] Taxum fortasse intelligit. *Gifan.* Quænam illa sit divinabunt alii. Quidam existimant esse taxum. Sed cur nos ad Heliconem mitteret? taxus enim frequens erat in Italia. Dein verum illud de taxo non est, 'floris odore necare.' Faber.

788 *Terris ex]* Pro, ex terris, ἀναστραφή. Lamb.

789 *Multa modis multis, &c.]* Ordo est: Quod tellus gerit multa multarum rerum semina multis modis permista, et ea discreta tradit. Itaque patavi aliquando hos versus præposere locatos, et converso ordine legendos, hoc modo, *Quod permista gerit, &c. Multa modis, &c.* Lamb.

791 *Nocturnumque recens]* Odor lucernæ modo extinctæ consopit, atque adeo spiritum intercludit: denique (ut scribit Plin. 7. 7.) plerumque abortus causa est. Lamb.

Nocturnumque recens extinctum lumen ubi acri Nidore offendit nares, consopit ibidem, Concidere ut privos qui morbus mittere sovet] Me imprudente factum est, ut tertius in hac nostra editione versus omissus fuerit, cum ex eo exemplari, quo nri typographum jusseram, ex auctoritate Lambini sublatus fuisset. Lambinus enim eam minime Lucretianum esse existimavit: Turnebus contra. Eos itaque audire non abs re fuerit; idque ubi erit factum, tum quid de hoc versus sentiam, quaque arte sanandus videatur, ostendam. Primæ in hoc opere dramate partes Lambini erunt; sua enim diligentia effecit, ut dignus videatur, qui tecum primus agat. 'Hujus versus' (inquit) 'ita varia et multiplex scriptura est,' &c. Hæc

ille. Nunc procedit Turnebus ex Adv. 20. 13. 'Lego etiam, consopit ibidem Concidere ut fumos qui morbos mittere sovet: antiqua antigrapha fumos habent, unde fumos facio. Consopit autem concidere, est ita consopit ut concidere faciat.' Quanquam apud me semper, uti debet, magna viri clarissimi auctoritas fuit, tamen non possum facere, ut ei concedam, cum asserit, dici belle posse *consopit concidere*. Deinde, indigna tanto viro sententia in versu fuerit; nam *fumos qui morbos mittere sovet*, aut, (est enim ἀμφιβαλία in illa lectione) *morbus qui fumos mittere sovet*, non satis expresse, nec διαφύθη enunciatum fuerit; opus enim est exemplo quod familiare et obvium in hac materia sit. Sed alius quidam in scenam venit, qui omnia, si fides homini est, et plana et detersa dabit. Audire est operæ pretium; σίγα πᾶς: Ecce φέρεξ, ἄραξ, prodit κλυτὸς Ἀεροβόμβας, Autolyco proles non infitianda parenti; Οὐ γὰρ κλεπτοσύνη τοῖον πατὴρ ἢ χερσεῖον, Νύκτωρ ἦδ' ἤμαρ κλυτῶν χερσῶν τε ποῖόν τε. 'Ex signis hominem noscitas; Gifanium, Lavernæ pullum, dico: nunc itaque cave; sique potes, manibus pallium tribus tene.' Ita, ut semper admirabilis fuit, sic, in editione sua, legendam contendit: *Dejicere ut privos qui morbus aere sovet*. Et quasi negotium hoc intricatissimum, ἢ ζῆν καὶ θῶν, confragosum et desperatissimum, duobus verbulis transigi queat, 'Ita,' inquit, 'ex veteribus libris optime a nobis restitutus est locus; vide (hominis verba sunt) inf. vs. 1030.' Bene hercle, dicebam olim, εἰ, πῆ τὸν Δία, καὶ ἐπίρου, quod nos monitos voluit, locum hunc 'optime a se restitutum' fuisse. Ni enim affirmasset ipse, haud ita facile crederem, qui sim durisculus καὶ ἄβελετος; sed est alius quidam, καθ' Ἠρώδαλλον dico, qui mihi nunc æque carus est atque egomet sum mihi, a quo metuo male ut hoc Gifanii judi-

cium reprehendatur. jurene an secus, iudex sedebis, lector. Primum, (inquit ille noster, aut pænissime ego,) miror quo exemplo sibi tantum licere postulet Gifanius, ut ex *concidere*, quod nihili est, immo minus nihilo, effingat illud suum *deicere* seu *deicere*: neque enim illa Latinitas tantopere bella est, *morbus Titium deiecit*. Deinde cum pro *mittere*, uti in omnibus libris legitur, scripsit *re aspe*, rem audaciam palmarie fecisse videtur. Præterea ex certo quodam morbo, non enim ex omnibus, sumpsum a Laetio exemplum ut fuerit necesse est; omnes enim omnino morbi, qui paulo acriores sunt, *hominem deicere* solent (Gifanii Latinitas est) et in lectum transare; sed omnibus morbis gravis ille sopor, unde emergi non potest, comes non fit. Postremo undenam ostendet, vel si universum Latium a Numa ad Ciceronem usque otiose perustrarit, (neminem enim citra Ciceronem veræ et germanæ Latinitatis agnosco) vocem hanc *privos*, *privos*, &c. sine aliquo nomine adjecto reperiri? quasi si dicas privos homines, privas feras, priva vestigia, &c.) ubi tandem id reperiet? Nam illud ipsum exemplum, quod in animo habebat, quodque ab illo designatum est, illi haud favet. ibi enim 6. 1090. legitur, *privos ad partes submittit insinuatus, &c.* sed aliud probandum fuerat, quam quod probare institit; nam quod in illo Indice suo, qui ex Lambiniani incubrationibus crevit, tanto conatu ostendit quid sit 'privus,' operæ potuit parcere; cum nec obscura nec difficilis res sit: nec ab interpretibus Horatii negligenter tractata. His itaque omissis ad emendationem nostram aditam moliamur. Ea autem hoc nititur fundamento maxime, (id enim ratio monet) quod ex nulla alia re similitudinem ducere poterit poeta, nisi (quod haud probandum) ex lethargo, de quo in 8. dixerat, 'In-

terdumque gravi lethargo fertur in altum Eternumque soporem,' &c. et inferius paulo, 'Adde quod in migras lethargi mergitur undas.' Cumque ita iudicium postulet, uti superius innuebam, majorem jam et potioram hujus versus partem videri possumus hinc constituisse; legendo scilicet ex vestigiis variantis lectionis, ut *somnos qui morbus mittere suavit*. Ille autem morbus esse alius non potest, nisi *lethargus*, quam *lethargus*. Sed enim illo 'concidere' quid fiet? Id videndum scilicet; sique res erit prelixior paulo, ne te, quæso, ejus tædeat. Sic igitur existimo; esse hic debere palilogiam, qua figura et Catullus, et hic noster et Ovidius delectantur maxime; sed Laetius usam suam fecerat, ut exempla probant. In 3. 12. 'Omnia nos itidem depascimur aurea dicta, Aurea, perpetua semper dignissima vita.' In 6. 298. 'Suppeditare novum lumen, tremere omnibus instant, Instant, nec loca,' &c. Ibid. 948. 'præluvis lavere humida saxa, Humida,' &c. In 6. 587. 'Et quæ concreta sunt in subitibus omnia, prorsum Omnia, nix, venti, grandædo,' &c. In 2. 158. 'Ulla foris, atque ipsa suis e partibus anam, Unam, in quem cœpere locum,' &c. In 2. 959. 'Reliquis motus vitalis vincere sæpe, Vincere, et ingentis plagæ sedare tumultus.' Multa alia preferri possunt; sed, ut finem aliquando faciam, hos tres versus sic esse scribendos conjicio: *Nocturnumque recens extinctum lumen ubi acri Nidore offendit nares, conceptis ibidem Nidore, ut somnos qui morbus mittere suavit*. Videlicet ex *privos* seu *privos* uti patrum nostrorum memoria vulgo scribebant, feci *somnos*. quæ vox ita plerumque exarabatur *somnos*, cum lineola transversa super *re* *m*, aut etiam, ut hodieque fit, *somnos*. Itaque vel minima licentia locus hic aut restitutus est, aut certe non sine iudicio tentatus. Qui ingeniosiores erunt,

ii me pliansorem habebunt. Faber. In Codicibus mira varietas: tres hos versus ita redngit Faber, *Nocturnumque recens extinctum lumen, ubi acri Nidore offendit naves, consopit ibidem Nidore, ut somnos qui morbus mittere suavit.* Repetitur vox *Nidore*, ut sæpe alias. Iste autem morbus qui somnos suavit mittere, lethargus. Gifanius e Codd. *Disicere, ut priores qui morbus aspe suavit*: Pro *priores* leg. *promos*, et tam ea erit lectio quam Faber tam petulantiter sollicitare non debuit: morbum enim, qui *promos* dejicit, morbum comitialem recte interpretetur. *Creech*. Aristarchus noster verbum *Concidere*, &c. inducit, et suum supponit. Scilicet hoc est Lucretium emendare. Legendum autem: *Consopit ibidem Concidere: ut promos qui morbus mittere suavit.* Describit enim morbum comitalem, qui *promos* terris affligit. Sed fugit Lambium forma illa, 'consopit concidere,' pro, consopiendo cogit concidere. Tacit. *Hist.* 2. 10. 'Terrore et propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere.' Incubuerat pervertere, i. e. incubuerat ut perverteret. Idem *ibid.* 2. 63. 'Contantem super tanta re Flavianum Sabinum, Triaria L. Vitellii uxor, ultra feminam ferox, terruit e pericula principis famam clementiam affectare.' Virg. *Culic.* vs. 304. 'Et infensus requiem dare comparat artus.' Item vs. 389. 'Rivum propter aquam viridi sub fronde latentem Conformare locum capit impiger.' Hæc Jan. Mollerus Palmerius in *Spicileg.* Facis crit. Gruter. *Tom.* 4. p. 849. Et sane hæc lectio proxime adhæret optimis *Mss.* Sed tamen ne et ipse asymbolus sim, non pigebit meam quoque conjecturam aperire. Scribunt constantem *Lugd. Bat.* *Concidere et promos qui morbo mittere suavit.* Neque multum alii inde abeunt. Petuit itaque vastior fuisse scriptura hæc: Cum *cinere ut promos nocturne mittere suavit.*

vel *aspe suavit.* Ut hic sit sensus; nidor ille extincti luminis ita vitales spiritus suffocat et deprimit, ut solet collapsum in cineres ignem obtegere *nocturne*, sive cineris tumultus cadente igne excitatus. Græcas enim voces passim interserit poeta, et similitudo est aptissima. *Hæc.*

793 *Quin gravidis nidore*] Ad hunc locum, cum eum ita olim edidisset, *Concidere ut promos qui morbos mittere suavit*, hæc quæ sequuntur, annotaram: Hujus versus ita varia et multiplex scriptura est, ita absurda, atque adeo obscura sententia, ut verisimile sit, non esse Lucretianam. propterea igitur lectori scriptura varietatem: hoc primum: deinde quid de hoc loco sentiam, dicam. Sic igitur habent quidam lib. manuscr. in his *Tettianus, Concidere et fumos qui morbo mittere suavit*: *Vaticanus sic, Concidere et priores qui monstro mittere suavit*: *Memmianns sic, Concidere ut priores qui morbos mittere suavit*: cum quo consentiunt quidam vulgati: *Lugdunenses et Florentini sic, Concidere ut priores, qui morbo mittere suavit*: *Parisienses sic, Concidere et priores qui morbos mittere suavit*: *Aldini antiq. sic, Concidere et priores, qui morbo mittere suavit*: *Baallenses sic, Concidere ut priores qui morbos mittere suavit*. *Jovian. Pontanus sic legebat, Concidere ut priores qui morbo mittere suavit.* ad oram codicis *Memmiani sic emendatum est, Concidere ut apures qui morbos mittere suavit.* quidam amicus meus sic, *Consopit spinus qui morbos mittere suavit.* 'Spinus' autem apud *Theophr.* Vides lector nihil esse certi, in quo insistere queas. Nunc, quid sentiam de hoc loco, expectas ut dicam. Delendum. Nam neque Lucretianum esse arbitror, et ausim affirmare ex aliqua annotatione adscripta natum. Sed si quæras, quam potissimum harum scripturarum probem; nulla mihi probatur: est ta-

men aliqua species in hac, *Concidere, ut spumas qui morbo mittere suevit.* quamquam 'agere spumas' dicimus, non 'mittere.' Hæc igitur ad hunc versum olim annotaram his ipsis verbis. Nunc, quamvis maneam in sententia, hunc versum, quomodocumque legatur, non esse Lucretianum; sic immutandum tamen arbitror, ut aliqua sit in eo species Lucretio digna, et ut aliqua ex eo sententia elici possit: denique ut cohæreat cum iis quæ antecedant, et cum iis quæ sequantur: *Quin gravidis hic nidor abortum immittere suevit.* cujus versus sententia aptissima atque apertissima est. Licet et ita legere, *Quin nidor gravidis hic abortum immittere suevit.* Sed superior lectio mihi magis placeat. Quamvis autem hunc versum ita immutatum, itaque edendum curarim, nihilominus vulgatum illum, quantumvis corruptum et ineptum, retinui, ne quis malevolus queratur, eum a me esse sublatum. Retentum tamen verni confodi jussi. *Lamb.*

Dejicere ut prius, &c.] Ita ex vet. libris optime a nobis restitutus hic est locus. In multis vet. *Concidere ut prius qui morbus mittere suevit.* Quidam: *pronus*; ut Marullus, et vulg. Quidam: *morbo.* Quidam; *et.* Vide inf. vs. 1080. *Gifan.*

794 *Castoreoque gravi]* 'Grave' appellat 'castoreum' propter odorem gravem: nam gravidæ mulieres castorei odore partum abjiciunt. Virg. Georg. 1. 56. 'virosa castorea' dicit ab eo quod est virus: dictum autem 'castoreum' a castore, qui Latino nomine 'fiber' appellatur: quem vulgo aiunt scientem, quamobrem expetatur, abscissis sibi testiculis, effugere e manibus insectantium. quam opinionem secutus etiam Cicero pro Emilio Scauro, 'Redimunt se,' inquit, 'ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.' Sed negat hoc Sextius medicinæ diligentissimus, (ut tradit Plinius libr. 32. 3.)

quia parvi sint testiculi, et substricti, et spinæ adhærentes, nec adimi sine vita animalis possint. *Lamb.* Eodem modo 'grave castoreum' dixit Varro Quinquatribus: 'Quid medico mihi est opus, nempe, tuo absynthium ut bibam, gravem et castoreum, levemque robur?' In quo tamen exemplo nugator Noctius, 'gravem,' ad absynthium refert, et id dici masculino genere putat. *Palmer. in Spicil. Fac. Crit. Tom. 4. p. 849.*

795 *Et manibus nitidum, &c.]* Opus muliebri, ut tela, et similia ad lanificium pertinentia. *nitidum* autem puto intelligendum, quod Homerus dicit *ἰαυδῶ*, aut *φαυδῶ*. *Lamb.* Tela, et reliqua ad lanificium pertinentia. *Creech.*

Effluit eji] Excidit ei de manibus. *Lamb.* Et hic et alibi *eti* legi posse putat Achilles Statius ad Catulli Epigr. 83. sed ut 'reji,' ita et 'eji' Lucretius et Plautus prodixerunt, posterioris exempla profert Voss. de Art. Gramm. 1. 22. p. 88, prioris exstant 2. 1134. 3. 857. 5. 285. 753. et alibi. *Hav.*

796 *Si odorato est]* *Si o* duæ syllabæ breves: quæ cum longa antecedente dactylum efficiunt. *Lamb.*

Quo menstrua solvit] Vel ex hoc loco refelluntur li qui in superiore versus legi volunt, *Castoreoque gravis*, et per *gravam* gravidam significari volunt. Nam mulieres gravidæ menstrua non solvant. Est autem hic *menstrua solvere* aliud, quam apud Sallustium, 'Conventum vitantes ad menstrua solvenda montem ascendunt.' *Lamb.*

797 *Multaque præterea]* I. e. et multæ res præterea solvant membra, &c. *Lamb.*

799 *Denique, si in cælidis, &c.]* Cam in libris manusc. scriptum reperissem partim *cuncta relaveris*, partim *centere lavaris*; in Venetis præterea et Parisiensibus *cum te relaveris*; ego, Mureto approbatore, atque adeo auctore, jam antea cum Romæ essem,

caetera lavacris, et in meis adversariis reposueram, et in meo Lucretio emendaram. quam emendationem multo magis amplexus sum, cum in codice Bertiniano ita hunc versum reperi emendatum. docti quidam tamen ex hac antiqua scriptura conjiciunt legendum *laçabris*: 'lavabrum' autem dicunt esse nomen integrum a lavando: a quo sit diminutum 'labrum,' vas in balneo, ubi lavabant. Hanc emendationem probavit Zoilus. *Lamb.*

Lavacris] Ita legendum etiam ex nostris. *Gifan.*

800 *Plenior et solio in*] 'Solium,' vas, in quo lavabant sedentes: atque idem fortasse quod 'labrum.' *Lamb.* De deliquio quod cibo distenti in balneo palinatur, Javen. saepe, Horat. alii: 'Solium' autem vas in quo lavabant sedentes. *Creech.*

801 *In medio*] Solio. *Lamb.*

803 *Præcipuus*] Ante hausimus, et bibimus. *Lamb.*

Ante] Ante quam odor carbonum in cerebrum insinuari possit. *Lamb.*

804 *Aut nisi membra prius pertexit frigida servus*] Ita ex vet. libris scriptissimus; rectissime, sententia perspicua. *Gifan.*

At cum membra hominis] Vide obscuro te, lector, quot et quantas hujus loci corrumpendi ansas præbuerit unius litteræ immutatio. Nam cum pro *febris* imperiti illi librarii scripserunt *febris*, v pro *b*, deinde ex *febris* factam esset *servis*; hinc natæ sunt tot et tam varis scripturæ. alii enim sic corruerunt, *At cum membra minus pertexit fervida servus*: et ita habent codices Parisienses, et Veneti antiquiores: alii, *At cum membra domans percepit fervida servis*: et ita Florent. alii, *At cum membra domus percepit fervidus ignis*. quid multa? longum est ceteras scripturas referre. Sententia autem ejus quam restitui scripturæ hæc est. At, cum homo febris affectus et correptus est,

tum odor vini est illi tanquam plaga, seu ictus validissimus. Confer cum hoc loco, *vss.* aliquot 4. 668. ab ille: 'Quippe ubi cui febris bili superante coorta est,' &c. Triumpho primum, hanc emend. non esse a Zoilo probatam: deinde in ejus locum hanc esse ab eo substitutam, *Aut nisi membra prius pertexit fervida servus*. Nam vel ex hoc uno cognoscere licet, quam sit bardus et bliteus, et plane suillo ex genere, ut cui cœnum melius oleat quam unguentum. *Lamb.* Gifanius; *Aut nisi membra prius pertexit frigida servus, Aut sit odos vini plaga manabilis mora?* Quasi hæc omnia essent remedia contra vim gravem et odorem carbonum: quam lectionem isto ferat, qui amat tales versus. *Creech.* Hæc quam prodigiosa sensu, prodigiosa metro, præterea audacissima mutatione ita edidisset Gifanius, valde tamen defunctorie; ita, notat, ex v. l. scripsi rectissime, sententia perspicua. Sane, sed et palam inepta: carbonum illam vim cerebro infestam non esse, si servus vestimenta injecerit, aut vinum sit odoratus. In Caro, mallet, quam in sese fuisset hoc expertus vir excellens. Lambinus: *At quum membra hominis percepit fervida febris Tum sit odos vini, plaga mactabilis inster.* A versus utique vitio sibi cavet, et minus licenter a veteri scriptura recessit. Sensus tamen quam bonus? febris correptis odorem vini pro plaga esse? Quis hoc dixit? quid deinde ad rem facit? Sane Vossianus codex: *At cum membra domus percepit fervida servis Tum sit o. v. p. mactabilis inster.* Sic igitur scribe: *At cum membra domus percepit fervida mustum, Tum sit odos vini plaga mactabilis inster.* Agit de halitibus et odoribus cerebrum afficientibus: et inter eos refert ferventis in apotheca plena musti vim: quam notum est ab homine sestineri non posse, sed velut apoplexia ictos concidere et pro mortuis exportari, qui

nesci intraverint, aut diutius ibi manserint. Tò *fer* errore librarii repetitum est in *perioribus* codice. Ex *mustum tum sit reatitit usum sit*, litera *m*, evanescente et *τῶ tum* absorpta ab ea particula, quæ sequentem versum orditur. *Membra domus* ex aia nonnullis Mss. et Florentino notat et Lambinus, ex Paris. et Ven. *membra domans*. Significat non illam tantum apothecam aut cellam, in qua fervit ut situm est plenis vasis fervens mustum, impleri et occipari gravissimo spiritu, sed et vicinas ædium partes, in quas penetrare potest. Et est veteris elegantiss. Cicero ad Quintum fratrem: 'nec habere poterat adjuncta cubicula et ejusmodi membra.' Plinius lib. 2. epist. 17. 'dormitorium membrum.' Et quos adduxit G. Fornerius 1. Select. 23. Quod si meminisset derisor ille nuper valde direptus et pessime canas patronus, non fassus esset gestire se scire, quid esset 'per aulam membra duci.' *Percipere*, ut 5. 608. 'Est etiam quoque, uti non magno solia ab igni Æira percipiat calidis fervoribus ardor.' *Mustum percipit membra domus fervida*, hypallage, mustum ipsum fervidum percipit membra domus: aut *fervida*, jam fervore illius infesta et gravia. Gron. *Obs.* 3. 5. Recte mihi sensum loci tetigisse maximus Gronovius videtur, sed illud *mustum* non satis placet: ad veterem scripturam magis accedet, si legas *At quum membra domus percipit fervida, ferme, Tum sit odos vini plaga mactabilis instar*. quorum verborum fere idem sensus est cum Gronoviano. 'Ferme' vero ita Poëta sapius usurpat 5. 243. 'Huc eadem ferme mortalia cernimus esse,' et 6. 11. 'Omnia jam ferme mortallibus esse parata,' et ibid. 323. 'Et celeri ferme pergunt sic fulmina lapsa.' *Hæc*.

806 *Mactabilis instar*] Quæ mactare possit. quidam libri, in his Pari-

siensibus, habent *mactabilis*. Lamb. Ita omnino legendum, neque satis mirari possum, in utraque Gifanii editione scriptum fuisse, *plaga mactabilis mæra*, contra sensum, contra metrum, contra, &c. Sed in vs. 18. longe aliud reperies: Ibi loquitur Poëta de metallarum hominibus, qui 'Terræ penitas scrutantes abdita ferro,' plerumque odoris tetri appulsu necantur. Quid autem isto carmine facilius, 'scrutantur abdita terræ?' (scrutantur terræ partes a sole remotas) tamen Gifanius (hominis iudicium!) ait 'abdita auri' significare additum aurum; sed illud 'terræ' cum quo jungetur? neque enim posthæc stare poterit. *Faber*. Indicem Gifanii inquit *Faber*. Contextus enim in nostra editione tale quid agnoscit.

806 *Nonne vides etiam terræ*] Ad hunc locum illustrandum multum confert quod ait Vitruvius 2. 7. his verbis: 'In puteorum autem fossionibus non est contemnenda ratio: sed acuminibus solertiaque magna naturales rerum rationes consideranda quod habet multa varisque terra in se genera. Est enim, uti reliquæ res, ex quattuor principiis composita: et primum est ipsa terrena, habetque ex humore aquæ fontalis: item calores, unde etiam sulphur, alumen, bitumen nascitur: ærisque spiritus immensis, qui cum grævia per intervemia fistulosa terra perveniunt ad fossionem puteorum, et ibi homines offendunt fodientes, naturali vapore obturant in eorum naribus spiritus animalis: ita qui non celerius inde effugiunt, ibi interimuntur.' *Lamb.*

806 *Denique ubi argenti*] Si legamus *expiret*, ordo verborum et sententia hujus loci hæc est: denique nonne vides, quales odores expirat scaptesula, ubi, non in qua, homines auri atque argenti venas sequuntur, terræ partes abditas ac retrusas ferre scrutantes? siu *expirat*, nihil repetendum est *ἀπὸ κορυφῆς*. *Lamb.*

-810 *Scaptensula*] Ita omnes libri, et Festus. Male Lambinus: *scaptensula*. Gifan.

Scaptensula] *Scaptensulam* (sic enim scribi debet) Pompeius Festus ait 'esse locum, unde argentum effoditur, in Macedonia, a fodiendo dictum,' nam *σκαπτειν* Græce 'fodere' dicitur: idemque hunc Lucretii verbum profert. Ut autem notior sit hujus vocabuli origo, *scaptensula* dicta est, quasi *σκαπτειν* *δλα*, i. e. 'fossilis materia.' mutata est enim aspiratio nota in *s*, 'scapte hula,' 'scaptensula,' ut in *δς* 'sus,' *δρερ* 'super,' &c. Cum hæc olim ita edidisset, ac vulgasset, Zeilus a me dissensit, et vero gravis auctor ita pronuntiavit: Male Lambinus. sententia iudice digna. Sed audiamus rationem. quamvis enim contenti esse deberemus tanti viri auctoritate, tamen sententiam suam ratione confirmat. Ait, 'Scaptensulam esse nomen oppidi in Thracia.' O acutum et ingeniosum hominem! quasi vero non sint urbes innumerabiles a communibus altiarum rerum nominibus, quæ appellativa appellant Grammatici, nominatae; verbi gratia, Carthago, aut certe ejus urbis arx, Byrsa dicta est, ut testatur Virg. *Æn.* 1. 371. 'Mercatibus solum, facti de nomine, Byrsam.' At 'byrsa' corium significat. Roma, nomen est urbis, et vireis corporis significat. Abretonam, nomen est urbis et herbæ. *Αρχα* urbem ut aneoram significat: Antenna, Potentia, Cingulum, Alba, Lanæ Pompeia, Parma, Pedum, Industria, Corsiculum, Capitulum: alia sexcenta commemorare possum, quæ sunt propria urbium, et appellativa sunt nomina. Hoc igitur iterum atque iterum dico, Zeilo cum pecudibus ire pastum jussu, *scaptensula* sine *s* scribendum esse. *Lamb.*

Subter] 'Subter' adverbium est, vel subintellige, terram. Sed quod hic de metallorum et fodinarum odo-

ribus a Lucretio dicitur; sciendum est, non unum esse omnium metallorum odorem. nam odor auri igne calefacti, gratus et suavis est: argenti minus gratus: æris et ferri, spurcus et tæter. Taleis igitur et singularum fodinarum odores esse credibile est. *Lamb.* Nomen generale est, materia fossilis scilicet; vocamus, *terre de mine*; neque hic de Thraciæ loco cogitandum, qui sic proprie dicebatur; est enim, ut dixi, nomen generale τῶν μεταλλείων seu fodinarum metallariorum. *σκαπτειν* 'fodere' est, *δλα* 'materia.' *Faber.*

812 *Quas hominum reddent*] Quam pallidas, et virideis, et exsanguis? ut videantur mortui ambulare. *Lamb.*

814 *Vitæ copia deflat*] Ita conjectura ductus scripsi. In libris, *deflat*. In quibusdam, *desit*. *Gifan.*

Desit, quæ, &c.] Desit iis quos 'vis magna,' i. e. necessitas (durum telum) et servitus (erant enim olim servi pœnæ, damnati ad opus metalli) cohibet et continet in tali opere. post vocem *magnæ* interpunctionis nota scribenda est. nam quod vulgo ita legitur, *Cohibet vis magna vacare*, peccatum est ab iis, qui non videntes, hanc partem ultimam versus *necessitas* est, referri et pertinere ad ea quæ sequantur, nimium arroganter et confidenter, deleta vera scriptura, substituerant verbum *vacare*. Sic enim legitur in omnibus libris vulg. præter Venetos antiq. et Parisienses, *Cohibet vis magna vacare*, plane inepte. *Lamb.*

815 *Vis magna? necesse est hos igitur, &c.*] Marullus, *vacare*; pessime. *Gifan.*

Necesse est hos igitur] I. e. necesse igitur est, ut terra hos odores omnes exspiret foras, in apertas et prontas cæli partes. Atque hæc est sola omnium avernorum causa. *Lamb.*

818 *Sic et Averna*] Multis similibus collectis præpositis, ex quibus intelligere licet, variis e rebus odores mitti, redit ad averna: et ostendit, averno-

rum rationem in aquarum, aut terrarum odoribus, quæ in auras surgunt, esse positam. *Lamb.*

. 823 *Qua dirigit*] Quidam libri manuscr. habent, *Qua derigit æstus*. hanc lectionem, his verbis a me olim indicatam, arripuit Zoilus, sibi que more suo arrogavit. *Lamb.*

. *Qua derigit æstus*] Ita ex vet. quibusdam malui. In aliis, *dirigit*. Gifan. Cum nullum in toto Latio exemplum sit hujus significationis, ut τὸ 'dirigere' neutrale sit, et id, quod ex Festo designavit Gifanius, huic significationi non faveat, ut ex Notula I. Scaligeri constare potest, aliud est quod necessario quærendum sit. Præterea, si 'derigere,' uti vult Gifanius, eandem significationem habet ac τὸ deorsum tendere, nullam causam dicere potest quin imperitissime fecerit, qui huic loco illam convenire posse existimavit. Nam de Virgilio quod ait, ubi tandem? (nos certe aliquando Virgilium non indiligenter legimus;) an in *Æn.* 11. 654. 'Spicula conversa fugientia dirigit arcu?' An in 10. 140. 'Vulnera dirigere et calamos armare veneno?' An, ut plus uno loco (*Æn.* 1. 405. 5. 162.) legitur: 'Huc dirige cursum?' Neminem certe videre me, aut legere, meminisse, qui in iis locis τὸ 'dirigere' acciperet pro, deorsum tendere. Dein non mediocris oscitantia est ita locum hunc Lucretii explicare, cum res ipsa per se se clarissime ostendat, agi de motu ab inferioribus ad superna, non contra, ut ille plane ridicule existimavit. Sed mihi credi nolim, Lucretius ipse paucis aut versibus vs. 819. idem quod dico, dixerat: 'Sic et averna loca alitibus summittere debent Mortiferam vim, de terra quæ surgit in auras.' Vides 'summittere,' quod in altum tollere est: tum illa mortifera vis 'surgit in auras:' mirum itaque, si, ut voluit Gifanius, deorsum tenderet, quæ surgat scilicet. Quamobrem cum in Ms.

Cod. legatur *dirigit*, quæ lectio corrupta est, cum venia, opinor, scribamus *se erigit*, vel, ut etiam vulgo olim scribebant, *s' erigit æstus*. Faber. *Dirigit*, deorsum tendit, Gifanius, at recte Faber, *Æstus* non dicitur 'deorsum tendere,' sed 'de terra surgere in auras:' vs. 819. Ipse autem legit, *Se erigit*: agitur enim de motu ab inferioribus ad superna. Vereor ne hoc sit nimis inconsiderate dictum; nam vs. 822. 'Avis cæco correpta veneno cadit:' leg. igitur *Qua dirigit æstus*: et tam plana et perspicua sunt ista verba, ut pluribus illustrari nequeant. *Creech.*

. 826 *Conciat æstus*] Strabo lib. 3. de Plonio, *Ἐσθῶμεν δὲ ἐκ τῆς ἕφου ἀσθῶν πυρόδου τοῦς κίδους ἔμφου*. Qualis autem sit iste *Æstus* conijciat e 4. 1017. 'Vix ad se redeunt permoti corporis æstu.' *Creech.*

. 827 *Veneni in fontis*] Sic legendum est. *cecidere* autem aves scilicet. nam mutat numerum, cum antecedit vox 'aves' numeri singul. Sic contra apud Homer. *Ἰλ.* ρ. 76. cum numerus multitudinis præpositus esset, sub junctus est singularis: οἱ δ' ἀλογασὶ Ἄνδρασι γε θηροῖσι δαχήμενοι, φθ' ἐχέσθαι Ἄλλῃ, φ' Ἀχλῆφι, &c. *Lamb.*

. 828 *Vita vomenda*] Vita amittenda, anima efflanda, tralatio est. *Lamb.*

. 830 *Fit quoque, ut interdum*] Potest etiam fieri (inquit Lucretius) ut spiritus ex avernis efflatus, aëra inter aves et terram interpositam dimoveat, ac discentiat, et ita totum illud spatium iuane relinquatur. quo facio aves in eo inani spatio volare conantes, non habentes jam ubi nitantur, delabuntur in terram, aut in aquam: eodemque tempore, quia aërem, quem ducant, non habent, exstinguuntur atque intereant. Sed quod efficit terræ æstus, et ingens halitus, idem potest efficere etiam multorum hominum vox magnis lateribus profusa. quod testatur Pintarchus in T. Flaminio: ubi narrat, Macedonibus a

Flaminio devictis, cum præco Corinthios, Locros, Phocenses, Eubæos, Thessalos, ceteros, liberos et a vectigalibus pensandis immunis in stadio declarasset, tantum clamorem Græcorum, imperatori Rom. gratias agentium, atque inter se gratulationem, fuisse, ut corvi interea e regione stadii volantes in medium theatrum exanimis deciderint. cujus rei causam confert Plutarchus vel in æræm discissum: quia, cum multus clamor et magnus profunditur, dissipatus ac distractus ær volantibus avibus, ubi nitantur atque insistant, præbere non potest; ita fit, ut decendant: vel in ictum ac plagam a clamore incassam: qua quasi transverberata exanimantur: vel in æris circumactionem et quasi vorticem, qualis in aquis et mari existere solet, salo quodam vim et impetum de integro assumente, et amplificato. *Lamb.*

834 *Pennarum nisus inanis*] Nusquam niti possunt, ære discusso. inane enim nulli rei subsistit. al. *pinarum*. vel, frustra nitantur pennis. *Lamb.*

835 *Conatus*] Conatus. *Lamb.*

Utrinque] A dextra et læva. *Lamb.*

Proditur] Sic repositi, quattuor codices manuscriptos secutus: in his Vaticanum et Memmianum. sic supra usurpavit: vs. 562. 'Inclinata misent in eandem prodita partem:' et paulo post, vs. 635. 'rerumque sequatur prodita summa.' *Lamb.* Ita (*proditur*) vet. libri. Vulg. *perditur*. Gifan.

836 *Hic ubi nictari nequeunt*] Pompeii Festi testimonium atque auctoritatem secutus, sic excudendum curavi: qui in verbo 'nictari' profert hunc versum, docetque 'nictare' esse oculorum et aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari, ut jam ante ex eo retulimus sup. Non celabo lectorem tamen, in omnibus libris manuscriptorum et vulgatis, quos quidem

viderim, legi *nixari*. quam scripturam si quis magis probabit, non valde repugnabo: quin, nisi me movisset Festi auctoritas, *nixari* retinuissem. Est enim verbum a nitendo deductum: quod huic loco magnopere convenit. nam et supra tertio abhinc versu 'nisum pennarum' dixit: et Virg. *Æn.* 4. 262. sic locutus est, 'Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Constitit.' *Lamb.* Sic (*Nixari nequeunt*) omnes libri. Festus tamen: *nictari*. Vide Indicem; et sup. 4. 609. *Gifan.* *Nictari* legerat Festus; sed haud dubie legendum *nixari*, ut alibi passim, quod et optime vidit interpret. *Faber.*

837 *In terris delabi*] Sic lego ex vet. libris. Marullus, et vulg. *in terram*. Gifan.

838 *Jacentes*] Quomodo 'jacentes' dici possunt, si ferantur per inane? jacent, quia nictare seu nixari membris nequeunt: et quia pennas explicare atque agitare non possunt: vel potius, quia, tanquam corpora inanima, deorsum feruntur, neque vel in hanc, vel in illam partem moveri alarum adjumento possunt, et, ubi terram nactæ fuerint, jacebunt immobiles. *Lamb.*

839 *Dispergunt animas, &c.*] Dissipant animas per omneis corporis meatus. *Lamb.*

Per caulas corporis] Sic 3. 702. 'Disperditur enim per caulas corporis omnis.' *Lamb.*

840 *Frigidior porro, &c.*] Incretiana hæc quidem ratio, quamobrem puteorum aqua æstate sint frigidiores, hieme calidiores, valde probabilis et naturalis est. Sed Aristot. diceret id fieri διὰ τῆς ἀνωπλοῦσιν. Alii, quia ær hieme frigidus est, æstate calidus: cum quo aqua comparata, hieme quidem calida, æstate vero frigida videtur. quemadmodum cum calidiores æquo sumus, calida tactu, nobis videntur frigida, et contra: itemque in balneo meientibus

urina frigida videtur. M. Tull. eandem fore, atque Lucretius, rationem affert, ut jam dicam. *Lamb.* Multa videntur adeo humanis usibus accommodata, ut benignam quandam providentiam demonstrant: Ita tempore aestivo aqua in puteis frigida est, unde istius tempestatis calor temperetur: hyberno autem calida, qua refici pariter et recreari possimus. Istam vero difficultatem vs. 8. amolitur Lucretius, nam in æstate terræ superficie a solis rarefacta semina ignis quæ in terra continentur in aërem erumpunt, hyberno autem frigore constricta, in puteos exprimuntur, atque inde tepor aquæ. *Creech.*

841 *Rarescit quia*] Ita legendum ex veteribus, et inf. 'Et rarefecit,' &c. *Gifan.* Sic esse legendum, non *arescit*, declarat versus ille inf. 870. 'Et rarefecit calido miscante vapore.' hanc quoque emendationem sibi adscripsit *Zoilus.* *Lamb.* Ita et inf. vs. 861. 'Nimirum terra magis quod Rara tenet,' &c. *Hav.*

842 *Vaporis*] *Caloris.* *Lamb.*

843 *Affecta calore*] Sic reposui, secutus fidem trium lib. manuscr. neque dubium est, quin ita legi debeat, et vulgata scriptura, *effata calore*, sit rejicienda: quam ita interpretantur, spollata et orbata calore, cum hæc sententia pugnet cum Lucretii verbis et sensu, quippe qui paullo ante dixit, 'Rarescit quia terra calore.' 'affecta' autem 'calore.' i. e. a sole calefacta. *Lamb.* Ita recte *Lambinus*, ex veteribus; agit enim de æstate. In aliis, *effata*. Ita variatum sup. *Gifan.* Vix. Solis radiis calefacta: *Lambinus.* Addit *Fayus*, Ideo aqua in puteis hyeme fit calida, quia terra affecta calore calefacit eam subter. Qua explicatione nihil unquam stupidius. *Creech.*

845 *Frigore quom premitur, &c.*] I. e. cum autem terra frigore comprimitur et contrahitur, et quasi concresecit, sit scilicet, ut coëando et

concresecendo exprimat, i. e. per compressionem emittat in puteos semina caloris quæ in se continet. M. Tull. lib. 2. de N. D. ex sententia Stoicorum, eandem fore quam Lucretium, rationem affert his verbis: 'Omnis igitur mundi partes (tangam autem maximas) calore fulta sustentantur: quod primum in terra natura percipi potest. Nam et lapidum confictu atque tritu ellici ignem videmus: et recenti fossione terram fumare calentem: atque etiam ex puteis jugibus squam calidam trahi, et id maxime hibernis fieri temporibus, quod magna vis terræ cavernis continetur caloris, eaque hieme sit densior, ob eamque causam calorem insitum in terris continet arctius.' Atque hujus loci facta mentio me admonet eorum, quæ ibidem paucis post verbis sequuntur, ibi: 'Ipse vero aër, qui natura est maxime frigidus,' &c. In eo igitur loco memini me reponere, in ea editione *Cicero*nis, cui præfui anno 1665. 'qui natura est maxime humidus,' &c. Quod non oportuit. nam tametsi hæc verum sit, aërem esse maxime humidum, præsertim ex sententia *Aristotelis*, tamen, cum hic tractet *Cicero* Stoicorum sententiam et *Stoici* dicant, aërem esse frigidissimum, ut refert *Diogenes Laërtius*, nihil est in *Cicero*ne mutandum. Fefellit me, ut dixi, quod *Aristoteles* a *Zenone* dissentit ac discrepat. *Lamb.*

847 *Exprimat in puteos, &c.*] *Servius* ad *Virg.* *Georg.* 4. 51. 'Quod superest, ubi pulsam hyemem aëol aureus egit Sub terras, cælumque æstiva luce reclusit,' ita scribit, 'Secundum physicos, qui dicunt, quo tempore hic hyems est, æstatem esse sub terris: et versa vice, cum hic æstat, illic hyemem. Quod etiam *Lucretius* exequitur, et trahit in argumentum putealem aquam, quæ æstate frigidissima est: hyeme vero calidissima.' De *Carino Imperatore*

agens Vopiscus, in vita ejusdem, argumentum quoddam ejus dictum refert: 'Quam hyemis tempore ad quendam locum venisset, in quo fons erat aqua pertepida, ut solet per hyemem naturaliter, eaque in piscina usus esset, dixisse balneatoribus fortiter: Aquam mihi muliebrem præparatis.' *Hæc.*

848 *Esse apud Ammonis fœvum*] In quibusdam libris, *Est*; ut subintelligatur, *qui*; *ibid. Lucæ. Gifau.* Sic habent lib. manusc. Tett. et Memm. et Bertin. alii, *Est apud, &c.* mendose. 'Jupiter Ammon' autem, qui cornutus pingebatur et fingebatur, ab arena dictus est, quam *ἄμμων* Græci vocant, quia locus, in quo colitur, undique desertus, et aridus, et arenis coopertus est. de quo, et de hoc fonte lege Arrianum lib. 3. et Q. Curtium lib. 4. Sic autem de fonte Curtius: 'Est etiam aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem, aquam solis vocant: sub lucis ortum tepida manat: medio die, cum vehementissimus est calor, frigida eadem fluit, inclinatio in vesperam, calescit: media nocte fervida exæstuat, quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsa diei ortum assumto tempore languescat.' de eodem sic Arrianus: *Καὶ πηγὴ ἐξ αὐτοῦ ἀνίσχει ὀρθὴν τι δεικνύσα τοῖς πηγαῖς, ὅσαι ἄλλαι ἐκ γῆς ἀνίσχουσιν. ἐν μὲν γὰρ μεσημβρίᾳ ψυχρὸν ἕδωρ γινώσκουσιν τε καὶ ἐπιμύλλουσιν ἀφαιμένῳ αἰὲν ψυχρότατον· ἐγγλίσσονται δὲ τοῦ ἡλίου ἐς ἑσπέραν, θερμότερον αὐτὸ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἔτι θερμότερόν ἐστι ἐπὶ μέσας τὰς νύκτας· μέσων καὶ νυκτῶν αὐτοῦ θερμότερον ἀπὸ δὲ μέσων νυκτῶν ψυχρὸν ἐν τάξει· καὶ ἔσθιν ψυχρὸν ἔστι ἄσπι, ψυχρότατον δὲ κατὰ μεσημβρίαν.* i. e. 'Et fons ex eo oritur nulla in re ceteris fontibus qui ex terra exeunt, similis: nam meridie aqua frigida est, si quis eam gustaverit, et multo magis, si quis attigerit, ita ut frigidior esse non possit: inclinante autem in vesperam sole,

calescit: a vespera porro calidior fit in horas usque ad mediam noctem: quo tempore calidissima est: a media nocte autem sensim refrigescit magis ac magis: et mane jam frigida est, meridie porro frigidissima.' De eodem Antigonus historiarum admirabil. *συνοργῆς*, his verbis: *τῶν δ' ἐν Ἀμμωνί κρητῶν, λέγειν Ἀριστοτέλη, τὴν μὲν ἡλίῳ γε νομιζομένην, μέσων μὲν νυκτῶν καὶ μεσημβρίας γίνεσθαι θερμῆν. ἔσθιν δὲ καὶ δειλῆς καθάπερ κροτάλλον.* i. e. 'Eorum fontium, qui sunt apud Hammonem, dicere Aristotelem, fontem eum, qui solis esse existimatur, mediis noctibus et meridie calidum fieri: matutino autem et serotino tempore frigidum, tanquam glaciem.' De hoc eodem sic Plin. 2. 103. 'Jovis Hammonis fons interdiu frigidus, noctibus fervet.' de eodem Mela 1. 8. *Lamb.* Quod si in omnibus puteis non sit divina virtus, at præsens est in fonte apud Jovis Ammonis fanum, de quo Curtius 4. 7. 'Ammonis nemus,' &c. At hoc quoque frustra dictum, quamvis enim isti errant, qui causam referunt ad solem subter terras positum, et per totius telluris crassæ corpus calefacientem istas aquas vs. 11. dici tamen potest vs. 13. quod terra frigore nocturno compressa veluti elidat, sive exprimat, transmittatque in aquam ignis semina, unde et aqua incalescat: calore vero diurno laxata eadem semina veluti resorbeat, unde multum ex nocturno calore decrescit. Præterea, ista aqua, quæ ex ignis seminibus propter aërem tempore nocturno frigidum repressis efficitur calida, evadat deinceps frigida diurno tempore, radiis solis ita aquam pervadentibus, et rarefacientibus, ut liberum iis seminibus exitum in aërem faciant: quippe radii solis ita glaciem dissolvunt, ut dimittantur leves stipulæ, et ejusmodi alia quæ constricta tenebantur. vs. 5. *Creech.*

851 *Raptim*] Celeriter, ut sæpe

alias. *Lamb.*

852 *Terribilis*] Noctis caliginem 'terribilem' dixit, quia tenebræ terrorem incutiunt. vide supra, quæ annotata sunt ad illum locum 2. 54. 'Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis In tenebris,' &c. *Lamb.*

854 *Quippe ubi sol nudum*] Quidam vulgati, *udum*; male. *Gifan.* Argumentum est a majori. Si sol non potest nudum et apertum aquæ corpus suis radiis superne calefacere; quanto minus queat, terra opposita, inferne calidum reddere? *nudum* autem legi debet, non, ut in quibusdam vulgatis, *udum*, quod arripuit Zoilus, sibi arrogavit. *Lamb.*

857 *Tam crasso corpore*] Ita etiam in nostris libris. In aliis, *crassi corporis*. *Gifan.* Sic habent duo lib. manuscr. et nonnulli vulg. in his Parisienses. ceteri *tam crassi corpori*. utraque lectio probabilis est. *Lamb.*

Terram] 'Subter terram tam crasso corpore.' i. e. tam densam et spissam. *Lamb.*

858 *Calido sociare vapori*] I. e. calore temperare, et calefacere. Tralatio. alii libri habent *calido satiare vapore*. quam lectionem non probo. veramtamen iudicat lector. *Lamb.* Vet. quidam libri, *satiare vapore*; et, *vaporem*. *Gif.*

860 *Insinuare*] 'Ενεργητικός, intrmittere. *Lamb.*

861 *Nimirum terra magis quod Rara tenet*] Sic Lambinus; præclare: quod et libris nostris confirmatur. *Gifan.* Hunc etiam locum valde *εὐρόχον* (nisi me animus fallit) restitui. Nam cum ex libris alii haberent *Parva tenet*, ut Parisienses; alii *Pura*, ut Veneti recentiores, et Florent. et Basil. alii *Par tenet*, ut cod. Memmianus; alii *Para tenet*, ut Vatic. et Bertin. mihi que ex hac varietate scripturæ mendi suspicio esset injecta, et jam antea hujus loci sententia non satis explicata videretur; ex antiqua scriptura *Para tenet*, feci *Rara*

tenet; cujus sententia est in promptu.

hoc enim dicit, eam terram, quæ hunc fontem circumplectitur, esse rariorem cetera terra, multaque ignis semina in se continere: atque hæc ignis semina Idcirco aquæ corpori esse vicina. Itaque nocturno frigore hanc terram compressam et contractam, quæ alioqui sua natura rara est, ignis semina in se inclusa in fontem exprimere, quibus fons concalescat. Hanc emendationem probat Zoilus, mihi que, quod ab eo raro admodum fit, et invite, reddit, ac rescribit. Debuerat potius sibi adscribere, ut sibi constaret. *Lamb.* Aliquid in Indice monet *Gifan* quod prætermitti haud deceat; '*tenere*,' inquit, sumitur pro esse, habitare, incolere, absolute. Papæ! unde isthæc? Quis unquam in Latio ita locutus est? nemo. Interim quid erat facilius quam locum hunc recte exponere, et ita recte ut nunquam eo confugiendum esset? Ipsa enim verborum series rem expeditam dabit, quæ sic habet: 'Nimirum quod terra magis rara tenet hunc fontem circum,' seu, circum amplectitur. Vides, Lector, quo cum homine tibi res sit. Ceterum hujus loci emendati gloria Lambino debetur. *Faber.* 'Parthenice' Vossii 'terram virginem,' quasi raro et tenui corpore, significaret. Sed 'terra virgo' Lat. nondum arata. Vide sup. vs. 841. *Hav.*

868 *Quæ calidum faciunt aqua tactum*] Ita ex Beda scripsi, libris repugnantibus. In quibusdam est: *laticis*. Sed hoc non dubito, quin ex ignoratione numerorum irrepperit. *Gifan. in ed. priori.*

868 *Quæ calidum faciunt laticis tactum atque vaporem*] I. e. quæ faciunt ut hujus fontis aqua sit tacta et gustata calida: quod est consentaneum cum iis quæ paullo ante ex Arriano retuli. Cum initio secutus essem lectionem vulgatam, quæ talis est, *Quæ calidum faciunt laticis tactum at-*

que saporem (quam et nunc retineo) hæc annotaram. Sic habent libri omnes, quos quidem viderim: sed Beda legit hoc loco, *Quæ calidum faciunt aqua tactum*, &c. docens, vocalem, alioqui brevem, quæ littera *g* juncta cum vocali *u*, et deinceps qualibet alia vocali exciperetur, produci licere, ut hic a Lucretio producitur. Hæc igitur olim adscripseram: quæ arripuit Zoilus, neque mihi indicii præmium aut gratiam persolvit, ut nec aliarum innumerabilium emendationum et scripturarum veterum. Nunc igitur ego hanc scripturam vindico ac repeto. hoc primum. deinde, quod Beda dicit *a* in hac voce 'aquæ' esse longum, ignoscant mihi Bedæ manes: non est ita. sed vox 'aquæ,' quæ natura sua dissyllaba est, per *disapæon* trium fit syllabarum, ita ut 'aquæ' sit anapæstus: quemadmodum 'reliquio' sup. lib. 1. et lib. 4. 'reliquias,' facta sunt quattuor syllabarum. Sed quid si dicamus, *laticis* scriptum esse a Lucretio, et *aqua* natum esse ex annotatione? Judicet igitur lector. *Lamb.* Ita omnes vet. Beda, *aquæ*. Vide 'Aqua,' in Indice. *Gifan.* in ed. post.

Atque saporem] Multi codd. legunt *vaporem*, quod ex vs. 858. 'Percoquere humorem et calido sociare vapori,' videtur esse natum; at vero calidum laticis vaporem sine tactu deprehendere non possumus; præfero itaque *saporem*. *Hav.*

869 *Terram dimovit*] Melius *umbram dimovit*. Ita enim sæpe Poëtæ: *Virg. Æn.* 4. 6. 'Humantemque Aurora polo dimoverat umbram.' Sup. vs. 864. 'Terram nox obruit umbris.' In vs. 870. 'Et rarefecit' subintel. terram. *Creech.*

Obortus] Hoc malui cum *Marnllo*, consentientibus libris quibusdam. In aliis, *obortis*. *Gifan.* in ed. pr.

Obortis] Ita vet. omnes. *Marullus*, *obortus*, ut vulg. Cui bono? *Gifan.* in ed. post. Cod. Florent. habent

Delph. et Var. Clus.

obortus, manuscr. autem nonnulli *abor-tus*: quæ vitiosa scriptura fortasse confirmat Florentinam. *Lamb.*

871 *Rursus in antiquas*, &c.] Ordo est: Primordia ignis redeunt in antiquas sedeis, nempe in terram. *Lamb.*

874 *Præterea solis*] Aliam rationem affert. *Lamb.*

875 *In luci*] In luce. *Lamb.*

In luce] Ita conjectura ductus scripti. In aliis: *lucem*. *Gifan.* At ego omnibus conjecturis probam Mss. et *Macrobii* 6. 4. præfero lectionem. Vide quæ sup. ad vs. 712. 'Nilus in æstatem crescit,' &c. *Hav.*

Ab æstu] Solis, quem 'æstum tremulum' dicit, ex eo quod in aqua tremula tremere ipse quoque videatur. *Lamb.*

876 *Propterea fit uti quæ*] Profert hunc versum cum duobus deinceps sequentibus *Priscianus*, sed duos proximos paullo aliter, quam vulgo leguntur, ut jam dicemus. *Lamb.*

877 *Quasi sæpe gelum*] Libri vulg. fere omnes præter *Parisiensis* et *Venetos* antiq. habent *cum sæpe gelum*: manuscr. tres, *quasi sæpe gelum*, quibuscum congruunt *Paris.* et *Veneti* antiq. quo modo legit et *Priscian.* alii scripti, partim *quia sæpe gelum*, partim *quia sæpe gelum*: quod postremum, ut omnium optimum, olim secutus eram: quamquam illud *cum sæpe gelum*, non improbaram: nunc scripturam antiquam omnibus antepono. *quasi* autem, i. e. quemadmodum. Sic sup. 2. 552. 'Sed quasi naufragiis,' &c. Jam 'gelum' perspicue hic neutrius generis est: quamvis *Nonius Marcel.* in ordine vocum, quæ initium capiunt a littera *G*, ponat 'gelu' neutrum monoptoton, et *gelus*, *li*, *lo*, masculinum. quemadmodum supra retulimus hoc eod. lib. vs. 206. 'Adsidusque geli casus,' &c. non commemorans etiam 'gelum, *li*,' neutrum. Idem in capite de mutata declinatione, ubi ver-

Lucret.

5 O

sum illum profert, 'Assiduusque geli,' &c. nihilo magis. Sic enim ille: 'Gelu ars monoptoton esse vult: contra sentit auctoritas. Lucret. 6. 206. 'Assiduusque geli casus mortali- bus anfert.' Idem 6. 166. 'Denique sæpe geli multus fragor, atque ruina.' *Lamb.* Sic ex vet. libris restitui. *Quasi*, i. e. quemadmodum. Quidam libri, *cum*. Alii, *quin*. Alii, *quia*. Omnia mendose; ut etiam alio loco. *Gifan.* Recte *Lamb.* 'gelum' neutrius dicit esse generis; ut enim pro 'cornu' veteres 'cornus' non tantum, sed et 'cornum' dixerunt; ita pro 'gelu' quoque reperitur 'gelus' et 'gelum,' de quibus vide docte (pro more) disputantem Ger. Joh. Voss. de Arte Gramm. 2. 17. pag. 330. 331. qui ibidem pro 'relaxat' habet 'remittit.' quod tamen alibi non invenio. *Hav.*

878 *Mittit*] Sic legitur apud Priscianum, et ita habent codices Veneti antiquiores, et Parisienses, et tres manuscr. Memmianus aetern *Mutit*, quod depravatam esse ex recto *mittit*, vel cæcus videat: 'mittit' autem positum pro dimittit, seu omittit. nam ceteri libri vulg. habent *Mutat*, mendose. *Lamb.*

Nervosque relaxat] Ita restitui ex vestigiis veterum codicum. Vulg. *nodos*. *Gifan.*

Nodosque relaxat] Sic legitur etiam apud Prisc. et ita habent omnes fere lib. vulg. præter Ald. antiq. in quib. legitur *novosque relaxat*, et ita scriptam est in membrana Vaticana: in duobus aliis libris manuscr. *venasque*, quibusenim consentiant libri Florentini: in Memmiano, *nubosque*. quæ scripturæ omnes sine dubio sunt corruptæ, nisi forte probanda sit scriptura, *venasque relaxat*. Nam quod Thraso legendum censet *nervosque relaxat*, minus placet. *Lamb.* *Gifan.* in Ind. animum alibi habebat, cum hoc loco *nervos* legebat. *Faber.* Hor. Epist. 1. 3. 3. 'Hebrusque ni-

vali compede victus.' *Creech.*

879 *Frigidus est etiam fons*] *Talia fons est in Epiro, non longe a Dodonæi Jovis templo, ut testatur Meia lib. 2. his verbis: 'Et fons ideo sævus, quod, cum sit frigidus, et immersas facies, sicut ceteri, exstinguat, ubi sine igne procul admoveatur, accendit.' de eodem fonte Plin. 2. 103. 'In Dodone Jovis fons cum sit gelidus, et immersas facies exstinguat, si extinctæ admoveantur, accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa anapasomenon vocant.' Antigonus historiæ admirabilium collectione, Περὶ δὲ τῆς Ἀθαμανίας ἑρῶν εἶναι νυμφῶν, ἐν ᾗ τῆς κρήνης τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ὑφατον ὡς ψυχρὸν ἢ δ' ἂν ὑπερθῆι αὐτοῦ, θερμαίνωρ ἔδω δὲ τὰ φρήγανον, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιοῦτων προσερέγκυ, μετὰ φλογὸς καίεσθαι. i. e. 'Circa Athamaniam autem (i. e. Thessalam) templum esse nympharum, in quo fontem esse, cujus aqua cum sit frigidissima, quicquid tamen super eam aquam posueris, calefieri: quod si quis stipulam, aut lignum aridum, aut aliud quippiam tale adnaverit, id flamma concepta statim accendi.' *Lamb.* In Epiro. *Plin.* Vide omnino Physiologiam p. 1659. et quod sibi dixit Vir Maximus de fonte Gratianopolitano. *Faber.* Postquam ostendit in Jovis Ammonis fonte nihil admirabile esse aut divinum, jam vs. 27. Jovis Dodonæi fontem, Jovi ubique infestus, attingit. 'In Dodone autem fons, cum sit gelidus, et immersas faces extinguit, si extinctæ admoveantur, accendit.' *Plin.* 2. 103. Nimirum quoniam sicut in ipsa aqua, vel terra isti aquæ subjecta, multa ignis semina, quæ ex aqua erumpentia corpori inflammabili viz. stoppæ aut tedæ recenter extinctæ adhærent, et accendant: neque magis incredibile semina ignis per fontem erumpere, quam aquæ dulcis scaturiginem per medium maris oriri; et sæpissime videmus tedas recenter ex-*

tiocitas accendi, antequam ipsam ignem, ad quem admoventur, attingerint. Creech.

884 *De terraque necesse est*] Etiam Arist. l. 2. μεταρρ. testatur in terram vim ignis inesse, his verbis: ΕΙΣΙ δὲ πολλαχοῦ κρήναι καὶ βεβήματα ποταμῶν παρωδασιπὸς ἔχοντα χυμοὺς. ὅν πάντων εἰσιπτόν τὴν εἰσοῦσαν ἢ ἐγγινομένην δόναμις πορὸς καιομένη γὰρ ἢ γῆ, τῆ μᾶλλον καὶ ἦτρον παρωδασιπὸς λαμβάνει μαρρῶς καὶ χροῖων καὶ χυμῶν. i. e. 'Sunt autem multis locis fontes et fluvii omnis generis saporibus præditi: quorum omnium causa, ei, quæ inest aut innascitur in terra, ignis potestati adscribenda est: terra enim quæ writur, magis et minus omnis generis formas et colorum et saporum sumit.' Lamb.

885 *Per totum consurgere fontem*] Sic habent omnes lib. et manuscr. et vulg. præter Lugdunensis in quibus legitur *consistere fontem*. Lamb. 889 *Conciltari*] Cogi, congregari. Lamb.

890 *Quod genus*] Cujus generis. Lamb.

Endo mari] I. e. in mari. secutus autem sum codicem Memm. Licet etiam legere *Indu mari*: ut sup. 2. 1095. 'Quis habere profundū Indu manu validas potis est moderatiter habenas?' ad quem locum de præpositione 'endo' et 'indu' plura. Non enim iis assentimur, qui *Indu* ejiciunt e civitate Romana. Sic sup. 3. 716. 'Quippe ubi prima perit, alioque est altera nata Endo statū,' &c. vulgata autem lectio *Inde mari*, corrupta et vitiosa est. Lamb. Ita (*endo mari*) vet. quidam; recte vulg. *inde*. sup. 4. 776. *Gifan*.

Fons, dulcis aqua] Fortasse ut Arethusa: quæ tamen non in mari, sed in insula est. M. Toll. designis: 'In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est.' Plln. 2. 103. 'Quidam fontes ostio maris ipsa subeunt vada, sicut Are-

thusa, fons Syracusanus, in quo redduntur jacta in Alpheum.' Cdm his Plinianis congruunt illa quæ refert Antigonus Ιστορ. παραδοξ. συναγωγῆ his verbis: 'Αρέθουσαν δὲ τὴν ἐν Συρακούσαις, ὅσπερ οἱ λοιποὶ φασὶ, καὶ Πίνδαρος, τὴν πηγὴν ἔχειν ἐκ τοῦ κατὰ τὴν Ἠλίαν Ἀλφειοῦ. Διδὸ καὶ ταῖς Ὀλυμπικαῖς ἡμέραις, ὅταν ἐν τῷ ποταμῷ ἀποκλίνωσι τῶν θυμάτων τὰς κοιλίας, οὐ καθαρὸν εἶναι τὴν ἐν Σικελίᾳ κρήνην, ἀλλὰ βεῖν ὄσθρ. φησὶ δὲ καὶ φαίλην ποτ' εἰς τὸν Ἀλφειὸν ἐμβληθεῖσαν, ἐν ἐκείνῃ φανήναι. i. e. 'Arethusam autem, quæ est Syracusis, fontem suum habere ex Alpheo, ut et alii, et Pindarus ait. Quocirca et diebus Olympiis, cum in fluvio lavant hostiarum immolatarum ventres, non esse sincerum fontem qui est in Sicilia, sed fimo et stercore manare. Ait autem et phiasam aliquando in Alpheum jactam, in Arethusa visam esse.' Huc pertinet illud Virg. Ecl. 10. 4. 'Sic tibi, cum fluctus subter labere Sicandis, Doris amara suam non intermisceat undam.' Lamb.

Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquæ; Qui scatit, &c.] Malè distinctio est, quæ ita restituta: *Quod genus endo mari spirat fons; dulcis aquæ Qui scatit.* ut alibi, 'Terra scatit ferarum.' Faber. in *Emend.* Sic enim distinguendum omnino esse, alibi monui. Illud autem 'spirat' de fonte audacius videri queat, et pæne dithyrambicam: sed tamen dicimus, 'vivas lucernas,' 'aquam vivam,' 'aqua currit,' 'aquas salientes,' 'mare mortuum,' 'vivum fontem,' 'vivum saxum,' ζώονρον, &c. Cumque interdum 'spirare' pro vivere ponatur, hinc factum ut Lucretius dixerit, 'fons spirat.' Faber in *Notis*. Ita omnes ediderunt, quasi sanus foret iste versus, neque medico egeret: at si *endo mari* legatur, quo referendæ sunt istæ voces vs. 892. 'Multis aliis regionibus?' Nam et 'multæ istæ altæ regiones' sunt *endo mari*.

Legatur igitur *Aradius fons*, de quo Strabo in libro Geogr. 16. Ita enim scripsit Lucretius, et voces istæ in mari, sive *endo mari*, ad marginem Codicis adnotatæ tandem in versum ipsam irrepererunt. *Creech*. Plus æquo doctissimus Creechius fuisse videtur verbo isti, *spirat*, quo utique, post indicatam a Clariis. Is. Vossio veram lectionem, carere possumus. Omnino voces, *endo mari*, retinendæ sunt; ne tamen de mari universo, aut de quibusvis maris regionibus loqui videatur, addendum non *Aradius*, ut ad fontem hoc adjectivum, sed *Aradio*, ut ad mare, de quo sermo est, referatur, hoc modo: *Quod genus endo mari Aradio fons dulcis aquai* sc. est, reperitur, &c. 'Aradium' autem 'mare' potuit appellare fretum illud, quod 'Aradinum,' acopulum, seu insulam a continente determinat, et a Strabone describitur, qui videndus omnino est. Sappeditavit hanc emendationem, præclaram sane atque pulcherrimam, Is. Vossio Lemma, quod ad hunc locum ita annotator noster expressit: De fonte Aradi in mare V. *Preig*. De miranda ista scaturigine agens Strabo, ita loquitur lib. 16. p. 754. postquam aquarum in continenti copiam descripsit: 'Εν δὲ τοῖς πόλεμοις ἐκ τοῦ πόρου μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ὑδρεύονται, πηγὴν ἔχοντος ἀφάνου ὕδατος. εἰς ἣν περικαταστρέφεται κλίβανος, καθελθὶς ἀπὸ τοῦ ὑδρευομένου σκάρους μολυβοῦς, εὐρύστομος, εἰς πυθμένα συνηγμένους στενὸν, ἔχοντα τρημα μέτριον τῷ δὲ πυθμένι περισφραγίσται σπλῆν σκόντιος, εἴτε ἕσκαμα δεῖ λέγειν, δ δεχόμενος τὸ ἀναβλιβόμενον ἐκ τῆς πηγῆς διὰ τοῦ κλίβανου ὕδωρ τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀναβλιβὲν τὸ τῆς θαλάττης ἐστὶ περιμεινάντες δὲ τὴν τοῦ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος ῥοαίσι, ὑπολαμβάνουσιν εἰς ἀγγεῖα παρεσκευασμένα ὅσον ἐν δέξῃ, καὶ πορμύουσιν εἰς τὴν πόλιν. i. e. 'In bello autem e freto panlo ante urbem aquam petunt: abundantem id ipsam aqua habet fontem; in quam cliba-

nus inversus e scapha aquaria demittitur, plumbens, ore lato, in angustum fundo coacto: is fundus mediocre foramen habet, cui fistula ex corio (sive ntriculum dicere malimus) adstricta est, quæ aquam e fonte per clibanum elisam excipit. Primo quæ exhauritur aqua, salsa est: expectantes vero puræ et dulcis aquæ cursum, in vasis ad id paratis excipiunt, atque in urbem deferunt.' Lib. vero 6. p. 172. similem fontem Gadibus in Herculis templo commemorat ex Polybio, deficientem mari exundante, affluentem vero, ubi mare defluerit. Ad utrumque locum Casauboni notæ debent consuli. 'Aradium' vero fontem nomine designatum a Lucretio fuisse apparet ex sequentibus, qui non nominantur. *Hav*.

891 *Scatit*] A verbo scato, is: ut 5. 950. 'Et partim plano scatere atque erumpere campo,' &c. *Lamb*.

897 *Quo cum continent*] Ad quam stupam cum semina ignis convenient, &c. *Lamb*.

Aut cum tædai corpori adherent] Sic restitui, librorum manuscript. vestigia secutus. Nam ceteri fere libri habent *corpora*. Atque hanc emendationem prætermisit silentio Zoilus, cum eam tamen secutus sit: et in hoc sibi constitit. Nam superiorem illam 'endo mari,' et eam quæ sequitur, 'Nocturna ad lumina lychnum,' ait esse rectissimas, sed a quibus acceperit, non commemorat. Ita usquequaque sui similis est, hoc est, injustus, malignus, invidus, impudens, ingratus. *Lamb*.

898 *Ardescunt*] Stupa et tæda. *Lamb*.

899 *Tædæque tenentes*] 'Tædæ habent tenentes' sic dictum, ut illud sup. l. 1068. 'Amplexi quod habent perverse prima viai.' ad quem locum lege, si tibi commodum est, quæ annotavi. *Lamb*. Imitatio Græci sermonis, ut antea notatum fuit, 'ha-

beat tenentes, pro tenent, ut *ἔχουσας*, i. e. *ἔχουσα, λέξας ἔχου*, pro *ἔλασα*, sæpe apud Tragicos et Aristophanem. *Faber*.

900 *Nonne vides etiam*] Argumentum a simili, quo utitur et Aristot. lib. 1. Meteor. ut mox dicemus. *Lamb.*

Nocturna ad lumina lychnum] Omnes libri vulgati habent *nocturna ad lumina, linum*, præter Parisienseis: in quibus impressum est *lychnum*. quæ scriptura reperitur et in codice Memmiano: reperitur et in libris Basilensibus ad marginem adscripta. in Tettiano autem et Faërn. manuscr. *licnum*. ex qua scriptura legendum aliquando putavi *lignum*. Nam etiam lignum, paulo ante extinctum, si ad lumen nocturnum admoveatur, continuo denuo accenditur. Cum alias autem ob causas, *lignum* mihi magis placet, quam *linum*, tum propterea, quia etiam sup. lib. 2. ignem e ligno et tæda factum, seu ortum, conjuncte posuit, vs. 387. 'Noater hic e lignis ortus tædaque creatus.' de illa autem, quam dixi reperiri in libris Parisiensibus, quid dicam, nescio. Nam ut eam improbem, facit, quod *lychnus*, et nocturnum lumen, si quid inter se differunt, differunt ut species, et genus. Propemodum igitur simile est, ac si ita loqueretur: Nonne vides, ubi *lychnum* nuper extinctum ad *lychnum* admoveas, illum ante accendi, quam flammam tetigit? Rursum ut eam probem, facit Aristoteles, qui lib. 1. meteor. eo loco, ubi disputat de stellis cælnm percurrentibus, tali utitur similitudine: 'Απορῆσαι δ' ἐν τῆς, πότερον, ὅσων ἢ ἐπὶ τοῦς λόχους τιδεμένη ἀναθυμίασις, ἀπὸ τῆς αὐθου φλογὸς ἐπιτεῖ τὸν κἀταθεν λόχων, &c. i. e. 'Dubitare autem possit quispiam, utrum, quemadmodum exhalatio sicca *lychnis* subjecta, a superna flamma *lychnum* inferiorem accendit,' &c. has igitur scripturas consideret lector eruditus, et,

quam judicarit optimam, eam sequatur. *Lamb.* In vet. nostris ita (*lychnum*) rectissime. Vulg. fere, *linum*. Quidam, *lignum*; ex mala pronuntiatione creato mendo. Sententia est perspicua et popularis. *Gifan.*

904 *Imbuat ignis*] Tralatio est a succis et odoribus ad ignem. *Lamb.*

906 *Quod superest, agere incipiunt*] Nunc disserere incipit de lapidis ejus, quem et Magnetem, et Heraclium, et Sideritin appellant, natura. Magnetem autem appellatus est vel ab inventore, quod a Nicandro traditum est, ut auctor est Plinius; vel a Magnesia terra, in qua primum inventus est; quam sententiam sequitur noster Lucretius. Gerit hic lapis ferri impoliti similitudinem, et in metallis ferrariis plerumque invenitur: non tamen in omnibus, immo ne in multis quidem, sed in valde paucis. Cum sit autem hujus lapidis hæc natura, ut ferrum attrahat; multi philosophi rationem quæsierunt. Thales (ut scribit Aristot. lib. 1. de animo) eo putavit Magnetem anima quadam esse præditum, quod vim movendi et alliciendi ferri haberet. Plato in Timæo ait vim inesse in Magnete non attrahendi ferri, sed propellendi aëris: inesse et in ferro, sed imbecilliolem, ita, ne spatium inane relinquatur, ferrum, propulso a Magnete aëre, continuo in locum ab aëre vacuum succedere. quæ ratio congrueret cum ratione Lucretii, nisi de inani Plato et Epicurus inter se discrepant. Clemens Alexandrinus Magnetem vim ferri attrahendi habere putat propter cognationem quandam, quæ sit ei cum ferro. Nonnulli Magnetem ferrum attrahere dicunt, tanquam cibum. Sed hoc est præterea in Magnete mirabile, quod interdum quidem hanc ferri trahendi vim habet, noctu vero, aut imbecillam, aut potius nullam. *Lamb.* Vss. 182. præclara disputatio instituitur de Magnete. Hujus autem idem est, quod et reliquarum dispu-

tationum consilium, quod nemo olim observavit. Nam hic lapis Herculi attribuitur, et vim suam illius Numini acceptam referre creditur: jam fontes suos amisit Jupiter, et quid filio parcat Lucretius, qui patri non pepercit? Ut virtutem attractricem Magnetis rectius explicet Lucretius, quatuor capita præmittit, quæ tametsi alias comprobata fuerint, hic tamen inculcata vult ob insignem difficultatem. Unum caput est, effluere continuo corpuscula quædam ex omnibus sæpe, vs. 15. Alterum, nullum esse corpus adeo solidum, quod non inania spatia intercepta contineat, vs. 28. Tertium, emissa corpuscula non omnibus rebus eadem ratione congruere, vs. 20. Quartum, inania spatia non uniusmodi circumscriptionis in rebus omnibus esse, quæ nec eadem quibuslibet corpuscula accommodari, vs. 17. His ita præmissis dicere aggreditur causam seu modum quo Magnes ferrum attrahit, ferrumve ad Magnetem fertur. In autem in eo consistit, ut effluant ex Magnete corpuscula, ex quo fiat, ut aer circa Magnetem discutiat, atque idcirco multa inania spatia creentur. Et quis, cum ferrum collocatur intra discussi aeris aperturam, multum inania inter ipsam et Magnetem est interceptum, tunc evenit, ut in eam partem corpuscula ferri liberius prosiliant, (nam omnium corporum semina in vacuum spatium subito prorumpunt,) ac versus Magnetem proinde ferantur; non possunt vero ea contendere, quin pelliciant simul coherentia, (ferri autem semina sunt maxime implicita,) atque idcirco totam ferri massam: vs. 19. Interea vero, quia ferrum tendit indiscriminatim sursum, deorsum, transversum, et in quæmvis obliquitatem, prout ad Magnetem appositum fuerit, docet non posse id fieri, nisi ratione inducti vacui, in quod corpore, alioquin deorsum solum prela-

bestia, indiscriminatim ab ictibus aliorum corporum protrudantur, vs. 5. Creech.

907 *Ut ferrum ducere possit*] De quo præter alios consuli possunt Prosper Aquitan. de Promiss. et Prædict. Dei Parte 2. Prom. 28. ubi agit de quadriga ferrea Alexandriæ in Templo Serapidis suspensa et quasi in aere pendente. Tertull. adv. Heret. c. 44. qui lapidi huic Dei in materia operationem adsimilabat. Theodoret. Gr. Aff. Cur. Serm. 5. p. 60. qui cum eodem Divinarum Scripturarum vim comparat. Ferrum denique sursum attrahere monuit et Nazianz. in Præcept. ad Virg. vs. 779. Hav.

908 *Quam Magneta vocent, &c.*] Vid. Bochartis Geog. Sæ. pax. post. lib. 1. cap. 38. Creech.

910 *Quippe catenam ferro ex annulis, &c.*] Totus hic locus, non admodum obscurus, illustrabitur tamen verbis Platoni in Ione non longe a principio. Videtur enim Lucretius, cum hos versus scriberet, versus illa Platoni spectasse. sic autem ille: *ὅτι δὲ δύναμις ἢ σε κινεῖ, ὡς περ ἐν τῷ λίθῳ, ἢ ἐν ἑσπερίῳ μὴ μακρῶν ἀπέχοντι, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλέει. καὶ γὰρ αἶψα ἢ λίθος αὐτῶν ἀποσπᾷ τὰς δακτυλίους ἔχει τοὺς σφαιροῦς, ἀλλὰ καὶ δύναμις ἀντιθεῖσι τοῖς δακτυλίους, ὥστε δύνασθαι ταῖς τοῦτο ποιεῖν, ὥστε ἢ λίθος, ἢ ἄλλω ἔχει δακτυλίους. ὥστ' ἐπίσπε ἄρκετος μακρὰ πᾶν σφαιροῦ δακτυλίους ἐξ ἀλλήλων ἔρηται· καὶ δὲ ταύτας ἐξ ἀπέχοντες τῆς λίθου ἢ δύναμις ἀνίστηται.* i. e. 'Divina autem vis est quæ te movet, qualis est in eo lapide, quem Euripides quidem Magnetium nominavit, plerique autem Heracleum. hic enim lapis non solum ipsas annulos ferreos attrahit, verum etiam eam vim inserit annulis, per quam idem, quod lapis ipse, possint efficere, semper alios annulos ducere: ita, ut interdum longa admodum seriea, longaque catena annulorum ferreorum inter se apta et con-

nexa sit: his autem omnibus ex illo lapide vis ac potestas insita pendeat.' *Lamb.*

912 *Ordine demisso*] Sic legi debet, non *ordine demisso*. *Lamb.*

Levibus jactariis auris] Sæcutus sum libros manuscr. in his Tettianum, et Mammanum: quibuscum congruunt vulgati Florentini. ceteri habent *levibus jactariis hamis*, quam scripturam probare, an improbare debeam, nescio. *Lamb.* Quidam libri veteres, *hamis*; etiam recte. ut mox, *vinculaque vocat*. *Gifan.* Alii, *hamis*: isti vero frætra; neque enim ista voce hoc in loco uteretur Lucretius, qua ante vs. 1087. uti non debuit; neque hamis jactanter annuli, at levibus auris agitari quis nescit, qui vidit annulos suspensos? *Crash.*

915 *Nescit*] Sentit. *Faber.*

916 *Permanenter*] I. e. eo modo, ut permanet et perveniat ad multas res ferreas. *Lamb.*

917 *Hoc genus in rebus*] In rebus hujus generis. *Lamb.* *Προτεπέρευσα. Gifan.*

Firmandum est multa] I. e. multa firmanda sunt, vel multa firmare oportet, ut sup. 1. 112. 'Æternas quoniam pœnas in morte timesdam.' *Lamb.*

918 *Longis ambagibus*] Longis circumvolutionibus rerum ac verborum. *Virg. Georg. 2. 45.* 'non hic te carmine ficto, Atque per ambagea, et longa exorsa tenebo.' *Lamb.*

921 *Principio, omnibus a rebus, &c.*] Sic fere sup. 4. 217. 'Quare etiam atque etiam mitti hæc fætere necesse est Corpora, quæ feriant oculos, visumque lacessant,' &c. ibi enim duodecim versus, qui hic deinceps sequuntur, sine ulla fere varietate positi sunt. *Lamb.*

924 *Certis ab rebus odores*] Marullus, et Lambinus, *obortu*, contra omnes libros; male. Vide sup. 4. 219. *Gifan.* In tertia tamen edit. *Lambinus*, *odores*, restituit.

926 *Exesor marorum*] Sic legi debet: et ita scriptum reperitur in quattuor libris manuscr. et aliquot vulg. *marorum* autem positum pro murorum, æ, pro u: ut a pœna 'pœniri,' seu 'puniri;' a Pœnis, 'Punicus, a, um,' de quo sup. 4. 229. ubi hi verus jam ante positi sunt, ut dixi. *Lamb.* Ita (*marorem*) vet. libri. *Gifan.*

927 *Per auras*] Legendum *per aures*. *Lamb.*

Aures] In libris, *auras*. Sed vid. sup. 4. 222. *Gifan.*

930 *Cum tuimur misceri*] Hunc versum profert Priscianus lib. 8. *Lamb.*

935 *Cernere, &c.*] Vid. sup. 4. 230. *Gifan.*

936 *Nunc omnes repetam*] Nunc, inquit, denuo commemorabo, quam raro corpore sint præditæ res genitæ. nihil est enim omni ex parte solidum præter primordia rerum: et rebus omnibus genitis admistum est inane, ut docuit lib. 1. *Lamb.*

937 *Quod in primo quoque carmine*] Primo libro. ibi enim de inani disputavit. *Lamb.* et *Fab.*

Claret] Declaratur, ostenditur. *Lamb.*

941 *Nisi corpus mixtum inani*] Ita ex quibusdam vet. scripsi, poscente etiam eum ordinem sententia. In aliis, *mixtum corpus*. *Gifan.*

943 *Sudent humore*] Tralatio est a rebus animatis. Sic sup. translate dixit 5. 1128. 'sanguine sudent' sed inf. vs. 1145. proprie: 'Sudabant etiam fauces intrinsecus atro sanguine.' *Lamb.*

946 *Diditus in venas*] Si *Diditur* legamus, interpretandum erit dissipatur, dispergitur, ac distribuitur, a verbo *dido*, *is*, *dididi*, *diditum*. malim autem legi *Diditus*, ut sit hæc sententia: cibus in venas omneis diditus, anget alitque etiam extremas partes corporis. quanquam si *Diditur* legas, eadem fere sententia erit. cum hoc loco congruit ille 1. 351. 'Dissipat

in corpus sese cibis omne animantum.' *Lamb.*

Diditur] Forte legendum, *Diditus*. *Gif.* Sive *Diditus*, sive *Diditur* legas, perinde est. *Creech.* Neque ego pugnarem, nisi pro posteriori *Mss. codd.* starent. *Hav.*

950 *Quom pocula plena tenemus*] Sic sup. 1. 495. 'Permanat calor argentum, penetrabileque frigus, Quando utrumque, manu retinentes pocula, rite, Sensimus infuso lympharum rore superne.' *Lamb.*

951 *Per disseptas domorum*] I. e. per partes domorum disseptas: 'disseptas' autem, h. e. in diversis partibus septas. 1. 490. 'Transit enim fulmen cæli per septa domorum, Clamor ut, ac voces.' *Lamb.*

952 *Permanat odos, frigusque, vapoque*] Sic legendum, et ita legit Nonius Marcellus, neque aliter habent libri manuscr. *Lamb.* Ita in vet. nostris; et Nonius. *Gifan.*

Vapoque ignis] Et calor ignis. *Lamb.*

953 *Quin ferri quoque vim*] I. e. ferrum. *Lamb.*

Suevit, undique qua] Sic et distinguendum, et legendum. *suevit* autem nempe morbida vis. *Lamb.*

954 *Qua circum corii lorica coercet*] Cum olim hanc lectionem secutus essem, *Qua circum corpus lorica coercet*, hæc quæ sequuntur, his fere ipsis verbis ad hunc locum annotaram: Penetrare (inquam) *suevit* vis morbida ferrum ea parte, qua parte lorica corpus undique circum coercet: id est, morbus etiam loricatum tentat et corripit: neque lorica, quæ totum hominis corpus tegit et circumdat, arcere vim et causam morbi externam potest, quominus in corpus penetret. Secutus autem sum codices Florentinos. Nam ceteri vulgati partim habent *Qua circum colli lorica cohæret*: partim, *Qua circum colli lorica coercet*. manuscripti autem partim, *Qua circum corii lorica coercet*, ut

Tettianus: partim, *Qua circum colli lorica coercet*, ut Vaticanus; partim, *Qua circum cæli lorica coercet*, ut Memmianus: partim, *Qua circum corpus lorica coercet*, ut Færn. Neque vero mihi placet cujusdam amici mei, quamvis doctus, sententia, qui censet legendum, *Qua circum collo lorica cohæret*: vel: *Qua circum colli lorica coercet*. nam lorica non solet collum tegere, neque undique et 'omni ex parte' (i. e. enim, circum) collo cohærere, neque 'circum' (i. e. circuitum) colli coercere, seu ambire, sed pectus, ventrem, et latera operire. *M. Tull. Orat. pro Mur.* 'Descendi in campum cum fortissimo præsidio fortissimorum virorum, et cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret: etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput et collum solere petere,' &c. Hæc (inquam) olim annotaram. Nunc attentis antiquis scripturis, multumque ac diu consideratis, *colli, cæli, colli, corii*, neque tamen dijudicatis, eam tandem, quam mihi fors obtulit, sumsi, et in contextum Lucretii conjeci, non hanc cæteris anteponeus, sed rem totam in medio relinquens, et iudicio ingenioque lectoris permitteus. Omnino ulcus est in voce *colli*, aut *cæli*, &c. *circum* integra vox est: accusandi enim casus est a recto circus: ita ut hæc ex his verbis sententia elici possit, qua parte lorica circum et ambitum corii, quod lorice supponitur et subicitur, coercet, ea parte vis morbi penetrare potest, aut consuevit. licet etiam per 'corii circum' pellem, quæ totum hominis corpus ambit, intelligere. neque vero novum est, aut inusitatum, 'corium' poni pro pelle, quæ corpus hominis ambit. Nam vel *Plant.* unus hujus significationis locuples auctor esse potest. Quod autem nonnulli legant, *colli circum*, seu *colobi*; amplius delibendum censeo. *colobi* mihi placeret, si libri vet. adjuvarent. *Lamb.*

Qua circum cœli lorica fere veteres. In quibusdam vet. cœli. Quidam, corii. Vulg. colli. Mihi aqua hæret. Lambinus, corpus. Gifan. Quanto ego hos versus attentius considero, tanto illos magis inquinatos iudico, et fere deperditos. Quid enim dicam aliud? Videlicet eorum sententia esse nulla alia potest, quam hæc: 'Quinetiam morbida vis vulgo penetrat ferrum; et tempestates cœlo terrave coortæ, in cœlum et terram faciunt repente.' Orationem vero mire *περὶ τοῦ* scilicet! Turnebus quidem secundum versum ita exponit, ut per 'loricam cœli,' ambitum cœli, cœli tegmen, et cœli amictum, ut alibi locutus est Lucretius, interpretetur; quam expositionem Sahnasius, immemor scilicet, quasi suam attulit. Itaque ex sententia virorum doctissimorum, 'qua circum cœli lorica coërcet,' nil aliud significabit, quam ubique, seu per universum mundum; de qua interpretatione aliorum iudicium erit. Ipse autem conjecturam meam aperiam, quæ ab ingenio quidem est, sed et vestigiis librorum Florentinorum nititur. *quin ferri quoque vim penetrare suævit, Undique quam circum corii lorica coërcet, Morbida vis, quæcumque extrinsecus insinuat; (Nam tempestatem cœlo terrave coortam Vel ferri natura timet, circumque fatiscit.)* Sensus erit, vi tempestatis ferrum ipsum discuti et diffringi, non itaque debere tantopere mirum videri, si per poros et meatus lorice corio munitæ morbida vis, seu pestilens, acrior et noxius aër quandoque insinuetur. Librorum autem Florentinorum lectio, enjus ductu hæc scribo, talis est: *Nam tempestatem terra cœloque coortam In cœlum terrasque timet, circumque fatiscit.* In conjectura nostra, *vel ferri natura, &c.* est, vel ferrum ipsum; neque aliter Lucretius. Cetera in notis; seu quæ ad variantes lectiones, seu quæ ad interpretationem,

pertinebant. *Fab.* Ita aliquando Lambinus, viz. Penetrare snevit vis morbida ferrum ea parte, qua parte lorica corpus undique circum coërcet: i. e. morbus etiam lorice tentat, et corripit; neque lorica, quæ totum hominis corpus tegit et circumdat, arcere vim et causam morbi externam potest, quo minus in corpus penetret. In iterata editione legit, *qua circum Corii lorica, i. e. qua parte circum et ambitum corii, quod Lorice supponitur, et subjicitur, coërcet.* Gifanus, *Colli circum:* coli autem circus, sive circulus, est pectus, venter, et latera; vel potius *colobi circum:* nam 'colobium' ambiebat pectus, cui 'colobio' inducebatur insuper lorica. Salmasius Epist. 52. ita constituit: *Permanet odos, frigusque, vaporesque Ignis, qui ferri quoque vim penetrare suævit. Denique, qua circum cœli lorica coërcet, Morbida vis quæcumque extrinsecus insinuat.* Postremo inquit, quæcumque, qua circum cœli lorica coërcet, id est sub cœli tegmine, vel, ut alibi, qua nos cœli ambit amictus, morbida vis corporibus insinuat. Faber tandem, *Quin ferri quoque vim penetrare suævit, Undique, quam circum corii lorica coërcet, Morbida vis quæcumque extrinsecus insinuat. Nam tempestatem cœlo, terrave coortam Vel ferri natura timet, circumque fatiscit.* Sensus erit, vi tempestatis ferrum ipsum discuti et diffringi, non itaque debere tantopere mirum videri si per poros et meatus lorice corio munitæ Morbida vis, sive pestilens et noxius aër quandoque insinuetur. Nihil placet, at quid addam vix habeo: quid enim de 'loricato' Lucretius, quis enim unquam crediderit vim morbidam militia loricati lorice penetrare? Quid insuper de cœli ambitu? Næque, imo Nihil. Igitur pro *morbida vis* in vs. 955. legatur *fervida vis*, et tum plana erunt omnia et perspicua; sæpe enim loricati milites, dum urbem expug-

nant, pice, sulphure, seu aqua fervente aspersi vim fervidam loricae suas penetrantem senserunt. Hæc optime conveniunt præcedentibus, et sequentes verus mihi videor recte explicare. *Creech.* Adde Fl. Josephum de Bello Jud. 3. 7. 28. ubi agit de defensione Jotapataua. 'Morbidam' vero videtur vocasse vim fervoris pice vel oleo ferventi illatam, quod omni morbo sit intolerabilior. *Hav.*

955 *Morbida vis, quæcumque extrinsecus*] Cum a duob. lib. manuscr. abesse animadvertissem vocem, simul, atque in eis ita scriptam reperissem, *Morbida vis quæcumque extrinsecus*; orta mihi continuo suspicio est, eam particulam esse inculcatam ad versum mutilatum supplendum, cum a Lucretio scriptum esset, *Morbida vis, quæcumque extrinsecus*. Idem autem addidit, *Quæcumque extrinsecus inuenitur*, ut quæ ex cælo corrupto nascitur: quia interdum morbi oriuntur intrinsecus, ut ex vitioso corporis habitu, aut immoderatis animi affectibus. *Vulg.* autem lectio, *Morbida visque simul cum intrinsecus*, &c. inepta et inconcinna est. *Lamb.*

Vis, quæcumque extrinsecus] Ita in libris nostris. *Vulg.* et in quibusdam vet. *visque simul cum*. *Lambinus* fecit *quæcumque*; etiam recte. *Gifan.* Sic ille, in utraque editione. Aliud quidpiam in contextum videtur voluisse referre, quod tamen divinare non possum. *Preig.*

957 *In cælum terrasque remotæ jura faciunt*] Ita fere omnes libri, manu formisque descripti. *Lambinus* hæc mutavit; non recte. *Gifan.*

Ex cælo emota, terrasque repente faciunt] Sic hunc versum restitui, cum in codic. *Tettiano* ita scriptum reperissem, *In cælo, terrasque remotæ faciunt*. facile enim suspicatus sum primum a librario factum esse ex *emota, remotæ*, deinde propter vocum similitudinem, omissam esse vocem

repente; atque ita ordinem et casum vocabulorum esse immutatum: postremo additam vocem *jura* ad versum perficiendum. Nam libri vulg. sic habent, *Nam tempestates terra, cæloque coorta, In cælum, terrasque remotæ jura faciunt*: præter *Florentinos*, in quibus impressum est, *Nam tempestatem terra, cæloque coortam, In cælum, terrasque timet, circumque faliscit*. 'emovere' autem, est extra movere, et ejiicare, atque expellere. *Virg.* 6. 222. 'His diotis cum emote.' *Horat.* Od. 4. 16. 11. 'emovitque culpas, Et veteres revocavit artis.' *Zoilus* hanc emendationem non probavit. At probatur tribus viris totius nostræ Galliæ doctissimis et optimis, et utroque nomine *Zoili* dissimillimis. *Lamb.*

Faciunt] *Discedunt*. *M. Tull.* 1. de Legibus, 'Paulliper faciunt, rogamus,' idem in *Hortens.* 'Faciunt igitur omnes, qui docere nihil possunt, quo melius sapientiusque vivamus.' *Plautus Rud.* 4. 4. 18. 'Siquidem sis pudicus, hinc faciunt.' *Lamb.* *Discedunt, Lambinus.* *Mallem, Penetrant, et pervadunt omnia.* *Creech.*

958 *Quandoquidem nil est, non raro corpore*] Hæc ratio valet ad ea omnia quæ proxime dixit, nihil esse factum aut genitum, quod non sit raro corpore connexam. quod docuit 1. 230. 'Nec tamen antiqua corpora stipata tenentur Omnia natura: namque est in rebus inana.' et 369. 'Est igitur nimirum id, quod ratione sagaci Quærimus, admixtum rebus, quod inana vocamus.' *Lamb.*

959 *Huc accedit, uti non*] Adde (inquirit) quod non æque omnia corpora, quæ ex rebus omnibus fluunt, rebus omnibus apta sunt, neque res omnes peræque in res omnis vim suam expronuat atque explicant.

962 *Et facit are*] *Ἄνωρονος, facit are*, pro arefacit. *Lamb.* Ita fere *Tibullus*, *Eleg.* 1. 1. 18. 'ponitur

ante, pro, anteponitur. *Gif.* I. e. arefacit. exempla ad 1. lib. congesta sunt. *Fab.*

963 *Et alio extractas]* I. e. et exaggeratas, et ita confertas, densas, ut sæpe alibi. *Lamb.*

964 *Ningueis]* Niveis, supr. ead. lib. 736. 'albas descendere ningueis Tabificis subigit radiis.' *Lamb.*

Tabificas] Liquefacere, *rhæobus*, Sic pap. radios solis 'tabificas' dixit, quia niveis liquefaciant. *Lamb.*

965 *Denique cera]* Hac tota de re loquitur Aristot. lib. 4. Meteor. *Lamb.*

Liquescit] Quidam libri manuscr. habent *liquefit*. *Lamb.* Vet. quidam, *liquefit*. Ita et inf. vs. 1003. variationem. *Gifan.*

In ejus] Alii, *In ignis*. Creech.

In ejus post] Quidam libri habent, *in ignis postea vapora*. *Lamb.*

967 *Conducit in unum]* *Ἐνδρυς εἰς ἓν*. sic sup. l. 998. 'et partem conducere in unum.' *Lamb.*

968 *Ferrum condurat ad igni]* Ferrum candens et igni calefactum aqua condurat. Ita fit *σύνκρυσμα*, i. e. acies (inquit Aristot. meteor. 4. 6.) subsidit enim, et expurgatur fæx, et scoria, Quo sæpius autem ferrum igni mollium, in aquam frigidam conjicitur, et refrigeratur, eo fit purius, ac solidius; atque ex tali ferro fit acies. *Lamb.*

970 *Barbigeras oleaster eo juvat]* Capræ enim delectantur frondibus amaræ, ut salicibus. Virg. Ecl. 1. 79. 'Florentem cythium, et salices carpælis amaras.' Oleastri autem frondes amaræ sunt. idem Virgilius Georg. 3. 314. 'Infelix superat foliis oleaster amaris.' cum hoc loco conferre proderit eum qui est 4. 644. 'Præterea nobis veratrum eat acre venenum: At capria adipes, et caturpicibus auget.' *Lamb.*

971 *Diffuat]* Sic legendum, non *effuat*. *Lamb.*

972 *At nihil est homini, quod amarum, us fronde hac exatet]* Ita ex vet. nos-

tris scripsi. Vulg. homini, quod amarum frondeat æque. *Gif.*

At nihil est homini fronde hac quod amarum exatet] Secutus sum scripturæ veteris, quamvis corruptæ, vestigia: sic enim habent lib. manuscr. nonnulli, *At nihil est homini quod majus frondeat exatet*: alii sic, *Quo nihil est homini quod amarum frondeat exatet*: Memmianus sic, *At nihil est homini quod mari frondeat, ac exatet*, Vulgati autem aliquot hoc modo, *Qua nihil est homini quod amarum frondeat æque*. Parisiens. et Veneti antiq. et Lugdunens. sic habent plane ut nos excudendum curavimus, quidam hunc versum ponunt esse Lucretianum. Zoilus pro hoc versum illum substituit plane se dignum: ita ut liceat mihi hoc loco vetus illud verbum usurpare, simileis habent labra lactucas: verumtamen illum substituit, *At nihil est homini, quod amarum fronde hac exatet*. Et, O Lucreti, sub terram abdite, non refers gratiam homini tam bene de te merito, qui talis versus tibi largitur? *Lamb.*

973 *Amaracium]* Unguentum ex amaraco. *Lamb.*

Et timet omne unguentum] Itaque sic dici solet, sui gratius esse et suavis olere cœnum, quam unguentum. *Lamb.*

974 *Nam, setigeris]* Sic 5. 969. 'Setigerisque pares subibus.' et Virg. 7. 17. 'Setigerique sue, atque in præsepibus ursi.' *Lamb.*

975 *Tamquam recreare]* *Ελατ*, quasi reficere. *Lamb.*

976 *At contra canum]* Hunc versum, cum ejus qui deinceps sequitur principio, profert Nonius, in nomine 'spurcitia.' *Lamb.*

977 *Eadem subus hæc jucunda videtur]* Ita in libris nostris; et Marullus. Vulg. quibus hæc munda. Lambinus, *subus hæc res munda*; contra vet. libros, *Gifan.*

Eadem subus hæc res munda videtur] Magna est etiam hoc loco librorum

manusc. varietas ac dissensio. alii enim sic habent, *Eadem subus hæc munda videtur.* cui scripturæ deest syllaba ad versus perfectionem. sic, *Eadem subus hæc immunda videtur.* ex qua facta est hæc vulgata, quæ reperitur in libris Parisiensib. et Florent. *Eadem subus jucunda videtur.* nam alii vulgati habent, *Eadem subus hæc munda videtur.* ego vel sic ut excudendum curavi, a Lucretio scriptum esse arbitror: vel sic, *Eadem subus res hæc munda videtur:* vel sic, *Eadem subus res munda videtur.* Scripturam vero, quam reponit Zoillus, *Eadem subus hæc jucunda videtur,* appingat ipse suis chartis. Nam quid sibi vult 'hæc jucunda,' monstrum hominis? quo pertinet pronomen 'hæc?' ad 'cœnum' ne? an ad 'spurcicies?' si ad 'cœnum,' convenit: si ad 'spurcicies,' absurdum. Postremo, quid sibi vult hic sermo, 'jucunda videtur?' Nam diceret potius *jucunda est.* Quod autem ad hujus loci sententiam attinet, 'Suum generi (inquit Plin. 8. 51.) in luto volutatio grata. Animalium (inquit idem ille) hoc maxime brutum.' Itaque 'animam ei pro sale datam' non illepide existimabant. quod et M. Tull. retulit lib. 5. de finibus, et Varro lib. 2. de re rust. Idem Plin. 'In luto suum requies est, ut in lavacro hominum.' eodem pertinet illud Horat. epist. 1. 2. 26. 'Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.' *Lamb.* Alii, *Hæc jucunda,* viz. Spurcicies, quæ lectio, quicquid sentit Lambinus, ferri potest. *Creech.* Vel scribendum censeo *eadem subus hæc munda videtur,* ut subintelligatur *ita, tam,* vel *sic;* vel reponendum *eadem subus hæc sic munda, &c.* nam in altero Lugd. Bat. legitur, tantum *subus munda,* in altero *subus hæc jucunda,* quibus posterioribus illud *sic* includi videtur. Lambini certe *res* nullam Mss. habet auctoritatem. *Hav.*

978 *Volantur*] Ex quo 'voluta-

brum.' Virg. Georg. 3. 411. 'Sæpe volutabris pulcos silvestribus apros Latratu turbabis agens.' Itaque *aves* appellantur a Latinis 'volutares,' a Græcis *χουαεινίδες.* *Lamb.*

979 *Hoc etiam superest*] Aliud postremo præponit, antequam de magnetis natura disputet, et prius quam, quamobrem ferrum attrahit, rationem afferat, nempe de variis variarum rerum viis ac foraminibus: quorum foraminum varietas et dissimilitudo oritur ex primorum corporum dissimilitudine, ut docet 4. 634. 'Nunc aliis aliis cur sit cibus, ut videamus, Expediam,' &c. cui loco adijunge et ea quæ disputantur 2. 381. 'Perfacile est jam animi ratione exsolvere nobis, Quare fulmineus multo penetratior ignis,' &c. *Lamb.*

984 *Quippe etenim variis sensus, &c.*] Cum hoc loco confer eum qui est 2. 682. 'Hæc igitur variis debent constare figuris. Nidor enim penetrat, qua succus non it in artus: Succus item seorsum, et rerum sapor insinatur Sensibus, ut noscas primis differre figuris,' &c. et eam qui est 4. 677. 'Nunc age, quo pacto nareis adjectus odoris Tangat, agam,' &c. *Lamb.*

986 *Nam penetrare alia sonitus*] Sic 2. 388. 'Præterealumen per cornu (scæ cornum) transit: at imber Respuitur. quare?' &c. et 4. 590. 'Quod sperest, non est mirandum, qua ratione,' &c. totumque adeo locum legito, ubi de vocis, succorum, et odoris ratione disserit. Legendum autem ut edidi, *Alia sonitus, aliaque saporis, Cernimus e succ. alia nidoris odores:* non, ut vulgo, *alio son.* &c. Hoc enim significat Lucr. quod et lib. 4. docuit, per alias vias odores, per alias saporis, per alias sonitus meare et penetrare. At adverbium 'alia' hæc valet: alio vero, in alium locum. Argumento est præterea id quod sequitur, 'Nam fluere hæc species,' &c. Nam 'hæc,' i. e. per hæc viam. *Lamb.* Sive omni

judicio Gifan. in utraque editione scripsit *alio, alioque*; cum agatur de meando, penetrando, subeundo; unde mox legas, 'per saxa,' 'per ligna,' 'per auram,' et 'meare vitro,' i. e. per vitrum. *Faber.*

992 *Nam fluere hac species*] Nam per vitrum simulacra transeunt, per aurum et argentum calor. quanquam ne Lucretius quidem negaverit, etiam per vitrum calorem permanere. *Lamb.*

996 *Quapropter bone ubi hæc*] Ita quidam vet. *Gifan.*

997 *Præposita*] Præposita, et (ut vulgus loquitur) præmissa. *Lamb.*

1000 *Principio fluere*] Nunc orditur rationem reddere, quamobrem magnes ferrum attrahat. *Lamb.* Vide Physiologiam p. 366. et 370. unde aliquid a Lucretio in hac disputatione omissum esse discas, aut ex illius carmine excidisse. *Faber.* Dnobis modis vim Magneticam exposuit Epicurus; mirum vero alterum prætermisisse Lucretium, nisi forte ille excidit e textu, ac potissimum cum versus sequatur, quibus non male cohæret; cumque ea, quæ Lucretius magno apparatu præmittit, videantur esse illi, quam superstiti accommodatiora. Si plura requiras, vid. Gassendi Tom. 2. pag. 125. ubi multa invenies quæ Epicuri doctrinam illustrant. *Creech.*

1001 *Discutit aëra plagis*] Quidam libri vulg. *destinat.* *Gifan.*

1002 *Inter qui lapidem, &c.*] Ordo: Quicumque inter lapidem et ferrum locatus est. *Lamb.*

1003 *Vacuefit*] I. e. vacuus sit. sic autem habent omnes lib. vulgati, quos quidem viderim, et manuscripti, præter Vaticanum, in quo scriptum est *vacensit.* *Lamb.* Quidam vet. codex, et vulg. *vacensit.* Vid. et sup. vs. 965. At vero *vacuefit* et hic et inferius vs. 1015. esse scribendum pluribus exemplis docuit Carrion Ant. Lect. 1. 18. *Hav.*

1005 *In vacuum prolapsa, &c.*] Secu-

tus sum codices aliquot manuscr. et vulg. ordo autem et sententia verborum hæc est. extemplo primordia inter se conjuncta, in locum vacuum prolapsa cadunt: et fit, ut et ipse annulus sequatur, et eat totus. alii libri habent, *In vas prolapsa cadant conjuncta, fit, utque, &c.* plane mendose. Licet etiam sic fortasse legere, ut habent alii libri, *In vacuum prolapsa cadant conjuncta fit, utque, &c.* ut sit hic ordo: fit extemplo, ut primordia ferri conjuncta, prolapsa cadant in vacuum, et ut, &c. *Lamb.*

Cadant] Ita ex quibusdam libris, et cum Marullo præmissa. In aliis libris, *cadunt*; etiam bene. *Gifan.*

1007 *Nec res ulla*] Hunc locum sic explico: Nec ulla res est, enjus partes ita sint inter se colligatæ atque connexæ, ut sunt primordia ferri. Cum igitur omnibus ex rebus minutissima corpora fluant, ut antea demonstratum est; non est mirum, si, posteaquam semel ex annulo ferreo plura ferri corpora prima per spatium illud, quod est inter magnetem et anulum interjectum, a magnetis seminibus exinanitum, ad magnetem affluere cœperunt, totus continuo annulus, totoque corpore subsequatur. Sed videtur legendum, *Nam res nulla magis, &c.* *Lamb.*

1008 *Indopedita*] Impedita, implicata. *Lamb.*

1009 *Quam validi ferri*] I. e. quam ferrum. *Lamb.*

1013 *Quod facit*] Nempe sequitur sua corpuscula, ex se exeuntia in vacuum, &c. *Lamb.*

1014 *Compagibus*] Vinculis, seu commissuris, seu juncturis. Virg. *Æn.* 1. 297. 'diræ ferro et compagibus arctis Claudentur belli portæ.' *Lamb.*

1015 *Hoc fit item*] Duo libri manuscr. habent, *Hoc fit idem.* quam lectionem æque probo. *Lamb.* Veteres quidam; *idem,* et *vacensit.* *Gif.* Quinque versus qui sequuntur ad explicationem modo propositam, quam-

vis id sentiat Gassendus, pertinere non existimo: ibi enim per semina e ferro in locum vacuum ab effluvijs Magnetis factum exsilia tota res agitur: in his autem versibus corpora ictibus in vacuum protruduntur: ideoque cum sequentibus rectius conjungi possunt. Creech.

1016 *Sive superne]* Sive ex loco superno magnes locum vacuum reddat: aëre plagis discusso. Lamb.

1017 *Corpora continuo]* Statim prima ferri corpora feruntur in locum vacuum, et ita sursum feruntur: quod fit præter corporum naturam, cum sit eorum proprium deorsum moveri. Lamb.

Vicina] Vicina ferri corpora dixit fortasse, ut ferrum magneti vicinam intelligamus. Lamb.

1018 *Nec ipsa Sponte sua sursum, &c.]* Nam contra sponte sua corpora omnia deorsum feruntur. Lamb.

1020 *Huc accedit item, &c.]* Concedit motum ferri adjuvari ab aëre, ob continuam quandam istius motionem agitationemque: et primum quidem vs. 12. ab aëre exteriori, qui cum semper urgeat et urgeat vehementius qua ex parte copiosior est, non possit non impellere ferrum in quam partem est parcius sen inanius, utpote versus ipsum Magnetem. Deinde vs. 8. etiam ab interiore, qui pari ratione, cum semper agitet, commoveat, compellat, non possit non indere motum in quam partem spatium est inanius redditum. Creech.

1021 *Hæc quoque res]* Hic versus mihi suspectus est; abest enim longe ab elegantia Lucretiana. quid est enim hoc, 'juvatur adjuvamento?' Adde quod eo detracto nihil de sententia decedet. Lamb.

1022 *Quod simul a fronte]* Sic habet cod. Vatic. quocum congruunt vulgati, Veneti antiq. et Parisiens. quæ lectio perspicue recta est. 'simul' autem, i. e. simul atque, vel simul ut. Lamb. Sic et vet. nostri. Vulg. ac

fronte. Gif.

1026 *Semper enim circum positas]* Sup. 4. 930. 'Principio externa corpus de parte necessum est, Aëriis quoniam vicinum tangitur autis, Tandier, atque ejus crebro pulsariet ictu.' Lamb.

1028 *Et capit in se]* Et spatium vacuum, seu locus ille a magnete vacuatus, capit, i. e. recipit, in se ferrum. Lamb.

1029 *Hic ubi quem memoro, &c.]* Ordo verborum, et sententia est: Ubi hic aër, quem tibi commemoro, insinuat est per crebra foramina ferri in pronas et jam inclinatas ejus partibus, vel (ut habent alii libri, in his Memmianus) in parvas ejus partes, vel (ut alii) in primas, i. e. in ejus primordia; tradit et impellit ferrum, tanquam ventus navim et vela: vel, ut quibusdam videtur legendam, Quasi ventus, velaque navim, subintell. impellunt. Lamb. Revocavi ex Mss. veram lectionem; elegantia enim causa tibi hic ponitur, ut 2. 1036. 'Quam tibi jam nemo fessus satiate videndi.' et 4. 3. 'Nunc agere incipiam tibi, quod v. a. h. r.' Qui hæc et similia non attenderant, auctorem nobis corruerunt. Hæc.

1030 *Primas ad partes]* Pronas habent omnes, quos quidem viderim, vulgati cod. nonnulli manuscr. parvas, plane mendose: Memmian. autem, parvas: alii, primas: ex quibus quidam faciunt parvas. Lamb.

Privas ad partis] Ita scripsi, cum in libris esset, prevas, pravas, parvas. Marullus, pronas, et ita vulg. Vid. sup. vs. 26. et 793. Gifan.

1031 *Quasi navim, velaque]* Usus est eodem simili sup. lib. 4. ubi querit, qui passus proferre possimus, vs. 895. 'Corpus uti, ut navis, velis ventoque feratur.' ex quo loco, si quis enim attente consideret, videtur hic legendam, Quasi ventus velaque navim. Lamb.

1036 *Sollicito motu]* Sic et sup. lib.

1. 344. motum *solicitem* appellavit, 'Non tam *solicito* motu privata carerent,' &c. vel, ut legebat Adr. Turneb. *prognata carerent*. a quo tamen dissentio. *Lamb.*

1037 *Verberat*] *Verberat*, quia semper movetur, ut dixit, ab aëre scilicet circumposito jactatas. *Lamb.*

1038 *Atque eodem*] I. e. et in eundem locum. in voce 'eodem' e et o pro una syllaba habentur. Quidam tamen legunt *atque illo fertur*. *Lamb.*

1039 *Et quamquam in partem, &c.*] I. e. et in quamcumque partem conatum enudi sumit. Sic autem restitui tam lectionis varietate commotus, tmn vulgata lectione offensus. Nam alii habent *vacuam in partem*, alii *partem in vacuum*, alii *parte in vacue*, alii *parte in caone*, plane mendose. *Lamb.*

Et partem in vacuum conamina sumpsi] Ita omnes fere libri, manu formisque descripti. Quidam, *cucue, vacue*. Forte, *quamque in partem*. *Lambinus, quamquam in partem*. *Gifan.*

1040 *Fit quoque ut a lapide*] Fit etiam (inquit) ut ferrum ab hoc lapide refugiat, consuetum modo sequi, modo fugere: sequi quidem, nulla re inter lapidem et ferrum interposita: *fugere* autem, aëre interposito. *Lamb.* Adnotat Gassendus, videri Lucretio perspectum fuisse id experimentum, quo Magnes ferrum interdum manifeste repellit, videturve repellere: scilicet, deprehensum est esse in Magnete duas quasdam oppositas partes (polos jam vulgo dicimus, alteram boream, alteram austrinam) quarum uni si admoveatur unum ferreae acus extremum, trahatur ab illa, et si idem extremum postea admoveatur alteri, ab illa refugiat, repellique appareat; cum et aliunde oppositum ab ista trahatur, ab illa refugiat. At nimis sibi indulget vir ille maganus, nihil enim in his versibus proponitur de fuga ferri, quod persequentia exempla non satis declara-

tur. Saepe autem vidit Lucretius minutos annulos, et ramenta ferri in vase aëneo posita subsultare, cum Magnes vas istud aëneum subito contingeret; et persuasus causam esse in corpore aëris interposito, (cum interposito tamen vitreo, ligneo, lapideo, quovis alio, hand secus contingat,) ita causam exinde reddit, quod eniatis quoque ex aëre in frustula et ramenta ferri corpusculis, spatiola ferri illis sic compleantur, ut accidentia deinceps corpuscula Magnetica per aëres trajecta ubi ea occupata comperiant, subagitant, et quo possunt nisi propellant. vs. 14. *Creech.*

1041 *Interdum, fugere, atque, &c.*] Quæ consuevit modo fugere, modo sequi: 'consueti' participium iunctum cum infinitivo. De quo lege quæ annotavimus ibi, 'At consueti domi catulorum,' &c. 4. 995. *Lamb.*

1042 *Samothracia ferrea*] Ferreos annulos, a Samothracia, ubi primum fieri cepti sunt, dictos: qui erant pervii, et cassi, eoque gerebantur, quod aliquid haberent *ἀλεξίφθορον καὶ ἀλεξίκακον*. quasi amuleta quædam, et proëbra, seu (ut alii appellant) proëbra. *Lamb.* Annuli ferrei, pervii, et cassi: olim flamen dialis gestabat; 'Annulo nisi pervio cassoque ne vitior.' Denum Servi; 'At Plinii ætate 'Servitia jam ferrum auro cingunt, alia per sese mero auro decorant, cuius licentiæ origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat.' *Plin. Nat. Hist. 33. 1. Creech.* Aliquando *τὰ 'Samothracia'* pro mysteriis Deorum Samothracum, sen Cabirorum sumuntur, ut apud Tertullianum e. 8. *Apol.* sed hoc loco annulos ferreos *ἀλεξίτροπλους*, qui ex Samothracia afferebantur, ea vox significat. Tales fuisse illos Eudami annulos arbitror, de quibus comicorum princeps in *Pluto. Faber.* Omnino de annulis intelligendum est. *Plinii* et aliorum loca qui desideret, adeat *Turneb. Adv. 20. 20. Hav.*

1044 *In scaphiis*] In vasis amplis. *Lamb.* Vasis, a forma scaphæ: forte de scaphiis horologicis in quibus styli ferrei extremas horarum auctus notabat. De iis Martianus Capella. Cur autem hoc exemplo potius uti maluerit Lucretius quam alio, nil necesse habeo respondere, quia nec interrogare necesse fuit. Hoc enim factum est *ἐκ τοῦ ἐρεθίζεσθαι*, ut loquuntur magistri, i. e. cum temere, et nullo delecto, quolibet exemplo utimur. At Gifanius (nasum comprime, lector, *ὅ γὰρ λιβαριὸν βέλεσι*) hunc locum de 'sella familiarica,' sic enim vocat Varro, accipit. 'Vas est,' inquit, 'ex ære, ad retrimenta alvi, molliore fere, ut lasanum virile. Qui pro matula accipiunt, verbo abutuntur.' Fœtidam vero explicationem, Mephitim alteram! Hanc itaque a naso molestiam amoliamur. Vide omnino super ea re notas in Vitruvium. *Faber.*

1045 *Videtur*] Ferrum. *Lamb.* Mutavi hic distinctionem; male enim (ut opinor) ita interpungebatur, *Usque adeo fugera a saxo gestire videtur; Ære interposito discordia tanta creatur.* *Hav.*

1046 *Discordia tanta creatur*] Inter ferrum et magnetem. *Lamb.*

1048 *Præcepit*] *Percepit* habent libri omnes vulg. 'Percepit' autem interpretor occupavit, invasit, nempe vias apertas, i. e. praeoccupavit. neque ideo minus probanda est, quod antecedit adverbium 'prius.' sæpe enim hoc pleonasmo utuntur scriptores. *Lamb.* Ita fere omnes vet. *Vulg. fere, Percepit.* Gifan.

1049 *Plena*] Ab æris æstu occupa-

ta. *Lamb.*

1050 *Neque habet qua*] Neque habet viam, qua transeat. *tranet, tralatio est.* *Lamb.*

1051 *Offensare*] Crebro offendere, crebris offensionibus laborare. *Lamb.*

Pulsareque fluctu] I. e. et suo motu, suaque agitatione, seu suo æstu, verberare. *tralatio est.* Sed videtur nonnullis legendum *fictu*, non *fluctu*. 'fictus' autem a verbo figo, quo et ante usus est 2. 85. 'Obvia cum flexere, fit ut diversa repente,' &c. Virg. 9. 667. 'cavaque Dant sonitum fictu galeæ.' *Lamb.*

1052 *Ferrea sexta*] I. e. ferreus textus, et ferrum ipsum arctissime contextum. Idem 5. 95. 'Propter dissimilem naturam, textaque rerum.' Virg. *Æn.* 8. 625. 'et clypei non enarrabile textum.' Catull. Epithalam. Pelei et Thet. 'Pinea conjungens inflexæ texta carinæ.' *Lamb.*

Quo pacto] I. e. qua ratione magnes respuit a se *ferrea texta*, seu ferrum: vel, quo fit, ut magnes ferrum a se rejiciat ac repellat. *Lamb.*

Respuit] Rejicit. *Tralatio est.* *Lamb.* 1053 *Atque per æs agitat*] I. e. per vas æreum texta ferrea agitat. *Lamb.*

Sine eo qua sæpe resorbet] Quæ texta ferri magnes sæpe resorbet sine eo ære: i. e. quando id æs non interponitur. 'resorbet,' *tralatio est*, quæ respondet illi superiori, 'respuit.' *Lamb.*

1054 *Mitte*] Omitte. *Lamb.*

1055 *Alias item res*] Alias quam ferrum. *Lamb.*

1056 *Quod genus*] Cujus generis. *Lamb.*

1057 *Ut æstus*] Magnetis. *Lamb.*

1058 *Pervolet intactus*] Per eas res, quæ sunt raro corpore, intactus est. *tralatio est.* *Lamb.*

1062 *Magnesiis flumina saxi*] Sic ex vet. libris scripsi. *Flumina* dicit, quod modo 'æstum,' et 'fluctum.' In quibusdam vet. *semina.* Vid. sup. 4. 1030. Hoc Lambinius. *Vulg.*

Magnesia flumine saxa; etiam non male. Quidam libri *flumine*. Gifan.

Impollant ut eam, &c.] Mire etiam hic locus depravatus est in omnibus libris. Nam manuscripti quidem habent partim, *Magnesia flumine saxa*: partim, *Magnesia flumina saxa*: partim, *Magnetis semina faxit*. vulgati partim cum aliquibus ex manuscriptis consentiunt, partim habent *Magnesia flumine saxa*. ego probabilem scripturam reposui. licet et legere, *Magnetis flumina saxi*. ut 'flumina' intelligamus primordia a magnete fluentia. Zoilus hanc secutus est, neque addidit, eam mihi quoque valde probari. Sed quid mea? mihi displicere incipio, cum aliquid meum isti placet. *Lamb.* Si *flumina*, quod in probat. *Mss.* invenitur, eligas, præsto Lucretii locus est 4. 1030. 'Fluminis ingentes fluctus vestemque cruentent.' ubi pariter flumen de seminis profluentis vi usurpatur. *Hav.*

1063 *Nec tamen hæc*] Quæ de magnetis et ferri conjunctione et quasi cognatione diximus. *Lamb.*

Aliarum rerum aliena] 'Aliena' junxit cum generandi casu, ut sup. 3. 832. 'Aut quia non veniunt omnino aliena salutis.' et sup. hoc eod. lib. vs. 68. 'alienaque pacis eorum.' *Lamb.* Hactenus de ferri motu ad Magnetem, aut ejusdem a Magnete fuga; quod ad ipsam adhesionem attinet, par est quoque inter alias res consensus, quippe quæ una tantum certa que re copulari, et connecti possunt. Si vero ipsam modum adhesionis requiras, in extremis partibus Magnetis hamos, in extremis partibus ferri Annulos concipe, et nihil amplius inquires, vs. 25. *Creock.*

1065 *Singulariter*] Ita ex vet. libris scribo; ut et sup. 4. 263. et inf. hoc lib. vs. 1086. *Gifan.*

Singulariter] Singulariter, unice, eximie. *Lamb.* Pro singulariter. Ita Lucilius dixit 'monstrificabile,' pro monstrificabile. 'Nunc his nobilitas

mirum est ac monstrificabile.' Apud Nonium, et fortasse jam alibi notaveram. *Faber.*

1066 *Coalescere*] Ita omnes libri. Cur ergo Lambinus, *coalescere*? *Gif.*

Coalescere] Concreescere, et conglutinari. *coalescere* autem legendum, non, ut vulgus putat, *coalescere*. Zoilus hoc non probat: non probet. Quia, ut rumpatur, dico amplius, *coalitum*, quod reperitur apud Gell. Arnob. et alios, esse mendosum, et pro eo reponendum *coalitum*. Sic enim 'coalitum' a *coalescendo*, ut 'concretum' a *concrecendo* figuratur. Est autem etiam hæc una ex ducentis vocibus Latinis, quas se unum scire, vere gloriari solebat vir Latine doctissimus, Gulielmus Pellisserius, Episcopus Mompess. cujus unius iudicium pluris mihi est, quam sexcentarum mei Zoili similium. *Lamb.*

1067 *Materies*] Lignum. *Lamb.* *Taurino*] Ex auribus et genitalibus tauri: quod tradidit Plin. 28. 17. *Lamb.*

1068 *Hiacent*] Hient, laxentur, disjunguntur. *Lamb.*

1069 *Quam laxare queant compages*] *Compages*, i. e. commissuras, et conjunctiones. Virg. *Æn.* 1. 126. 'laxis laterum compagibus omnes Accipiant inimicum imbrem.' *Lamb.*

Tauræ vincla] Vincula ex glutine taurino. *Lamb.* et *Faber.*

1070 *Vitigeni latices*] Vina. Sic 5. 15. 'Liberque liquoris Vitigeni laticem mortalibus instituisse.' *Lamb.*

Audent] I. e. possunt, *δρῶσθενοι*. tralatio. sic inf. 1189. 'A pedibusque minutatim succedere frigus Non dubitabat.' ubi tamen Aurat. legit *Endobitabat*, ut suo loco dicemus. *Lamb.*

1071 *Et leve olivom*] 'Leve' dixit oleum, quia non subsidit, immo exstat, et super insidet humoribus omnibus: quod iccirco fit, quia plurimum habet aëris. Contra 'picem gravem,' quia subsidit. *Lamb.*

1072 *Mergitur una Corpore cum laus*]

Sic habent nonnulli libri manuscr. quibuscum consentiant vulg. Parisienses, et Veneti antiq. nisi quod habent, uno Corpore cum lana: alii, *Jungitur uno Corpore c. l. Lamb.* Ita (*mergitur*) vet. nostri. In aliis quibusdam, et vulg. *jungitur*. In quibusdam, uno. Gifan.

. 1074 *Renovare*] *Lanae ad suam candorem revocare, ac restituere. Lamb.*

1075 *Omnibus undis*] Virg. Georg. 1. 31. 'Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.' Catall. in Gell. 'Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys, Non genitor Nympharum abluat oceanas.' *Lamb.*

Mare velis] Hoc loco mare *πρωτοτροπιται. Faber.*

1076 *Denique res auro, &c.*] Scelus nam treis lib. manucriptos, Vatican. Tettian. Faëra. Nam Memmiana habet, *Denique res auro arum copulat una*: vulgati autem alii, *Denique res auro argentum copulat una*: alii, *Denique res auro fit ut aurum copulet una*: quam postremam scripturam factam esse puto ex alia item corrupta, *Denique res auro aurum copulat una*. Plane in hoc versu hæreo: nec quam potissimum scripturam æquar, video, nisi eam quam excudendum erravi. Licet tamen per me et illam recipere, *Denique res auro argentum copulat una*, ut dicamus talem fieri hiatum, qualis apud Virg. Ecl. 2. 26. 'Amphion Diramus in Actæo Aracynthe.' et Æn. 1. 621. 'Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchise,' &c. Licet etiam sic legere, sine hiatu, ut sit *ἀναστροφή*, *Denique res argentum auro cum copulat una*. Si quis autem querat, quæ sit ea res, quæ aurum argento aut alii metallo agglutinatur, puto esse 'chrysocollam,' i. e. auri gluten: quod quomodo fiat, disce ex Plin. 33. 5. *Lamb.* Sic (auro) veteres fere. In quibusdam, aurum. Lambinus, et Marullus, pro *copulat*, *concopulat*. Gifan. Ex codice Memmiano, in quo hic versus

ita scriptus est, *Denique non aurum arum copulat una*. Legendum arbitror, *Denique non auro res aurum copulat una*? Agit enim planissime de chryso-cella, quæ ferramen est, si ita loqui licebit, seu gluten auri. cumque id verum proxime sequenti dicat res auri jungi solere, si 'plumbo albo' utaris; sic in hoc scribit chrysocollam ope aurum cum auro conjungi. *Faber.* *Faber: Denique res auro non aurum copulat una?* recte quidem, aurum auro conjungitur, ut res auri verum sequenti: non tamen rejicienda est vulgata lectio, nam supra aqua miscetur Vino, &c. Vid. Plin. Nat. Hist. 23. 5. *Cresch.*

1077 *Æri que res plumbo fit*] Sic restitui, cum reperissem scriptum in libris manuscr. partim, *Æri que res*: partim, *Æro que*: in vulgatis autem partim, *Æs a que plumbo*: partim, *Æri que res plumbo*. *Æs* autem auri conferruminari plumbo candido, quod vulgo stannum esse putant, et ita appellant, notum est. Verumtamen si cui dubium est, Plutarchi testimonio, atque auctoritate probari et confirmari potest. Sic igitur ille lib. *περὶ φιλαδελφ.* 'Ὅτι γὰρ ὁ πασιτικὸς βασιλεὺς τῶν χαλκῶν συναρμύττει, καὶ συγκολληνοῦσι τῷ ψαίειν ἑκατέρω πέρατος οὐκείων ἀποκαθῆς γαυρῆμος ὄβριαι δὲ τὴν φίλων ἐδάμωσται ὄβριαι καὶ κοινὸν ἀμφοτέρω τοῖς ἀδελφοῖς προσκατασκευαῖν τὴν ἄνοιαν.' i. e. 'Ut enim plumbum candidum auri fractum conjungit et conferruminat, quia utramque auri extremum apte et accommodatè tangit, dum similitudine perpetiendi cum convenit; sic oportet amicam accipere et commodum, et communem duobus fratribus efficiendo, eorum inter se benevolentiam condensare et confirmare.' Plumbum candidum commemorat et Cæsar. lib. 5. de B. G. 'Utustus autem Britannii nummo aere, aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in medi-

terraneis regionibus: in martialis ferrum: sed ejus exigua est copia.' *Lamb.*

1077 *Æraque res plumbo fit uti jun- gatur*] Sic veteres libri fere. Vulgati, *Æraque nec*. Quidam, *Æs Æque*. Lambinus, *Æriq; as*. Gifan.

1078 *Quid ergo*] Quasi dicat, num me iccirco hoc loco ea omnia referre oportet. *Lamb.*

1081 *Præstat*] Post Pium (cujus lectionem neglexerant interpretes) ita emendavi ex Cod. Lagd. Bat. *Vulg. restat*. Hav.

1082 *Mutus*] *Mutus*, ut sæpe alias? *Lamb.*

1083 *Hæc illius illa, hujusque*] Hæc plena illius cavis, illaque cava hujus plena conveniant. *Lamb.* *Hujus cava illius plena*. I. e. Hujus corporis cavitates solidis illius corporis et prominentibus corpusculis. *Greech.*

1084 *Inter se junctura horum optima*] Sic legendam. ordo enim est: *Horum inter se junctura est optima, quorum ita texture mutuo ceciderunt, ut et illius cava hujus plena, et illius plena hujus cavis conveniant*. *Lamb.*

1085 *Est etiam*] Alia ratio, quam obrem quedam magis inter se coherere possint. Fieri enim potest (inquit) ut quedam possint inter se compacta coherescere, quasi quibusdam 'annellis', i. e. parvis annulis, hamisque implicita, atque inflexa. *anellis* autem, seu *annellis*, etiam in superioribus editionibus scripsi. *angelis* vero, quod scriptum est in commentariis, fuit erratum typographi, qui admonitus a me fuerat, ut illa præteriret ac prætermitteret: nam in contextu *Luer. anellis* impressum est. *Lamb.*

Quasi ut anellis] Ita vet. nostri, et vulg. omnes. Male Lambinus, *angelis*. In quibusdam vet. *anellis*, quod depravatum est: ex *anellis*. Vide sup. vs. 911. *Gifan.*

1086 *Copulata*] Sic legendam puto: quam scripturam quidam vel non in-

telligentes, vel insolentem judicantes, *compulata* reposuerant. *copulata* autem dictum pro copulata, ut 'vinculum,' 'sæclum,' 'periculum,' &c. pro vinculum, sæclum, periculum. *Lamb.* Vet. libri *copulata*. Snp. vs. 1065. *Vulg. compacta*. Gifan. *Copulata*, ut gubernaculum, &c. *Faber et Creech.*

1088 *Nunc, ratio quæ*] Nunc rationem morborum explicare incipit. deinde pulcherrimam pestis illius, quæ temporibus belli Peloponnesiaci Athenis acerrime sævit, descriptionem ex Thucydidi lib. 2. expressam proponet. *Lamb.* *Uscia* remanent irati Numinis indicia. Morbi epidemii et pestes; si vero nihil in his admirabile et divinum, actum erit de providentia: ut pestis ratio explicetur non longis ambagibus opus est; quippe ut in universo multa sunt corpuscula hominibus reliquisque animalibus salubria, ita plurima noxia et lethifera: quodcumque hæc noxia corpuscula, sive per cælum intransmissa, sive e terris surgentia aërem replerunt, morbidus fit iste aër, et inde pestis in viscera hominum ingressus vs. 13. Si peregrina hæc corpuscula rejicias, aërem ipsum exorte, atque in illo tantum mali cladisque originem invenies: nam diversarum regionum diversus aër; inde qui sanus indigenis, advenis ipsique inasuetis inuluber vs. 14. Inde etiam morbi quibusdam regionibus peculiaris vs. 5. Jam vero: alterius regionis aër in alteram feratur; sequatur, necesse est, totius cæli corruptio vs. 6. Inde fontes, herbæ inscuntur, vel demum ipse aër corruptus enecat vs. 15. Hanc disputationem demum confirmat Lucretius exemplo memorabilis illius pestis, quæ vigente bellis Peloponnesiaco Athenis contigit, et quam fusc describit vs. 149. *Creech.*

1092 *Supra docui*] 4. 634. 'Nunc illis altus cur sit cibus,' &c. et 5. 897. 'Quippe videre licet pingues-

cere sæpe cicuta,' &c. et hoc eod. lib. 769. 'Principio hoc dico, quod dixi sæpe quoque ante, in terra,' &c. *Lamb.*

1095 *Et contra, quæ sint, &c.*] Ordo est: Et contra, necesse est multa semina volare, quæ sint morbo et mortui, id est, quæ sint morbida et mortifera semina. 'volare' autem translata dictum, ut illud 6. 29. 'Quod fueret, naturæ vi, varique volaret.' *Lamb.*

1095 *Morbidus aër]* Νοσάδης ἀήρ. *Lamb.* Virgilium ordinem, quem Lucretius quoque tenet, esse secutum, docet Servius ad Georg. 3. 480. 481. ad priorem versum scribens: 'Hanc autem pestilentiam ordine quo diximus pleuissime Lucretius est executus.' Ad posteriorem hæc: 'Ordinem secutus est, quem et Lucretius tenuit et Sallustius; primo aërem, inde aquam, post pabula esse corrupta.' *Hæv.*

1096 *Pestilitas]* I. e. pestilentia, ut interpretatur Nonius: qui profert versum sequentem infra non longe, 'Hæc igitur subito clades nova, pestilitasque,' &c. *Lamb.*

1097 *Aut extrinsecus, ut nubes]* Morbus (inquit) aut extrinsecus oritur, verbi gratia, ex terris longinquis ac remotis, ventis insalubribus, qui per loca morbosa spirantes, cælum nostrum, unde animam ducimus, corumpunt: aut ex iis terris, in quibus commoramur. Sed videtur hæc partitio valde angusta et jejuna esse. Quid enim dicemus de iis morbis qui nascuntur ex copia, luxu, et cruditate? ex intemperantia? ex cibis insalubribus? ex immoderatis animorum affectibus? ex animi ægritudine ac mærore? *Lamb.*

1099 *Ubi putrorem]* Sic legendum, non *putorem*, nam 'putor' aliud est, quam 'putror,' quemadmodum aliud est 'putere,' aliud 'putrere,' seu 'putrescere.' sic 2. 870. 'Quippe videre licet vivos existere verneis

Stercore de tætro, putrorem cum sibi nacta est Intempestivis ex imbris humida tellus.' *Lamb.*

1099 *Putrorem]* Ita in vet. libris, et vulg. Lambinus, *putrorem*, ut sup. 2. 871. Sed ibi, *putror*, hic, *putor* magis quadrare videtur. *Gifan.*

1103 *Quia longe discrepat res]* Vteres, *discrepat acres*. In quibusdam, *discrepat acres*. Vulg. *discrepant res*. Pius, *discrepat aër*; ut mox: 'varius concinnat id aër.' Ego a libris non ausim recedere. Ita et sup. usus est 'rei' verbo, *ἀποστρωσ*. 2. 1017. *Gifan.* Adde et 4. 779. *Preig.*

Quia longe discrepat aër] Hanc lectionem potius secutus sum, quam illam alteram, *Quia longe discrepant res*, non eo solum, quod magis cum sententia hujus loci consentanea est, verum etiam quod nata videtur esse ex antiqua scriptura depravata. sic enim habent libri aliquot manuscr. in his Vaticanus, *Quia longe discrepat acres*. atque hanc lectionem confirmant cum alia multa, tum id quod statim sequitur, 'Varius concinnat id aër.' Quod autem eam non probat Thraso, tanto magis mihi probatur. *Lamb.* Alii, *Discrepant res*, inepte. *Creech.*

1104 *Nam quid Britannum]* Britannii, omnium mortalium proximi sunt Septentrionibus, iis tamen exceptis, qui Thule incolunt. *Virg. Ecl.* 1. 67. 'Et penitus toto divisos orbe Britannos.' Idem *Georg.* 1. 30. 'tibi serviat ultima Thule.' docti quidam, in his Petrus Paschalius, historicus Regius, amicus meus, hoc loco legendum censent *Britannum cælum*, quo modo edendum curavi: non ut habent lib. vulgati, *Britannis cælum*. Sic autem dictum *Britannum cælum*, ut 'Mauris jaculis,' et 'Sulpiciis horreis' apud Horat. sententia porro hujus loci hæc est: quid, aut quantum (inquit) putamus differre *cælum Britannum*, i. e. Britannicum, a cælo Ægyptio? quid cælum, quod est in

Ponto Euxino, et ad illam orbis terrarum partem, a cælo Gaditano? sumsit Lucretius, quattuor orbis terrarum loca maxime nota et insignia, quæ temporibus illis maxime inter se distare putabantur: duo a Septentrionibus ad Austrum, Britanniam, et Ægyptum: quæ est distantia latitudinis: duo ab ortu solis ad occasum, Pontum et Gadeis, quæ distantia est longitudinis. Sed videtur legendum, *Nam quid Britanno cælo differre putamus Id quod in Ægypto, &c.* Lamb.

Nam quid Britanis cælum] Ita in vet. libris reperi. Male ergo alii, *Britannum*. Marallus; *Namque Britannis quid cælum*; contra vet. libros. Forte, pro, *Et quod in Ægypto est*, vers. seq. legendum, *Id quod in Ægypto est*. Gifan.

Nam quid Britannum cælum differre putamus Et quod in Ægypto est] Hæc conjectura est Paschali viri clarissimi, ut monuit Lambinus, qui aliud exemplum ad illius confirmationem proferre poterat quam quod protulit: ita enim *Britannum cælum* dixerit Lucretius, ut Hor. 'Italum cælum.' Od. 2. 7. 4. 'Diis patriis, Italoque cælo.' Gifanus autem legit, *Nam quid Britanis cælum differre putamus Et quod in Ægypto est?* Scio quidem perinde esse si *Britanis* legas, seu *Britannis*, qui norim in fine carminis hexametri Donysium Periegeten ita usum fuisse. Primam quoque syllabam produci posse, mihi ignotum non est; itaque nil in Gifanio circa eam rem reprehendi postulem. Sed quod addit, versum hunc a Paschali male emendatum fuisse; id metuo ut probet; quid enim mali ea emendatio habeat? Fortasse vera non est, sed non continuo pro mala haberi debeat. At lectio Gifanii, ea vero pessima est; quo enim alio nomine vocetur; cum ejus sententia tantopere inepta sit? (*Cælum Ægypti differt Britannis.*) Quæ Latinitas? Quæ ratio id pro-

bet? Quamobrem enim in Mss. legatur, et quidem constanter, *Nam quid Britannis cælum*, scribendum putem, *Nam quid Britanidis cælum*. Græci enim illas omnes insulas *Ἰβερίας* vocabant, ut ex Dione, et excerptis *Ἰβερίας* Stephani constat. Ita autem Britanidem pro Britannia dixerit Lucretius, ut in hoc ipso libro Atthidem pro Attica. *Faber*. Codices constanter *Britanis*, unde *Faber Britanidis*: Græci enim insulas illas omnes *Ἰβερίας* vocant. *Creech*.

1105 *Qua mundi claudicat*] I. e. qua parte axis, sive polus Arcticus, qui nobis sublimis semper apparet, illis est depressus: sen qua parte mundus inclinatus est ad oram nobis ignotam, quam Græci *ἄρκτορα* vocant, axi nostro contrariam. Est autem hæc pars meridionalis, sen australis. *Lamb*.

1106 *Quidve quod in Ponto est*] Aut quid putamus differre cælum Ponti, qui ad orientem spectat, a Gadum cælo? quæ distantia longitudinis est. Gades, insula et oppidum, quæ ab Oceano alluuntur: a quibus fretum Gaditanum dictum est: quo Libya ab Europa dividitur. M. Tull. lib. 3. de N. D. 'Quid Oceani fervore illis in locis constantis, Europam, Libyamque rapax ubi dividit unda?' *Lamb*.

Atque usque ad nigra] A Gadibus, atque ab ea ora, quæ porrigitur et pertinet ad Mauritiam, seu potius ad Æthiopiam usque. Sunt enim Æthiopes nonnulli Oceano finitimi, ut testatur et Homer. lib. 1. Iliad. 423. *Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ἰβερῶν περὶ δακρυόεντος Αἰθιοπίας Χείρ' ἔβη περὶ δακρυόεντος Ἰβερίας*. i. e. 'Jupiter enim ad strenuos et fortes Æthiopus hesterno die profectus est, ad epulas: Dii autem omnes eum una consecuti sunt.' *Lamb*.

1107 *Percostaque*] Quidam libri, *percocto*. Gifan. Vide quæ diximus ad 6. 722. *Hav*.

1109 *Quattuor a ventis et cæli per-*

tibus] Britannii ab aquilone, et a septentrionibus; Egyptii a meridie et austro: Pontici a subsolano, seu euro, et oriente: Gaditani a favonio et occidente. *Lamb.*

1111 *Et morbi generatim*] Et morbi videntur generatim nationes ipsas infestas habere. *Lamb.*

1112 *Est elephas morbus*] Hunc morbum *ἀεφασσῆσις* vocant Græci; de quo lege *Cornel. Celsum* 3. 25. *Lamb.* Vulgo 'Elephantiam' vacant; aliquando et 'Elephantiam': sed et nonnullis dicitur est *λεορρίσις*; eo enim morbo vetuli leones, qui feras consequi haud possunt, fere plerumque tentantur, et inedia facit ut exareant. *Faber.* 'Elephantia' et 'Elephantiasis' dicitur, et alii asserunt, hunc Morbum infestare tantum incolæ Egypti qui de Nilo bibunt. At *Celsus* 3. 25. 'Ignotus pene in Italia: in quibusdam regionibus frequentissimus est morbus:' vide plura. *Creech.*

1114 *Atthide tentantur*] In Attica tentantur pedes. Athenienses podagra magna ex parte laborant. *Lamb.* *Casaub.* ad *Theophrasti Charact. cap. 20. p. 216.* putat de tibiaram alce-ribus agi, quem morbum non infrequentem fuisse Athenis *Aristophanis* ibidem allata loca ex *Pluto* 3. 3. 14. et *Equit.* 2. 4. 71. ut et ipsius *Theophr.* qui *ἄλγῃ ἐξω τῶν ἀνθρώπων* appellat. Quod tamen minus probo, quam vel sic affecti ambulare possimus; gressus autem merito tentantur podagra laborantibus. *Hav.*

Oculique in Acharis finibus] Achivi solent oculorum dolore affici, seu ex oculis laborare. *Lamb.*

1116 *Concinna*] Efficit, ut sæpe alibi. *Lamb.* Efficit. *Faber.*

1117 *Forte venenum*] Sic emendavi ex opt. *Lucretius* 4. 641. 'Ut quod aliis eibus est, aliis fiat aere venenum.' et *ibid.* vs. 644. 'Præterea nobis veratrum est acra venenum.' Nam quod vulgati ha-

bent, forte alienum, de omni aere dici potest cui non assuevimus, licet minus noxio. *Hav.*

1120 *Conctas*] Cogit. *Lamb.*

1123 *Pestilentialisque*] Et pestilentia: ut supra. Hunc verum profert *Nonius*, ut diximus. *Lamb.*

1124 *Persidis*] Sic legendum, non *prosidit*. *Lamb.*

1125 *Homium*] Quidam libri, *hominum*. *Gif.*

1129 *Consimili ratione venit bubus*] *Virg. Georg.* 3. 470. 'Nec tam creber agens hiemem ruit æquore turbo, Quam multas pecudum pestes: nec singula morbi Corpora corripunt, sed tota motiva repente,' &c. *Lamb.*

1130 *Etiam pecubus balantibus agror*] Cum in libris manuscr. ita scriptum reperissem, *Etiam pigris halatibus agror*: in vulgatis autem plerisque, *Pecudum halatibus agris*: in monnullis, *Pecudum talaribus agris*: primum facile sensi in hoc loco mendam subesse: deinde continue conjeci sic esse legendum, *pecudis*, seu *pecubus* potius, *balantibus agror*. 'Pecua' autem et 'pecuda' dixerunt antiqui pro pecora: unde 'res pecuaria,' teste *Nonio*: qui rursus præter alios testem citat *Ciceronem* lib. 4. de rep. 'Cum adhibent in pecuda pastores,' citat et *Cæciliam Umbris*: 'Et homini, et pecubus omnibus.' Jam 'agror' etiam morbum corporis interdum significat. *Lamb.* Ita (*Pecubus balantibus agror*) ex vet. libris hunc locum restitui. *Vulg. pecudum balatibus agris*. Hoc *Marullus* novavit contra vet. libros. Vide *Indicem Gifan.*

1132 *Nobis adversa*] I. e. nobis inimica et infesta. *adversa* autem esse legendum, non *diversa*, evincunt libri vet. in quibus partim plane hoc modo scriptum est, partim *ad diversa*. quamquam defendi fortasse potest lectio vulgata, *Nobis diversa*, pro *a nobis diversa*; i. e. in quibus non consuevimus commorari. *Lamb.* Ita vet. libri.

Vulg. *dicere*. Gifan.

Et cœli materiam amictum] I. e. cœlum mutemus. 'cœlum' autem, i. e. aërem, quo videmur 'amiciri,' quia nos ambit undique. Jovianus Pontanus hunc versum sic legebat, *Nobis adversa, et cœlum materiam amicum*. ego lectionem receptam retinendam censeo. Lamb. Alii, *Cœlum amicum*: et in sequenti versu *inimicum* aut *corruptum* pro *cruentum*, sed jam occupatus sum, nec sequar. Creech.

1133 *An cœlum nobis ultro natura cruentum Deferat*] Sic olim in prima editione edideram, *natura corruptum*. ad quem locum hæc quæ sequuntur, annotaram: Secutus eam vestigia veteris scripturæ. sic enim habet codex Vaticanus, *An cœlum nobis vitro natura corruptum*, unico r: Tertianus autem, et Memmianus, et Fœirn. *An cœl. nobis vitro (aut vitro) natura corruptum*, gumino rr. ex vitro igitur feci vitro, quod reperitur tamen in codicibus Vicet. et Parisien. Veneti antiqui porro habent, *Intro natura corruptum*. vitro autem interpretor, sine aliqua manifesta causa. jam corruptum uno r, aut sine a scriptum est, propter versum, pro *corruptum*, aut *corruptum*. atque ita legit Pierius ad illum Virg. versum *Æn.* 1. 615. 'Levaque Serentum.' Non celabo lectorem tamen, Joann. Colobino populari meo, vitro docto, videri hoc loco legendum, *An cœlum nobis ultro natura inimicum Deferat*. putat enim ille primo *inimicum* scriptum esse a Lucretio: deinde studiosam aliquem Lucretii lectorem, hujus vocis interpretandæ causa, adscripsisse ad oram libri *corruptum*: postremo imperitum librarium, qui ex illo exemplari Lucretiam describerit, ejecta vera voce *inimicum*, substituisse *corruptum*. Si cui igitur hæc amici mei conjectura, erudita præsertim atque ingeniosa placebit, gaudebo. Interea hoc quoque lectorem scire velim, hanc, quam excudendam curavi, scripturam, ordine tantum

datam vocum, et numero litterarum in voce *corruptum*, a Parisiensis discrepare. Sic eam habent codices Parisienses, *An cœlum nobis natura ultro corruptum*. quam lectionem nonnulli probant, ut sit versus totus ex spondeis constans: quibuscum non pugnabo. Cum hæc scripsissem in prima editione, non longo post tempore venit in mentem Adriano Turnebo, et Joan. Aarato, mihi quæ eam una essentis, neque *cruentum*, neque *corruptum* legi posse, quia sit novum et inusitatum; neque *inimicum*, quia ab antiquæ scripturæ vestigiis nimis remotum: sed *cruentum*, quod valet hoc loco, impurum et inquinatum: cruce enim inquinat et contaminat. Itaque qui eruentis manus habent, et qui hominem occiderunt, dicuntur habere manus impuras: et contra qui neminem occiderunt, puras. Lamb.

Ultro natura corruptum] Ita omnes libri veteres, ut sit Creticus, in quinto loco. Vide Indicem: 'Versus.' Gifan.

Cruentum] Fœdum, tetrum, inquinatum. Est autem conjectura Turnebi, aut J. Aurati. In vulgatis editionibus legebatur *corruptum*, contra legem carminis. Faber. Turnebi emendatio exstat Adv. 22. 19. ubi pro confirmatione addit hunc versum ex 4. 1030. 'Fluminis ingentes fluctus, vestemque cruentent.' Cui alterum addo 5. 1137. 'Et capitis summi præclarum insignis cruentum Sub pedibus volgi magnum legebat honorem.' Ubi 'cruentum' pariter est inquinatum, fœdatum, non sanguine tantum, sed et pulvere, ut sub pedibus projectum et conculcatum. Hev.

1134 *Quod non consuevit usi*] Sic libri vet. Marullus mutavit in, *quo*. Gifan.

1136 *Hæc ratio quondam*] Nunc incipit partem illam Atheniensem describere. Videtur autem Virgilius Georg. 3. 478. hunc locum adum-

brasse, teste Macrob. lib. 6. Saturn. his vs. 'Hic quondam morbo cæli miseranda coorta est Tempesta, totoque auctumni incanduit æstu; Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum, Corruptique lacus, infecit pabula tabo. Nec via mortis erat simplex: sed ubi ignea venis Omnis acta sitia miseros adduxerat artus, Rursus abundabat fluidus liquor,' &c. *Lamb.* Descriptio pestilentiæ Atheniensium, expressa ad verbum e Thucydide, lib. 2. Videat hic lector admirabilem Poëtæ doctrinam, et orationis copiam. Imitatus est Virgilius, 3. Georg. et alii. *Gifan.* Sequitur pestis, quæ Athenas olim vastavit, descriptio, e secundo Thucydidis libro, et tertio Hippocratis de Morbis Popul. desumpta, quam adeo feliciter expressit, ut, Macrobio iudice Sat. 6. 2. Virg. Georg. 3. certe Ovidius Met. 7. habuerit quem imitaretur. Dicit vero 'Hæc ratio morborum,' &c. pestis via. ab aëre alieno ortus. *Mortifer æstus*, Alii, *Aër*, sed *Æstus* olim Macrobinus. *Creech.*

Mortifer æstus] Sic habent omnes libri vulg. sed tres manusc. *mortifer æ.* ex quo legendum videtur, *mortifer ær.* verumtamen nihil sum mutare ausus. satis est mihi hoc indicasse lectori. *Lamb.* Ita Macrobius, et Marullus et vet. quidam. In plerisque, *æ.* Forte legendum, *aër.* *Gifan.* At nimis forsitan religioſi et *Gifan.* et *Lambin.* quod enim vs. 1117. *cælum* quibusdam dixit esse *venenum*, id nunc *mortiferum aërem* vocat. *Hav.*

1137 *Finibus Cecropiis*] Finibus Atticis. sic autem esse legendum, non *Finibus in Cecropis*, probant libri veteres. Jam Cecrops Atheniensium rex fuit. *Lamb.* Hæc descriptio a Thucydide est; cui tamen nonnulla ex Hippocratis observationibus poëta admiscuit. Sed hæc ab aliis examinata fuere, ut et imitationes Virgilianæ. Evenit autem hæc clades paulo post exortum bellum Peloponnesia-

cum. *Faber.*

1139 *Nam penitus veniens, Ægypti e finibus*] Ab hoc loco Thucydidis verba cum Lucretianis conferre incipimus. Sic igitur ille libro secundo: 'ἤρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς λέγεται, ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου· ἔπειτα δὲ καὶ ἐς Αἰγύπτου καὶ Λιβύης κατέβη, καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν· ἐς δὲ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἑξαριναίως ἐπέπεσε. i. e. 'Initium autem fecit primam, ut aiunt, ex Æthiopia ea quæ est supra Ægyptum: deinde etiam in Ægyptum et Libyam descendit, atque in magnam regis Persarum dittonis partem. tum autem in Atheniensium urbem repente invasit.' *Lamb.*

Ægypti e finibus ortus] In prima et secunda editione, ego plerosque libros vulg. secutus, edideram, *Ægypti e finibus Orcus*. Sed nescio quo modo fugerat me, lectore admonere, ut consuevi, libros fere omnes vet. quibuscumque congruunt aliquot vulg. in his Basilienſes et Vicetini, habere *ortus*. quam scripturam nunc magis probō: neque quemquam movere debet participium 'veniens,' quod antecedit, quasi quædam *ταυτολογία* sit, 'veniens,' 'ortus.' Nam 'veniens' coheret cum adverbio 'penitus,' 'ortus' cum his 'Ægypti e finibus.' Et vero cum hanc scripturam confirmant verba ipsa Thucydidis, ἤρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, &c. tum maxime illa, quæ sunt apud Tyrium Maximum in oratione 41. 'Ἀθήνησιν ἐν δημοκρατικῶν ἡμέρῃσι, &c. λοιμὸς ἔμπεσεν, ἐξ Αἰθιοπίας ἀρχόμενος, καὶ καταβὰς διὰ τῆς βασιλέως γῆς, καὶ τελευτήσας ἐκεῖ, καὶ Ἰουδαίῳ ἀπόθῃ, ἔφθικε τὴν πόλιν. i. e. 'Athenis autem in urbe, in qua populus summam republicam tenebat, &c. pestis invecta, ex Æthiopia orta, cum per fines regis Persarum descendisset, et illuc erupisset, et ibidem constitisset, civitatem perdidit.' *Lamb.* Sic ex vet. libris restitui. Vulg. *orcus*. quidam libri: *Ægypti finibus ortus*. Scil. æstus mortifer. *Gifan.*

1140 *Camposque natanteis*] Maria et lacus. sup. eod. lib. 404. 'et liquidam molem, camposque natanteis.' *Lamb.*

1141 *Incubuit tandem*] Thucyd. ἐπέσει, i. e. incidit, sen potius incurrit atque irruit. *Lamb.*

Pandionis] Pandion Athenarum rex, Philomela et Procne pater. *Lamb.*

1143 *Principio caput incensum ferore*] Thucyd. πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θερμαίσιχυραί, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθρήματα, καὶ φλόγῳσις ἐδάμνασε: i. e. 'primum quidem capitis fervores acres et validi, et oculorum rubores, et inflammatio eos corripiebat.' *Lamb.*

1145 *Sudabant etiam fauces*] Thucyd. καὶ τὰ ἐνδοῦ, ἢ τε φάρυγγι, καὶ ἡ γλῶσσαι, εὐδοῦ αἱματώδη ἦν. i. e. 'et interna, et fauces, et lingua, continno cruenta erant, seu cruore manabant.' *Lamb.*

1149 *Inde, ubi per fauces, &c.*] Hic locus non ita prope accedit ad Thucydidis verba: non tamen a sententia ipsa longe admodum discedit. sic enim ille: Καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαιναν ἐς τὰ στήθη δ' ἄνω μετὰ βηχῶσισιχυροῦ καὶ ὀπίσσω ἐς τὴν καρδίαν στηρίζαι, ἀπέστρεφέ τε ἀπὸ τῆς, καὶ ἀποκαθάρσεισιχυρῶσι πάσαι, ὅσαι ὑπὸ λατρῶν ἄνομασμέναι εἰσι, ἐσφίεσαν. i. e. 'Et non longo post temporis intervallo dolor in pectora descendebat cum tussi vehementi: et ubi in corde, seu potius stomacho, hæserat, cum ipsum torquebat, tum purgationes bilis omnes, quæ a medicis nominatæ sunt, consequentur.' Perspicue Lucretius hoc loco Græcos imitatus, 'cor' pro 'stomacho' posuit. Ex quo cardiaci dicti sunt, qua de re plura in commentariis Hor. ad illud, 'ut solet in cor Trajecto lateris miseri capitisque dolore,' Sat. 2. 3. 28. *Lamb.* E quibus intelligere possumus, quid velint ista, 'Omnia vitali claustra lababant,' &c. Sequebatur viz. omnium intestinorum convulsio, atque inde excretiones cum torminibus. *Creech.*

1160 *In cor*] Stomachum: Schol.

ad Thucyd. Οἱ παλαιὸι λατροὶ τὸν στόμαχον καρδίαν ἐκάλον, καὶ καρδιαγομῶν τὸν πόνον τοῦ στομάχου. *Creech.*

1161 *Vitæ claustra*] Nihil nullo verumtamen cod. Vaticanus habet, *Vitalia claustra lababant.* *Lamb.* Ita et sup. l. 416. Quidam codex, *vitalia.* Vide et sup. l. 225. *Gifan.*

1152 *Spiritus ore foras*] Thucyd. καὶ πνεῦμα ἄτοπον καὶ δυσώδες ἦφιει. i. e. 'et spiritus absurdus, et tæter, et gravis odoris edebatur.' *Lamb.* Duos hos versus suo loco emotos versu 1149. subjungendos esse censeo; ita enim Thucydides, καὶ πνεῦμα ἄτοπον καὶ δυσώδες ἦφιει: et deinde melius conveniunt omnia, pressiusque declaratur Thucydidis narratio. *Creech.* Hinc apud Plautum in *Milite* 3. l. 53. 'Minime sputator, creator sum, itidem minime muccidus. Post Ephesi natus sum, non in Apulia, non sum in Umbria.' pro *in Umbria* reponit *anima tabida*, Rutgerius V. l. 5. 17. *Hav.*

1156 *Intolerabilibusque malis, &c.*] Videtur plurib. verbis expressisse quod dixit Thuc. brevis: καὶ ἄτρω μετὰ ταλαιπωρίας μεγάλης, i. e. 'et ex magno cum cruciata corporis, animique afflictatione.' *Lamb.* Thucyd. καὶ ἄτρω (viz. ἀποκαθάρσεισιχυρῶσι) μετὰ ταλαιπωρίας μεγάλης: Schol. ταλαιπωρίας μεγάλης, τῆς δυσστερίας δηλονότι. Atque ita forsitan ipse Thucydides, sed latior vocis istius apud Lucretium acceptatio, et tam Animi anxietatem quam intestinorum tormina significat. *Creech.*

1158 *Singultusque frequens*] Thucyd. ἀβύγι τε τοῖσι πλοίσω ἐνέειπτε κερῆ, σπασμῶν ἐνδοῦσασιχυρῶν: i. e. 'et singultus pluribus accidebat inane, convulsionem membrorum validam afferens.' Verum, ut ne soli Lucretio, sed etiam Thucydidi ipsi medeamur et consulamus, legendam videtur apud Thucyd. non κερῆ, sed πικρῆ, idque ex verbis Lucretii, 'Singultusque frequens.' *Lamb.* Lambi-

num legit λέγῃ πικρῷ, propter vocem frequens: at vero λέγῃ ipsa est singultus frequens, istum autem singultum, qui πίκρος dicitur, (alius autem πλῆρης,) Convulsiones maxime sequuntur. *Creech.*

1159 *Coactans*] Cogans: ut sup.

1120. 'et immutare coactat.' *Lamb.*

1160 *Defessus ante, fatigans*] Fatigans eos, qui jam ante vi ipsius morbi defessi erant. *Lamb.*

1161 *Nec nimio quoisquam*] Thucyd. καὶ τὸ μὴ ἔμθεν ἀποτόμῃ σῶμα, οὐκ ἔγωγε θερμὸν ἦν, ὅσπερ χλωρὸν, ἀλλ' ἐπέπυρον, i. e. 'et corporis quidem extremitas non erat admodum tactu calida, neque pallida, aut viridis, sed subrubra.' *Lamb.*

1162 *Corporis in summo*] Forte, *Corporis*, ut sit hiatus Lucretianus, et Ennianus. *Gifan.* Ordo est: nec posses 'tueri,' h. e. videre, cuiquam summam corporis partem in summo, subintell. corpore, nimio ardore fervescere. Quod autem Zoilus legi posse existimat, *Corporis in summo, &c.*

ut sit hiatus, facessat hinc cum suis hiatibus. Quod si tantopere hiatibus delectatur, adhibeat eos in suis versibus, non in Lucretiana, præsertim ubi nihil est necesse, ut hic non est, neque item sup. non longe a principio 5. 248. 'Illud in his rebus ne me arripuisse rearis,' &c. in quo versu, sublato provocabulo me, vult legi ne arripuisse rearis, &c. Nec autem habet hos præclaros hiatus Lucretio allinere, sed etiam in Virgilio hæc abutitur hiatus licentia. Censet enim, aut certe assentitur cuidam, qui non longe a principio Georg. 3. 95. in altero horum versuum, 'Hunc quoque ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.' sic legendam censet, *Abde domo, et turpi ignosce senectæ:* non intelligens, negationem 'nec' non esse conjungendam cum verbo 'ignosce,' sed cum voce 'turpi,' hoc modo: *et non turpi*

ignosce senectæ. Quod cum ego, et Simeo Bosius, vir doctissimus, acerrimique ingenii, una legeremus, risum continere non poteramus. Nam quod ille Anrato auctore se ita restituisse scripturam reliquit; defugit Auratus auctoritatem, atque adeo negat sibi hoc unquam ex ore excidisse, aut si etiam forte sibi aliquando exciderit, negat se eo animo protulisse, ut vulgaretur. queritur de illo alia quædam, quæ in præsentî reticebo, ne quid de amicitia nostra detrahere videar. Illum enim, qui auctoritate Aurati nititur, amavi, et vero etiam nunc amo: quemquam ab officio aliquando discessit, et se gratiam meam parvi facere ostendit. Verum lubet hoc dissimulare, sive potius oblivisci. Volo enim constantior esse in amicis retinendis, quam video vulgus hominum solere. *Lamb.*

1164 *Et simul ulceribus, &c.*] Thucyd. φλυκταβίαι μικραὶ καὶ ἄνωμα ἔξυθηαὶ: i. e. 'pustulis parvis et ulceribus. efflorescens.' *Lamb.*

1165 *Sacer ignis*] Ejus vis. generis, quod est subrubriendum, aut mistum ex pallore et rubore; exasperatumque per pustulas continuas, quarum nulla altera major est, sed plurimum perexigua: *Celsus 5. 28. Creech.*

Intima pars hominis] Τὰ δὲ εἶδη ὀφθαλμοῦ ἐκείνου, ὅσπερ, &c. 'internæ autem partes ita flagrant,' &c. Quidam lib. habent *hominum.* *Lamb.*

1166 *Ad esse*] Alii libri habent *adesa.* quod minus probò. verumtamen judicet lector eruditus. *Lamb.*

Adesa] Ex vet. libris ita scripti. Habet et Pius. In aliis, *ad esse.* Quidam, pro *hominis, hominum;* contra vet. libros. *Gif.*

1167 *Flagrabit stomacho*] Hunc abjicit Lambinus, male, contra omnes libros. *Gifan.*

Flagrabit stomacho flamma] Delendus. *Faber.*

1168 *Nil adeo posset quicquam, &c.*] Sic flagrabit (inquit) pars hominum,

seu hominis intima, ut nullum quantumvis leve ac tenne vestimentum posset membris vertere in utilitatem, id est afferre utilitatem, seu esse utilitati. hanc esse hujus loci sententiam licet ex Thucydide intelligere. sic enim ille: τὰ δὲ ἐνδὸς ὄφρα ἐκάλειτο, ἵνα μὴτε τῶν πᾶν λεπτῶν ἱματίων καὶ σιδήρων τὰς ἐπιβολὰς, μὴτε ἄλλο τι, ἢ γυμνῶν ἀνίσχουσαι. i. e. 'intimæ autem partes ita flagrabant, ut neque tenuissimarum vestium et linteorum injectiones, neque aliquid quicquam, præter nuditatem, sustinere possent.' 'Vertere in utilitatem' sic dictum, ut a T. Livio 'vertere in perniciem.' sic enim loquuntur Latini, 'hæc res tibi male vertat,' et 'bene vertat:' et 'in perniciem,' seu 'in utilitatem vertat:' in quibus generibus verbum 'vertat' est absolutum. Plantus Trucul. 1. 2. 44. 'male vertit Res pecnaria mihi apud vos: tunc vicissim volo habere Aratiumcliam pro copia hic apud vos.' sic ab Ennio dictum est: 'Hæc bene verrucent populo,' i. e. bene vertant. Quod si quis tamen hoc *vertens* sic absolute positum non poterit concoquere, et ægre ferret, accabit ei per me legere, *Verti in utilitatem*, ut hic recipiamus hiatum, tolerabiliter, et usitate, quia i vocalis longa est. Sed videtur legendum, *Nil adeo ut posset quidque, &c.* ut pendeat ex his quæ antecedunt. Lamb. Emendat Lambinus, *Nil adeo ut posset quidquam leve, tenuisque membris Vertere in utilitatem: ad ventum, &c.* Ita enim fiet ut hic versus cum ceteris cohereret. Intellige autem ita æstusæ intima corporum, ut nullum iis vestimentum, quantumvis leve et tenue, utile esse et commodum posset. Ita τὸ 'vertens' absolutum erit, ut alias sæpe. Faber.

1168 *Posset*] In quibusdam libris, *posset*. In quibusdam, *possis*. Gifan.

1169 *Vertere*] Forte: *Vertier*, aut *Verti*. vid. sup. 1. 210. Gifan. τὸ *Vertere* est absolutum, ut sæpe alias.

Alii, *Verti in utilitatem*. Creech.

Ad ventum, ad frigora semper] Hujus loci hæc sententia est: ad ventum et ad frigora semper membra dabant: atque, dum frigus captabant, partim se in fluvios conjiciebant, partim in puteos præcipites cadebant. Lamb.

1170 *In fluvios partim gelidos*] I. e. alii in fluvios gelidos se conjiciebant. Thucyd. ἕδιστά τε ἐν ἐς ὄψαρ ψυχρὸν σφᾶς ἀνθρώποις ἴσταν, 'et libentissime in aquam frigidam se ipsos conjiciebant.' Lamb.

1172 *Lymphis putealibus*] Thucyd. καὶ πολλοὶ ἐς φρένας, τῇ βίβῃ ἐκείνων συνεχόμενοι. i. e. 'et in puteos multi se præcipites egerunt inexplebili siti cruciati.' quidam libri vulg. habent, *Nymphis putealibus*. Lamb.

1174 *Insedabiliter sitis arida corpora mereans Equabat multum parvis humoribus*] I. e. tanta erat eorum sitis, ut multa aquæ et humoris copia epota, nihilo plus valeret ad sitim sedandam, quam aqua pauca. vel sic: sitis legens et insedabilis efficiebat, ut magna aquæ copia, aqua pauca videretur. Atque hanc esse hujus loci sententiam verba Thucyd. ostendunt: καὶ ἐν τῇ ὀμίλῃ καθύστερθεαι τότε πλέον καὶ ἑλασσον ποτόν: i. e. 'tantumdem eis proderat liberalior et parcius potus ad sitim sedandam.' Lamb. Legendum videtur, *Insedabiliter sitis arida corpora vexans*. Ita certe ratio suadet, et illud *insedabiliter*, quod cum *mereans* non belle concinit. Faber. Vereor ut id probet Faber; et hæc quidem scripsit versus præcedentium immemor, quod si considerasset ægros in undas insilientes, vocem *mereans* probasset. Creech.

1175 *Equabat multum parvis*] Efficiebat ut quantumvis larga aquæ copia præ nimio ardore æstantium corporum exigua videretur. Faber.

1176 *Nec requies erat ulla malis*] Thucyd. καὶ ἡ ἀροπία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν, i. e. 'et quietis adempta facultas.' Omnino non videatur hic idem dicere

Thucydides et Lucret. primo ad spec-
tu: sed si attente considerabis, nihil
inter se discrepare reperientur. Quid
enim est aliud 'non esse requiem ma-
li,' quam non dari conquiescendi fa-
cultatem? Macrobius lib. 6. Sat.
hunc versum profert cum eo qui de-
inceps sequitur, et confert cum Vir-
gilianis, ut diximus. *Lamb.*

1177 *Mussabat*] 'Mussare' (inquit
Nonius) 'est depressa voce loqui,
quod celari velis.' Varro putat 'musa-
re' dictum a littera $\mu\upsilon$, quia multi
ne $\mu\upsilon$ quidem pronuntiare possunt.
Virg. 12. 637. 'mussat rex ipse Latinus.'
De hoc verbo plura supra ad
illum locum, 'Sed quis multa sibi
cernunt contraria, mussant,' &c. 1.
658. quibus adde quæ scribit Sosipa-
ter lib. 2. Instit. gramm. 'Mu fa-
cere, pro mutire.' Lucil. Sat. 'Non
laudare hominem quemquam, neque
illi facere umquam.' significat igitur
Lucretius ita novam et inusitatum
morbi genus fuisse, ut medici nihil
excogitare possent, quod ad eum le-
vandam valeret. quod dicitur plani-
us inf. 1224. 'Nec ratio remedi
communis certa debatur.' *Lamb.* Ita
novum et inusitatum morbi genus
fuit, ut Medici incerti quid agerent,
æubia quædam sed plena timoris mur-
mura mittebant, Thucyd. *ὁ γὰρ ἰα-
τροὶ ἤκουον τὸ πρῶτον, θεωροῦντες ἄγ-
νολα.* *Creech.*

1178 *Quippe patentia cum, &c.*] *Quippe*
cum, inquit, nocteis totas in-
sonneis ducerent. *Lamb.* Hujusce-
modi autem insomniam inter pessimi
eventus prognostica referri constat.
Faber.

1179 *Lumina versarent oculorum ex-
pertia*] Thucyd. *καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέ-
κειρο διὰ πάντας,* 'et perpetuæ vigilæ
urgebant.' *expertia somno* dixit, ut
sup. 2. 1091. 'Ipsa sua per se sponte
omnia Diis agere experta.' *Lamb.*

1180 *Mullaque præterea*] Hæc quæ
deinceps sequuntur ab hoc versu us-
que ad eum cujus principium est

'Octavoque fere,' &c. non sunt apud
Thucyd. sed probabile est, ea Lucreti-
um sumsisse a medicis, ut ab Hippo-
crate in Prognost. *Lamb.* Vss.
14. inseruntur, non a Thucydide de-
sumpti, quos, præclaros licet et insigni-
nes, si ideo rejiceremus, (nam Poëta
historici fidissimus interpret,) non est
quod aliquis irascatur: sed quoniam
sunt digni Lucretio admittantur.
Creech.

1181 *Animi mens*] 4. 763. 'Mens
animi vigilat.' *Lamb.*

1183 *Sollicita porro*] Aures sonori-
bus, ut mentes curis plenæ sollicitæ
dicuntur. *Creech.*

Plenæque sonoribus] Tinnitus auri-
um. *Lamb.*

1184 *Creber spiritus, aut ingens raro-
que*] Hippocr. Progn. Πρέσμα τιμάν
μὲν ἐδν, πόνον σημαίνει, ἢ φλεγμονὴν ἐν
τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοις· μέγα
δὲ ἀκαπνέόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου,
παρὰ φροσύνην δηλοῖ, &c. i. e. 'Spiritus
creber dolorem, aut inflammationem
in locis supra præcordia significat:
magnus autem, et longo intervallo
coortus, dementia declaratur.' *Lamb.*
Ac *ingens*] Ita Macrobius. In vet.
quibusdam: *aut*; etiam recte. *Vulg.*
hand, pessime; ut ex Hippocrate,
Progn. liquet, unde pauculos hos
versus Poëta sumpsit. *Giffan.* *Aut*
ingens. Alii, *ac ingens*, frustra.
Creech.

1185 *Sudoribus madens, &c.*] Sudores
frigidi per caput et collum sunt
letales, ut licet ex Hip. intelligere in
Prognost. *Lamb.*

1186 *Tenuia sputa, minuta, croci con-
tincta*] Hipp. ibid. Πρόβλον ξαυθὸν ἐν,
ἢ πυρρὸν, ἢ πολλὴν βήχα παρέχον, καὶ
μὴ ἰσχυρῶς συμμεγεγμένον, ἀκάκων γίνε-
ται. i. e. 'Sputum flavum, aut rufum,
aut quod multam tuasim præbeat, et
minutum, neque admodum concre-
tam, deterius est.' *Lamb.*

Croci contacta colore] Ita omnes li-
bri, et Macrobius. In quibusdam ta-
men, *contracta*. Sed in iis variatum est

sæpissime. Lambinus, *contineta*; ut sup. 2. 735. 742. et alibi. Forte, *contacta*; ut 'velata,' sup. 4. 354. *Gifan.* Putaram olim legendum *contineta*, non *contacta*, ex illo versu 2. 742. 'Ex incunte ævo nullo *contineta* colore.' Nunc utrobique, atque adeo ubique, *contacta*, et *contingere*, non *contacta*, neque *contingere*, legendum arbitror. Quamquam de omnibus non affirmo: de hoc loco, et nonnullis aliis non dubito. *contacta* autem *croci color*, i. e. crocei coloria. ex contactu enim coloris alicujus, contrahitur color. sic sup. 4. 12. 'prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci, flavoque colore.' *Lamb.* Neque ego Lambino ædmodum repugnare velim; id tamen scio, passim apud Lucretium id quod aliqua re contactum dicitur, ut 2. 852. et 4. 642. aliquam vim ab ipsa pati, quod hic dici non potest, ubi similitudo tantum locum habet, unde *contineta* edere cum Creechio malui. Præterea *cruore* apud Macrobius legitur, forsitan non inepte, quum cruorem quasi referat Corycil pressura croci. Mox quoque *tussis* ex Macrobio scripsi, non *tussis*, quod caruisset adjectivo suo. *Hav.*

1188 *In manibus trahier nervi, &c.*] I. e. in manibus vero nervi contrahantur, et tremebant artus: seu nervi contrahi, et artus tremere non dubitant. Licet etiam sic legere, *nervi trahier, tremere artus, Æonidæus.* *Lamb.*

Trahier nervi] Nervi trahi. *Gifan.*

1189 *Succedere*] Sursum ire, ut sup. eod. lib. 401. 'An simulac unbes succedere, ipsa in eas tum Descendit,' &c. *Lamb.*

1190 *Non dubitabat*] Audebat, *ἐράλμα.* tralatio est. sic sup. eod. lib. 1070. 'Vitigeni latices in aqual fontibus audent Misceri,' &c. et 4. 189. 'Non dubitant transire sequenti concita plaga.' Sed Jo. Anratus, collega meus, vir ingenio et doctrina præstans,

existimat hoc loco legendum, *Endobitabat*, i. e. incipiebat. 'endoitiam' enim initium et ingressum significat: vel *imbitabat*, a verbo imbitito, as. Porro autem 'endobitabat,' non a verbo antiquo 'betere,' quod ire significat, et 'endo,' præpositione item antiqua, sed ab 'endo' et ito, as, interposito *b*, oritur. Ego nihil muto. *Lamb.*

Ad supremum denique tempus] Usque ad diem mortis. *Lamb.*

1191 *Nasi primoris acumen Tenue*] Hippocr. ibidem, *ἢς ὀξεία*, i. e. 'nasus acutus.' Corn. Celsus 2. 6. 'nares acutæ.' *Lamb.* Tacitus, 'In primori acie:' et Gell. 1. 18. 'Varro in primore libro scripsit de ratione vocabulorum scitissime.' *Creech.*

1192 *Cavati oculi*] Hippocr. *ὀφθαλμοὶ κοῖλοι.* Celsus ibid. 'oculi concavi.' *Lamb.*

Cava tempora] Hippocr. *κρήφαι συμπεπταίνες*, i. e. 'tempora contracta,' aut coëuntia. *Lamb.*

Frigida pellis, duraque, &c.] Hippocr. *καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον, σκληρὸν τε καὶ παραρταμένον, καὶ καρφαλίον ἴδν.* i. e. 'et pellis fronti circumdata, dura et extenta, et arida.' Celsus ibid. 'Cutis circa frontem dura et acuta.' *Lamb.*

1193 *Inhorrebat rictum*] Sic excudendum curavi, veteris scripturæ vestigia secutus. *rictum* autem usurpatum esse a veteribus in neutro genere testatur Nonius Marcellus. et supra idem Lucretius usurpavit 5. 1062. 'cum primum magna Molosum Mollia ricta fremunt,' &c. et M. Tull. 1. accus. 4. 'Usque eo, judices, ut rictum ejus ac mentum paullo sit attritius.' *Lamb.* Hæc Lambinus. Idem mox legit, *tenta minebat*, contra vet. libros. *Tenta*, et Nonius. Sed vet. libri fere: *in ore jacens rictu.* Forte: *tenta manebat.* *Gifan.* Neque feliciter *Lamb.* et illam secuti *inhorrebat rictum*; neque feliciter Rutgers. V. L. 4. 1. *inhorrescens rictum*,

quamvis sibi plaudat aliisque insulset. Omnino legendum, ut edidi, *in ore patens rictum*, cuius verus scripturæ vestigia latent in corruptis *ja-cet* et *jacens rictum* vel *rictu*. Quin et Thucydides firmare videtur hiisce verbis, *Καὶ τὸ ἄρθρον, ἧ τε φάρυγξ, καὶ ἡ γλῶσσα, εὐθὺς ἀμωρόδη ἦν*, i. e. 'In-torsum vero statim lingua cum faucibus sanguinolenta erat.' ex qua acilicet malo patens rictum et terribilis illa oris species oriebatur. *Hæc.*

Frons tenta minebat] Sic esse legendum, evincunt verba illa Hippocratis et Celsi, quæ paullo ante protuli: *δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον, σκληρὸν τε, καὶ παρατεταμένον, καὶ καρφαλέον ἐστίν*, i. e. 'pellis fronti circumjecta, dura, et tenta, et sicca.' minebat' autem, i. e. imminebat, simplex pro composito: ut sup. eod. lib. 562. 'Inclinata minent in eandem prodita partem.' *Lamb.* I. e. Imminebat, *Lambinus*, ut supra, *Inclinata minent*, &c. Alii *Meabat*: i. e. *Fluebat*: absurde. Nam ros tenta non fluit. Leg. igitur: *Minebat*. Hippocrates, *δέρμα περὶ τὸ μέτωπον σκληρὸν τε, καὶ παρατεταμένον*: Celsus *l. 6.* 'Cutis circa frontem dura, et intenta.' Forsan etiam legi potest *minabat*: ut enim veteres minito, ita forsan mino: nisi alicui placeat *manebat*, i. e. *Erat*. *Rutgersius* denique, *Inhorrescens rictum frons tenta minabat*. *Creach.* *Lege meabat*. i. e. *abibat*, minor quasi fiebat et peribat. 'Meare' hic dixit, ut 'ire' *l. 525. 6. 563. et 568.* atque nares quoque et nasi acumen tenuiora et pressiora modo occurrabant. *Hæc.*

1194: *Nec nimio rigida post strati morte*] Secaturum vestigia scripturæ veteris, τωμετοῖ corruptæ: atque iisdacibus ad veræ lectionis cubile (nisi fallor) perveni, habent autem libri vet. partim, *Post artus morte jacebant*: et ita cod. Veneti antiqui, et Paris. partim, *post arti*. alii vulgati, *prostrati*. sententia autem plana est: nec nimio,

id est nec multo admodam post, rigida morte strati jacebant. *Janpriedens* me piget admonere lectorem, hanc et illam emendationem a *Zoisio* esse compilatam, et aversam. Sed tamen venit mihi in mentem non tacere, etiam hanc ab illo impudentissime et palam mihi esse ereptam. *Lamb.* Vet. libri, *post artus*, et *post arti*. *Vulg. prostrati*; male. Vide similia sup. 4. 1246. *Gifan.*

1195 *Octavoque fere*] I. e. et octavo fere, aut nono post quam ægrotare cæperant, die moriebantur. *Thucyd.* *ὅτε ἡ διεφθόροντο οἱ πλείους ἑκαστοὶ, καὶ ἑβδομοῖ, &c.* i. e. 'Itaque aut interibant plurimi nono, et septimo die,' &c. *Lamb.* *Lucretius* autem 'octavo' aut 'nono' die. *Creach.*

1196 *Aut etiam una, &c.*] *Amicus* quidam scribendum censet, *Aut etiam nono reddebant dumpada vitæ.* Ego vulgatam sequor. *Hæc.*

1197 *Quorum sigis (ut est) olivæ*] *Thucyd.* *Ἡ εἰ διαφύγον, ἐπιανόντες τοῦ νοσήματος ἐκ τῆν κοιλίας, καὶ ἐλακόντες τε ἀδρῆσι χυρῶς ἐγγυρομένη, καὶ διαφύλας ἕμα ἀκρότων ἐκτετατόσης, οἱ πολλοὶ ὄσπερον δὲ τῆν ἀσθένειαν διεφθόροντο*. i. e. 'aut si effugissent, multum, cura descendisset morbus in alvum, et ulcera tætra et ingenerata fuisse, simulque profuvium immoderatum accessisset, posterius propter infirmitatem interibant.' *Lamb.*

Ut est] *Ut est* aliquis, vel ut sunt aliqui, qui effugerunt: vel, ut verum est aliquos effugisse. *Lamb.*

1198 *Ulceribus tætris*] Sic restitui, *Thucydidem* secutus. sic enim ille, *ἐλακόντες τε ἰσχυρῶς ἐγγυρομένη, &c.* quæ verba supra interpretati sumus. *Lamb.*

Nigra proluvie alvi] *Vs. 1208.* 'Tætri sanguinis æres profuvium.' *Thucyd.* *διαφύλας ἀκρότων* (sive ἀκρονόθς legas perinde est, at *διφύλου ἑκαστων* non sincerum et purum, sed vehemens, et immoderatum alvi pro-

Sanctum interpreteris) *ἐπιπροσώπων*.
Creech.

1200 *Aut etiam multus*] Hæc obsecutus videtur ex Thucyd. expressa. Sic enim ille: *Καὶ διεξίει γὰρ διὰ παντός τοῦ σώματος ἄσθεν ἀρξάμενος τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον Ἰβροθὺν κακόν*. i. e. 'Peragrabat enim hujus mali vis totum corpus, superne exorta, et in capita primum sedem vacata.' *Lamb.* Tres sequentes versus in Thucydide neque enim obsecutus, quod vult Lambinus, exprimuntur: atque ideo additos crediderim, ut 'Acro profluvium tetri sanguinis' explicetur. *Creech.*

1201 *Plenis ex naribus*] Ita ex vet. libris scripai, ut et sup. 2. 681. *Vulg. expletis*. In quibusdam libris, *plenis*. Forte etiam, *pletis*. *Gifan.*

Plenis ex naribus] Sic legi debet, non, ut est in codicibus *vulg. expletis*. nisi quis malit legi *pletis ex naribus*, ut intelligamus *pletas naris*, completas, a verbo *pleo* es. hanc conjecturam arripuit *Zoilus*. *Lamb.*

1202 *Huc hominis tota vires corpusque fuscant*] Legendum necessario, *Huc hominis tota vires*, *ἢ*. 'huc' i. e. ea parte, per nases scilicet, fuscant humani corpora substantia. Quod cum perspicuum sit et *τομώτερον ἢ ἀπὸ δόξης*, desinam. *Fab.*

1203 *Profluvium porro qui*] Ordo est: qui porro 'exierat,' i. e. effugerat, et vitaverat profluvium acre. ac vehemens sanguinis, huic tamen morbus ibat atque erumpebat in nervos, et artus, et partes ipsas genitales, id est gignendi vim habentes. Verbum 'exierat' junxit cum accusandi casu, ut *pancis varibus* post, 'Aut procul abilliebat, ut acrem exiret odorem:' et 5. 1329. 'Nam transversa feroc exhibant dentis adactus Jumenta.' Sic *Virg. Æn. 6. 438.* 'Corpora tela modo atque oculis vigilantibus exit.' Idem 11. 750. 'Sustinet a jugulo dextram et vim viribus exit.' vide quæ supra annotata sunt

ad illud versum 5. 1329. 'Nam transversa feroc exhibant d. adact.' sic Horatius junxit cum eodem casu verbum evagari, *Od. 4. 15. 9.* 'et ordinem Rectum evaganti frena licentis Injecit.' Nunc ad Thucyd. sic igitur ille: *Καὶ ἐτίει ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιο, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμευε, &c. i. e.* 'Et si quis ex maximis illis morbi doloribus incolumis et victor discessisset, at extremorum ipsius membrorum obsessio magnas superesse morbi reliquias significabat,' &c. *Lamb.* *Διεξίει δὲ διὰ παντός τοῦ σώματος ἄσθεν ἀρξάμενος τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον Ἰβροθὺν κακόν*: v. 1148. *Πρὶν εἶπε, caput incensum, ἢ. καὶ ἐτίει ἐκ τῶν μεγίστων (καθόσον δηλονότι Schol.) περιγένοιο, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμευε, κατέσκηπτε γὰρ καὶ εἰς τὰ αἰθεῖα, καὶ εἰς ἄκρας χεῖρας, καὶ πόδας. καὶ πολλοὶ στερησάμενοι τοῦτων διέφυγον, εἰσι δὲ αἱ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν.* *Thucyd. Creech.*

1204 *Exierat*] I. e. vitaverat, evaserat, ut et mox 1215. 'Aut procul abilliebat, ut acrem exiret odorem.' *Hav.*

Tamen in nervos huic morbus] *Thucydides*. *Κατέσκηπτε γὰρ καὶ εἰς αἰθεῖα, καὶ εἰς χεῖρας, καὶ πόδας.* i. e. 'Impetum enim faciebat in partes genitales, et manus, et pedes.' *Lamb.*

1206 *Et graviter partim, ἢ.*] I. e. et metuentes mortem, partim vivebant sine parte virili, partim sine manibus, partim sine pedibus. *Thucyd.* *καὶ πολλοὶ στερησάμενοι τοῦτων διέφυγον* i. e. 'et multi his corporis partibus privati mortem effugiebant.' Sed existimat *Petrus Victorius* lib. 85. Variar. lect. cap. 8. *Thucyd.* sententiam non satis esse assecutam *Lucretium*, neque recte interpretatam: quia (inquit) dicat *Lucretius*, quosdam hoc morbo correptos, cum mortem valde metuerent, vixisse, et mortem effugisse, posteaquam ferro privati fuissent parte virili, aut manibus, aut aliis membris, in quæ membra vis illius

morbi forte [irrupisset atque invasisset: adhibito videlicet chirurgo, qui partes illas affectas exsecaret: de qua re tota nullum a Thucydide verbum fieri. sic ille. Ego vero arbitror et Lucretium Thucydidis sensum acutissime perspexisse, et P. Victorium, cui aliter visum est, hic vehementer errasse: quod item alibi ei, ut homini, sæpe usu venisse alias ostendam. Sed nunc hoc quod est in manib. videamus: illa alias. Verba igitur Thucyd. hæc sant, καὶ πολλοὶ σπερσκομένοι τοῦτω διέφευγον, &c. Ego autem dico, horum verborum eam ipsam sententiam esse, quam Lucretius expressit, nisi quod id, quod brevius a Thucydide dictum est, et idcirco fortasse obscurius, Lucretius uberius, et ita planius explicavit. Nam cum dicit Thucydides, multos, dum his membris privantur, mortem effugisse, nihil aliud significat, quam eos mortem metuentis, adhibito chirurgo, qui scalpello partem illam affectam præcideret, periculum effugisse, et vixisse: participium enim σπερσκομένοι hoc valet, 'patientes se privari a medico, seu chirurgo,' &c. et διέφευγον, i. e. effugiebant, metum includit. nam qui periculum effugit, intelligitur fugisse: quisquis fugit autem, metuit. *Lamb.*

1208 Nonnulli] Partim. *Lamb.*

1209 Et perdebant lumina partim] Thucyd. Εὐὶ δὲ οὐ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, i. e. 'Sunt et qui oculis privati manebant in vita.' *Lamb.*

1210 Metus his incusserat acer] Ita omnes libri, manu formisque descripti. Lambinus tamen, *incesserat*. Gifan. in ed. priori.

Usque adeo mortis, &c.] Sic videtur hic versus restitui posse, levi immutatione facta, nempe ex *incesserat* (quo modo habent libri omnes et manuscr. et typis excusi) facto *incesserat*: quod probabat Auratus. sic sup. cod. lib. 28. 'vel gravis ignis Impetus incessit.' Sed, si liceret, malletm ita

reponi, nimirum verbis in suam ordinem restitutis, *Usque adeo incensus mortis metus his erat acer.* usque adeo acer (inquit ἐνφωσμησανῆς) his erat incensus, i. e. injectus mortis metus: usque adeo acriter mortem extimescebant. Cum ita jam bis edidissem, dico, *His incesserat acer.* Zoilus maluit legi, *Usque adeo mortis metus his invaserat acer*, nimis longo ab antiqua scriptura intervallo. *Lamb.*

Metus his invaserat acer] Sic restitui; cum in vet. libris sit, vel, *invaserat*, vel, *inuserat*. Vide Indicem. Vulgati, *invaserat*, ut vet. libri. Lambinus, *incesserat*. Gifan. edit. altera. At vero, quam constantem libri optimi retineant *invaserat*, miram interpretes non vidisse positum pro *invaserat se*, vel *incensus erat*, cujus locutionis plura passim apud Lucretium exempla sunt; sic itaque lego cum Doctiss. Gronov. Obs. 2. 7. metus autem mortis *invaserat se*, uti 'incutere amorem' 1. 20. et 928. 'tremorem' 6. 502. 'morbos' 6. 772. *Hav.*

1211 Atque etiam quosdam cepere oblitia] Thucyd. Τὸς δὲ καὶ λήθη δάμνασε παραρτίκα ἀναστάντας (ἠγνώσαντες ex Schol. Creechius addit.) τῶν πόντων ὁμοίως, καὶ ἠγνώσαν σφῆς τε ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἐπιτηδέλους. i. e. 'Nonnullos autem cum e morbo convalescent, et e lecto surrexissent, statim omnium peræque rerum oblitio capiebat, necnon et se ipsos, et familiareis, ac necessarios suos ignorabant.' *Lamb.* Inquiri causam ejus rei Camerarius Problemate 7. Parte 4. Facis Crit. pag. 11.

1212 Inhumata] Ἀραφα, seu ἄραφρα, 'insepulta.' *Lamb.*

1213 Jacerent supra corporibus] I. e. cum multa corpora superjacerent corporibus, ut intelligamus, verbum compositum esse divisam. *Lamb.*

1213 Jacerent corpora supra corporibus] I. e. Superjacerent corpora. Vide inf. 1264. 'Exanimis pueris

super exanimata parentum,' &c. Fab.

1214 *Tamen alitum genus*] Thucyd. Τὰ γὰρ ἄρνεα, καὶ τετράποδα, ὅσα ἀνθρώπων διατρεταί, πολλῶν ἀνθρώπων γενομένων, ἢ οὐ προσέει, ἢ γενομένα διεφθάρητο, &c. i. e. 'Aves enim et quadrupedes, quæ carnem humanam tangunt, cum multa corpora jacerent inseulpta, aut ad ea non accedebant, aut ei gustarant, interibant.' Lamb.

1215 *Ut acrem exciret odorem*] Sic restitui, reclamantibus libris omnibus, in quibus legitur *exciret odorem*: *exciret odorem* enim dixit, pro declinaret, effugeret, ut supra docuimus, vs. 1203. 'Profluvium porro qui tætri sanguinis acre Exierat,' &c. sic et Propertius hoc verbum cum accusandi casu conjunxit, Eleg. 3. 3. 59. 'Curve suos fineis altum non exeat æquor.' quamquam non videtur Propertius in eandem significationem usurpasse, neque ab eadem re translulisse. Lamb. Ita hunc locum restitueram, ut et alia multa, cum in eadem sententia posterius Lambinum etiam comperi. Vulgati: *exciret*. Gifan. in utraque ed.

1217 *Illis solibus*] Sic habent quatuor libri manuscr. quibuscum congruunt vulg. Veneti antiqui et Parisiens. *Solibus* autem interpretor diebus. sic Persius Sat. 5. 41. 'multos consumere soles.' fuit tamen cum putarem legendum, *Temere illis ulla diebus*. sed hæc certior ac tutior lectio est. Ceteri tamen vulg. habent *sedibus*, et ita videtur legisse Macrobiani corrupta esse puto. Thucyd. Τῶν μὲν τοιούτων ἑρίδων ἐπίλειψις σαφὴς ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑπάρητο οὐτε ἄλλως οὐτε περὶ τοιούτων οὐδέ. i. e. 'Tantum quidem avium pœnuria manifesta erat, neque alibi comparebant, neque circa ulla talia cadavera.' Lamb. Sic vet. omnes libri. Marullus, et vulg. fere, ut et in Macrobio, *sedibus*. Gifan. Viz. Diebus: Macrobianus olim *sedibus*, at voci *noctibus* in sequenti versu

Delph. et Var. Clas.

mellius respondet vox *solibus*, quamvis alii legant *noxia secla ferarum*. Creech.

1218 *Nec noctibus*] Sic restitui, seculis obscura antiquæ scripturæ vestigia. Nam libri manuscr. habent partim *nec noctia*, partim *nec noctis*, quibuscum consentiunt nonnulli vulgati. Sententia autem hujus loci plana est. 'Nec temere' (inquit) i. e. non fere, seu raro admodum 'illis solibus,' i. e. illis diebus, et sole lucente, avis ulla comparebat, nec 'illis noctibus' feræ exibant e silvis. Lamb.

Nec nocti secla ferarum] Ita restitui. In veteribus, fere, *noctis*. Lambinus: *noctibus*. Marullus, et vulg. *nec tristia secla*. Gifan. *Noxia* quoque magis amat Rutgers. V. L. 4. 1. venustior tamen illa Lambini est oppositio, cujus lectionis vestigia Mss. servant. Hav.

1220 *Cum primis fida canum*] Thucyd. Οἱ δὲ κύνες μᾶλλον ἀίσθησιν παρῆχον τοῦ ἀποβαλοντος διὰ τὸ συνδιαστᾶσθαι. i. e. 'Canes autem propter contubernii et victus societatem sensum mali ingruentis magis præbebant.' Lucret. 5. 862. 'Et levisomna canum fido cum pectore corda.' Lamb.

1221 *Ægre*] Ita correxi. ex Mss. extorquebatur enim vi morbi, ut versu seq. dicit. Virg. 12. 952. 'Vitaque cum genitu fugit indignata sub umbras.' Hav.

1223 *Incomitata rapi*] Rapiebantur funera, non solemniter et pompa dacebantur. non enim propinqui, neque amici, suorum corpora ad rogum prosequiebantur: sed aut passim insepulta jacere patiebantur, aut in alienum rogum temere conjiciebant. 'incomitata,' i. e. non comitata, *παθητικῶς*. Lamb. Non agnoscit Thucyd. Creech.

1224 *Nec ratio remedi communis*] Thucyd. Ἐθνήσκον δὲ οἱ μὲν ἀμελεῖα, οἱ δὲ καὶ τῶν θεραπευόμενων ἔν τε οὐδὲ ἐν κατέστη ἵαμα, ὡς εἰπεῖν, ὅτι χρῆν προσ-

Lucret.

5 Q

φάρμακον ἀπέλειθ'. i. e. 'Moriebantur autem alii incuria, alii etiam cum studiosè curarentur, nullumque fore certum fuit remedium, quod adhibitum profuerit.' Lamb.

1225 *Nam, quod aliis dederat*] Thucyd. τὸ γὰρ τῆ συνουσίᾳ, ἕλλον τοῦτο ἔβλαπτε. i. e. 'Nam quod alicui profuerat, hoc alii nocebat.' in voce *aliis*, quæ est in hoc versu, dnm vocales *ii* habentur pro una syllaba. quidam libri tamen habent *ali*, in numero singulari, unico *i*, a recto *alis*. Quod igitur aliis, aut alii dederat licere, τὸ ἐξῆσαι, i. e. licentiam, seu ut liceret volvere in ore vitaleis auras, h. e. animam e cælo ducere, et spirare, et cælum adspicere; hoc erat aliis exitio. Lamb.

1226 *Et cæli templa tueri*] I. e. et lucem intueri: ἀρῶν φῶς ἡλίου. sup. 3. 64. 'Et sæpe usque adeo mortis formidine vitæ Percipit humanos odium, lucisque videndæ;' &c. Virg. *Æn.* 4. 451. 'tædet cæli convexa tueri.' Lamb.

1227 *Ætris auras volvere*] Uno verbo, vivere est. Faber.

1228 *Illud in his rebus miserandum, &c.*] Δεινότερον δὲ παντὸς ἦν τοῦ κακοῦ ἢ τε ἀθυμία, ὅτις τις ἀσθεντο κέμων (πρὸς γὰρ τὸ ἀνέλκιστον εἶδος τραπέμων, τῇ γρήμῃ, πολλῆ μᾶλλον πρόβητο σφᾶς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντίχων) καὶ ὅτι ἕτερος ἀπ' ἑτέρου θεραπεύει ἀναπιπλάμενοι, ὅσπερ τὰ πρόβατα ἐθήσκον καὶ τὸν πλείστον φόβον τοῦτο ἐνεποίει. i. e. 'Omnium autem malorum hoc erat gravissimum, et maxime horrendum, et quod, simul atque aliquis se a morbo correptum esse sentiebat, de sua salute desperabat, animumque despondebat: (omni enim sæpe salutis orbat, multo magis sese projiciebant, ac negligebant, neque durabant, aut resistebant:) et quod alter ab alterius curatione malum contrahentes, tanquam pecudes, moriebantur: atque hoc quam plurimis interitum afferebat.' Hanc Thucydidis sententiam octo versibus expressit Laeret. quod

ostendemus minutatim. Lamb.

1229 *Errunabile*] Errunnosum. Lamb.

Quod se quisque videbat *Implicitum morbo*] Thucyd. Ὀνέρε τις ἀσθεντο κέμων, 'Ubi se morbo implicitum atque impeditum sentiret.' Lamb.

1230 *Morti damnatus ut esset*] Ut si jam Orco addictus esset. Itaque 'ut' pro quasi: non temere alibi. Faber. Apud Horatium quoque (indice Rutgersio V. L. 4. 1. juxta quem locum interpunximus) *Serm.* 1. 3. 15. 'Decies centena dedisses.' i. e. si dedisses. Hev.

1231 *Deficiens animo mæsto cum cordis*] Thucyd. ἀθυμία, animi contractio, et desperatio. Lamb.

1232 *Quippe etenim, &c.*] Ordo est: Quippe etenim contagia morbi avidi non cessabant alios ex aliis *apisci*, i. e. adipisci et corripere. Thucyd. ἕτερος ἀπ' ἑτέρου θεραπεύει ἀναπιπλάμενοι, 'alter ab alterius curatione morbum contrahentes.' Lamb.

1235 *Lanigeras tanquam pecudes*] Thucyd. ὅσπερ τὰ πρόβατα ἐθήσκον, i. e. 'tanquam pecudes moriebantur.' Admonet me hic locus, ut eruditi cujusdam juvenis conjecturam, quam mecum nuper communicavit, de Plinii verbis, quæ leguntur 7. 3. referam. Sic autem Plin. 'In eadem Africa familias quasdam effascinantium Isigonus et Nymphodorua esse tradunt: quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriuntur infantes.' Quod igitur alii quidam docti viri putant, *probata* Græcam vocem esse, pro *pecudibus* aut *ovibus* a Plinio positam, juvenis ille acerrimo ingenio præditus, arbitratur hæc Plinii verba esse corrupta, legendumque hoc modo, *interant probata arescant arbores*. probatas autem arbores intelligit, quæ in aquis non putruerint. Sic enim Theophrast. ἐξῆρα, ἀ ἐὶ διαθήρεται ἐν ὕδατι. Sed Adrianus Tarnæbus apud Plin. nihil mutandum putat: sicque Plinii verba explicat, *interant probata*, id est,

ea quæ laudata ab illis familiis fuerint, quasi fascinata: proferturque in hanc sententiam Virgillii verbum ex Melibæo, seu Ecl. 7. 26. 'Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.' Lamb.

1286 *Idque vel in primis*] Thucyd. καὶ τὸν πλείστον φόβον τοῦτο ἐνεποίη, i. e. 'atque hoc plurimam stragem edebat.' Lamb. Octo sequentes versus obscurius Thucyd. "Ἐταρος ἀφ' ἐτέρου θεραπεύει ἀναγκαζόμενος ὥστερ τὰ πρόβατα ἰθνησκον καὶ τὸν πλείστον φόβον τοῦτο ἐνεποίη. Ἐστρε γὰρ μὴ θέλωσι δεδογτες ἀλλήλους προσίεναι, ἀπώλωστο ἔρημοι, καλοὶ οὐκ αὐτοὶ ἐκασθῆσαν ἀπορία τοῦ θεραπεύεσθαι. Rectius autem mutetur horum versuum ordo: Quippe etenim nullo, &c. Ex aliis aliis avidi, &c. *Idque vel imprimis cumulabat*, &c. Creech. Mutavimus itaque auctoritate Codd. Lugd. Bat. et ante Creechium idem iudicium fuit Jani Rutgersii V. L. 4. 1. *Hæc*.

1237 *Nam, quicumque suos fugitabant*] Hunc locum (præfiscine præfatus dixerim) felicissime restitui. nam, cum in duobus libris manuscriptis ita scriptum reperissem, *fugitabant, ut se redat agros: in aliis, visere ad agros; in uno vise re ad agros. visere ad agros* reposui, conjecturam meam approbantibus Adriano Turnebo, Joan. Aurato, et multis aliis viris doctis. Ne cui autem insolens videatur ita loqui *visere ad agros*, proferam aliquot ex bonis scriptoribus exempla. Lucretius 2. 260. 'et crebra revisit Ad stabulum, desiderio perfixa juveni.' et 5. 634. 'Propterea fit, ut hæc ad signum quodque reverti Mobilis videatur, ad hanc quia signa revisant.' Ter. Adelp. 5. 6. 1. 'Hæc, ego hinc ad hos provisam.' Idem Hecyra 1. 2. 114. 'nostra illico it visere ad eam.' Idem ibid. 2. 1. 40. 'Quod heri nemo voluit te visentem ad eam intrmittere.' quanquam hic licet ita distinguere,

'te visentem, ad eam intrmittere.' Plaut. Cap. 4. 2. 113. 'Postremo, Hegio, si parva juriurando est fides, Vise ad portum,' A. Gell. cap. ult. libri decimitertii: 'Cum valebo ab oculis, revise ad me.' Idem 2. 26. 'Phavorinus philosophus cum ad M. Frontonem consularem pedibus ægrum viseret,' &c. Hujus autem loci hæc sententia, et hic ordo verborum est: nam, quicumque fugitabat visere ad amicos, et propinquos suos ægro, dum nimium sunt vitæ cupidi, mortisque timentes, hos incuria mactans paulo post *penibat*, i. e. puniebat, seu punibat turpi morte, malaque, desertis atque opis experteis. Thucyd. Ἐστρε γὰρ μὴ θέλωσι δεδογτες ἀλλήλους προσίεναι, ἀπώλωστο ἔρημοι, καὶ οὐκ αὐτοὶ ἐκασθῆσαν ἀπορία τοῦ θεραπεύεσθαι, &c. i. e. 'Nam sive noluisent metu deterriti se mutuo invisere, deserti peribant, multæque domus exinanitæ atque exhaustæ sunt inopia hominum qui curarent,' &c. Lamb.

1237 *Visere ad agros*] Ita rectissime Lambinus. Quod et nostris libris confirmatur expresse. Vulg. *ut sit ad agros*. Gifan.

1239 *Penibat*] I. e. punibat. hujus loci restitutionem debemus Adriano Turnebo: qui cum animadvertisset in lib. manuscr. esse scriptum *penibus at*, valde *ἐβρόχως penibat* legendum esse vidit. 'penibat' autem dictum pro punibat, *a* pro *u*, more veteribus usitato. sic a 'Pœnis' Afris, 'Punicas, a, um: 'pœna, 'punicus: 'mæri, 'mari.' de quibus sup. 926. 'excesor mærorum.' Lamb. Sic Turnebus, *ἐβροχόρατα*. Marullius, et Vulgati, *Panibet, at*. In vet. fore, *Panibus at*. Gifan.

1241 *Qui fuerant autem præsto*] Thucyd. ἔστρε προσίεναι, διεφθελουτο, i. e. 'sive ad suos accederent, interibant.' Lamb.

Contagibus ibant] I. e. contagiis obibant, seu interibant. *ibant, φχορτα*.

sic sup. 3. 525. 'cernimus ire.' Lamb.

1242 *Pudor quem tum*] Quem laborem tum cogebat obire, i. e. adire, seu subire pudor. Thucyd. *Διχόρη γὰρ ἠρείδουν σφῶν αὐτῶν, εἰσὶόντες παρὰ τοῦ φίλου*, i. e. 'Pudore enim affecti sibi haudquaquam parcebant, ad amicos suos adeuntes.' Lamb.

1243 *Blandaque lassorum, &c.*] Et quem laborem cogebat subire vox blanda ægrorum cum querela conjuncta, &c. Thucyd. 'Ἐπεὶ καὶ τὰς διαφορσεις τῶν ἀπογεγομένων τελευτῶντες καὶ οἰκίαι ἐξέκαμον, ἐπὶ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικῶμενοι. i. e. 'Nam et querelis pereuntium tandem etiam propinqui et domestici succumbebant ac cedebant, mali magnitudine victi.' Lamb.

1244 *Optimus hoc leti genus*] Καὶ μάλιστα οἱ ἀρετῆς μεταποιούμενοι, i. e. 'maximeque peribant viri boni, et virtutis studio dediti.' Lamb.

1245 *Inque aliis alium populum*] I. e. et cum certarent ac contenderent suorum mortuorum turbam in alia familia, vel inter dissimilibus tribus, aut municipii homines sepelire, &c. *populum* fortasse dixit, quem Græci *ἄμμον* appellant. Lamb.

Inde aliis alium populum sepelire suorum Certantes, &c.] Legendum omnino est, *Inque aliis alium populum sepelire, &c.* Verborum enim consecutio hæc esse debuit: 'alii in aliis, alius porro in aliis populum,' seu 'ingentem multitudinem, suorum necessariorum, familiarium, sepelire certantes, lacrymis lassi luctuque redibant.' Faber. Faber, *Inque aliis alius, &c.* Verborum enim consecutio hæc esse debuit. 'Alius in aliis, Alius porro in aliis populum, seu ingentem multitudinem suorum necessariorum, familiarium sepelire certantes, lacrymis lassi luctuque redibant.' Breviter Thucyd. 'Ἐπεὶ καὶ τὰς (πρὸς τὰς Schol.) διαφορσεις τῶν ἀπογεγομένων τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκίαι ἐξέκαμον, ἐπὶ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικῶμενοι. Creech.

1247 *Inde bonam partem*] Cum is libris manuscr. scriptum reperissem, *Inde bonam partem*, et ita habeant cod. Parisienses: hanc lectionem potius, quam vulgatam *bona ex parte*, secutus sum: quæ substituta videtur ab iis, qui veram non intelligerent. Atqui sic loquuntur boni scriptores. Lucret. sup. 3. 64. 'Non minimam partem mortis formidine aluntur:' et inf. 1257. 'Nec minimam partem ex agris ægor is in urbem Confluxit,' &c. ut quidem legendum censet Bosius. et M. Tull. offic. 1. 'Maximam partem ad injuriam faciendam agrediuntur nonnulli,' &c. Lamb. Ita vet. libri, rectissime. Vulg. *bona ex parte in lectum*. Gifan.

In lectum] Quidam libri manuscr. habent *in lectum*, quidam *insectum*: quod videtur depravatam ex vera lectione *in lectum*; vulg. *in lectum*: quos non sum secutus. *dabantur in lectum* autem, i. e. (ut loquitur Hor. Sat. 1. 1. 81.) 'affligebantur lecto,' quod est decumbere in lecto cogebantur. Lamb.

1250 *Armentarius*] Qui armentis præest, ut bubulcus. Lamb.

1251 *Et robustus item curvi*] Sup. 5. 931. 'Nec robustus erat curvi moderator aratri.' Virgil. Pollicone, sen Ecl. 4. 41. 'Robustus quoque jam tauris juga solvet arator.' Lamb.

1252 *Casis contrusa*] In casis coniecta et coarctata, Thucyd. *ἐν καλύβας διασπέρων, &c.* Lamb. Rare viz. supra, 1137. *funestos reddidit agros*: Et Lambinus frustra adducit ista Thucyd. verba *ἐν καλύβας διασπέρων*. Creech.

1253 *Dedita morti*] Nonnulli Hb. vulg. habent *tradita morti*. Lamb.

1254 *Exanimata pueris super*] Super exanimis pueris, *ἀναστροφῆ*, ut tertio ab hinc versu 'Matribus et patribus natos super edere vitam.' Lamb.

1255 *Retroque*] Et contra. Lamb.

1257 *Nec minimam partem ex agris ægoris in urbem Confluxit*] Ita vet.

libri; ut sit antiptosis. Male Marullus, *minima pars*; et Lambinus, *minimam partem*. In quibusdam libris, etiam: *maroris*. Quod ex Glossa irrepsit. *Gifan*.

Nec minimum partim] Thucyd. 'Ἐπίσει δὲ ἀπὸ τοῦ μᾶλλον πρὸς τῷ ἀπέρχονται πόνου, καὶ ἡ συγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ ἔσθην, καὶ οὐκ ἦσαν τοὺς ἐπιπέδοντας. i. e. 'Præter malum autem, quo in præsens tempus laborabant Athenienses, magis eos pressit agriculturalium multitudo ex agris in urbem conveniens: eaque ipsa collecta multitudo iis qui in urbem advenerant, non minus erat infesta atque exitialis.' Cum in omnibus libris manuscriptis scriptum reperissem, *Nec minimam partem ex agris*, &c. et ita in nonnullis vulg. pro eo, quod est in aliis vulg. *Nec minima pars ex agris*, &c. ego quod ad hanc priorem versus partem attinet, reposui, *Nec minimum partim*, &c. quod autem ad posteriorem, quæ sic legitur in vulgatis, *Ex agris maroris in urbem*, &c. in manuscriptis vero, *Ex agris agroris in urbem*, &c. ego libros manuscr. secutus sum, quamvis ne hanc quidem lectionem admodum probem. Sed ea tamen, qualiscumque sit, tolerabilior est, quam vel illa altera vulgata, *Nec minimam partem ex agris maroris in urbem*, &c. vel antiqua, *Nec minimam partem ex agris agroris in urbem*, &c. nam 'agroris minimum,' Latine et usitate dictum est. Cetera in hoc versu, quo modo eam edidimus, tolerabilia sunt. 'minimam partim agroris' autem, seu 'maroris' vero, non potest cohæreere cum verbo 'confluxit,' quod sequitur proximo versu. Nihil magis ea scriptura, quæ est in cod. Florentinis, *Nec minima pars ex agris maroris in urbem*, ferri potest, primum, quia pes secundus, jambus est, cum dactylus aut spondeus esse debeat: deinde quia perspicue contra omnium veterum librorum auctoritatem factum est, sive a Navagerio, sive a Marullo, sive

a Póntano. sive ab aliquo alio, quisquis sit ejus auctor, *minima pars*, ex *minimam partem*, idque nimis remote ab antiqua scriptura, apte quidem ad sententiam et elocutionem, sed inepte ad versum, ut diximus. Jam vero neminem movere debet, quod *partim* semel ponatur. hoc enim usitatum est tum bonis scriptoribus, tum ipsi T. Lucretio, et M. Tull. Lucret. lib. 5. 950. 'Et partim plano scaterere atque erumpere campo.' M. Tull. Verr. Statuæ in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris. 'partim' enim idem valet quod ex aliqua parte. Præterea cum in duob. lib. manuscr. offendissem ita scriptum, *Nec minimum partem ex agris agroris in urbem*, &c. pro eo, quod est in aliis, *Nec minimam partem ex agris maroris in urbem*, &c. orta que mihi esset ex ea varietate mendi suspicio, venit mihi continuo in mentem, vocem *maroris* non satis quadrare, et legendum potius *agroris*: qua voce etiam supra usus est, vs. 1130. 'Etiam pecubos balantibus agror.' Sic igitur mihi et olim in duabus editionib. hic versus legendus visus est, et nunc item in hac tertia videtur. Non celabo lectorem tamen Simeonis Bosii, amici mei, sententiam, quæ talis est: nihil hic esse mutandum, nisi quod ex voce una *agroris*, duæ sunt faciendæ, ut sic legatur, *Nec minimam partem ex agris agror is in urbem Confluxit*, &c. *Nec minimam partem* autem, i. e. nec minima ex parte: de quo genere alibi diximus, et infra mox dicemus. Sic igitur Bosius. a quo difficile est, in re tam aperta, dissentire. Unum me suboffendit, harum vocum *agris agror is*, concursus, aliquanto meis quidem auribus asperior ac durior. Quid si cetera Bosio assentientes dicamus legendum *agros* pro *agror*, qualia sunt 'colos,' 'vapos,' 'labos,' &c. pro color, vapor, labor, &c. vel *agror hic in urbem*? Ego nihil affirmo. sed judicet lector. Zollus

legit *algoris*, in patrio casu, ut sit vox integra: et *minimam partem* retinet, ut positam intelligamus pro *minima pars*, per antiphrasin, inquit, festivum grammaticum. Et audes, cœnum, tuis inquinatissimis et furacissimis manibus Lucretium et simileis scriptores tractare? Lamb. Ita edit. Lamb. ut sit *minimus ægroris*, minima pars morbi; sed Gifanius ex vet. lib. *Nec minimam partem ex agris ægroris in urbem Confluxit*. Verum non animadvertit esse in oratione solecismum *ἀνωλόγητος*; non quidem in [*minimam partem*] est enim elegantissimè dictum, *κατὰ*, &c. sed quia, si legas *ægroris*, τὸ 'confluxit' casum suum non habebit. Itaque Simeonis Bostii V. Clariss. conjecturam unice probo, qui legit, *ægror is in urbem conflavit*: is morbus, &c. Notum enim est τὸ R producere syllabam solere; cuius rei apud utriusque linguæ scriptores exempla sunt. Fab. Mellius *Nec minimam partem ex agris ægror is in urbem*: Ita vs. 1180. 'Pecubus balantibus ægror.' 'Ἐπίσει β' ἀντοὺς μᾶλλον πρὸς τῷ ἐπαρχεῦσι πέντε, καὶ ἡ συγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ ἔστυ, καὶ οὐκ ἦσαν τοῦ ἀκαθάρτου, οὐκ ἔνθα οὐκ ἐπαρχεῦσιν, ἀλλ' ἐν καλῆβαις πνευμαῖς ἐρη ἔτους διασωμένω, δ φθίρος ἐγένετο οὐδὲν ἀσμου, ἀλλὰ καὶ νεκροὶ ἐπ' ἀλλήλους ἔκωτο. Thucyd. Crecol.

Nec minimam partem ex agris ægror is in urbem Confluxit] Ita Bosius, moneute Fabre. *Ægroris* voce quoque utitur Seneus Sammonicus. Hinc explicandus Suetonii locus in Tiberio cum dicit [cap. 11. nempe] voluisse eum 'invisere, siquid ægrorum in civitate esset Rhodiocum,' i. e. ægritudinem. Dicuntur enim et urbes ægrotare. Hec vocabulum non intellectum fecit, ut in quibusdam libris substitutum sit *mororis* pro *ægroris*. Ita quoque 'vanor' pro vanitudine. Seneca epist. 86. [Respicit verba, crede, quas in aliis ita se habent: 'Dicam quid sit, ex quo veniat hic error.']

Pari ratione 'tetror' pro tetritate, seu tetritudine, dixit Hor. 1. Ep. Penult. 13. 'Exiguæque tegæ simulet tetrorre Catonem.' 'Tetror,' a tetrandō. Nonius: 'Tetret, sædet, postulat. Pacuv. Pæribæa: 'Beluarnam ac ferarum adventus ne tetret loca.' Is. Vos.

1200 *Omnis condebant loca*] Ita libri vet. et vulg. Lambinus: *complebant*. Vide Indicom. Gifan.

Omnis complebant] Sic legendam, non *condebant*. Atque, ut magis credas hoc mendam natum esse ex errato librariorum scriptorum, in uno libro manu scripto reperit scriptum *condebant*. i enim pro *l* sæpe ponebant scriptores illi inducti, et contra *l* pro *i*. Thucyd. Οὐκ ἔνθα οὐκ ἐπαρχεῦσιν, ἀλλ' ἐν καλῆβαις πνευμαῖς ἐρη ἔτους διασωμένω, δ φθίρος ἐγένετο οὐδὲν ἀσμου, ἀλλὰ καὶ νεκροὶ ἐπ' ἀλλήλους ἀκαθάρτους ἔκωτο, καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις ἀκαθάρτοις. I. e. 'Cum enim domus eïs non suppetere, sed in tugurils aère et veuto carentibus propter anni tempus habitarent, fœda hominum strages sine ullo ordine edebatur, moribundique moribundis acervatim accumulati jacebant.' Repertur etiam hæc lectio in quibusdam lib. vulg. *Omnis complebant loca tactis*: de qua scriptura judicet lector. ego quidem mendosam esse arbitror. Quod autem δ *κονώτης condebant* retinet, digna patrono lectio. Lamb.

Quo magis eos tum] Ita Lambinus. In veteribus libris, *magis æstus*. Vulg. et Marullus, *æstus*. Sic et sup. vs. 401. Gifan. Cum omnes libros et manuscr. et typis excusos animadverteterem ita habere, quo magis æstus, præter Florentinos, in quibus legitur quo magis æstus: ego sic reposui, Adriano Turnebo approbatore, atque adeo auctore. depravit autem principio hunc locum scriptor librariorum, cum scripsit *æstus*, s pro *n*. deinde alius ex *z* fecit *s*, et scripsit *æstus*: ex quo factum est postea *æstus*: que madmo-

dum supra hoc eodem libr. ex duabus vocibus *cas tum*, ostendimus factum esse *casum*. Sententia autem hujus loci restituti plana est. quo magis (inquit) id est, propter quam causam magis eos sive agricolas, sive urbanos, sive utrosque tunc ita confertos, vel (ut alii libri habent) *infectos*, mors æcervatim accumulabat. quæ sententia cum verbis Thucyd. consentanea est. Sic enim ille: ἀλλὰ καὶ νεκροὶ ἐπ' ἀλλήλους ἀποθήσκοντες ἕκαστος, i. e. 'sed etiam mortui alii aliis accumulati morientes jacebant.' Hanc quoque emendationem tacitus probat δ' ἐπὶς ἡμῶν ἔχω, καὶ ἑδωκανος. Lamb.

Quo magis eos tum confertos] Ita Lambinus. Alii, Quo magis æstu confertos. Utraque lectio ex ipsis Thucyd. verbis modo adductis probari potest. Creech. Quam igitur utrumque ex Thucydide probari possit, tutius Mas. sequi vestigia pressa. æstu quoque maluit Ratgersius V. L. 4. 1. Quia imo mihi integer locus ita ut edi jussi legendus videtur: Omnis complebant loca tactaque, quo magis æstu confertos ita accervatim, &c. Hav. Tarnebus tamen, idem ille, cujus auctoritatem Lambinus hoc loco pro se commemorat, veterem scripturam: quo magis æstus, aliquando prætulit, locus enim me effugit; nimirum ut hæc sit credo, constructio: 'Quo magis æstus' h. e. aër pestilens, 'complebat omnia, ita mors accumulabat,' &c. Quo certe nihil simplicius. Preig.

1262 Multa siti prostrata, &c.] Καὶ ἐν ταῖς ἰδοῖς ἐκαλυδοῦντο, καὶ περὶ τὰς κρήνας ἀνέσταν ἡμιθῆτες, τῆ τοῦ θάνατος ἐπιθυμίᾳ. Thucyd. Creech.

Viam per] Per viam, ἀναστροφῆ. Thucyd. ἐν ταῖς ἰδοῖς ἐκαλυδοῦντο, i. e. 'in viis volutabantur.' Lamb.

Proque voluta] Et provoluta, timoris: ut 'seque gregari,' 'inque pediti,' 'perque plieatis,' 'disque supatis,' et sexcenta similia. provolvere autem est palam et in loco publico volvere, vel porrotenus volvere. Ter.

Andr. 4. 5. 37. 'Ni puerum tollis, jam ego hunc in mediam viam Provolum.' Lucret. 2. 469. 'Provolve simul ut possint, et lædere sensus.' Lamb.

1263 Silanos ad aquarum] Ad fontibus, ad aquarum tubos, sive salientibus, sive scatebras, sive fistulas, e quibus erumpit aqua: κρουνοὺς appellant Græci. Atque ita hanc vocem Latinam interpretatam reperi in vocabulario Latino-græco, cujus mihi copiam fecit Cl. Putemans: Silanus (inquit) κρουνοῦς. Festus: 'Tullios alii dixerunt esse silanos, alii rivos, alii vehementer projectionis sanguinis arcuatim fluentis: quales sunt Tiburi in Aniene.' Celsus 3. 18. 'Confert etiam aliquid ad somnum silanus juxta cadena.' Thucyd. καὶ περὶ τὰς κρήνας ἀνέσταν. i. e. et ad omnes fontibus, &c. Lamb. Tubos, aquarum canales, salientes. Qui linguis orientales callent, vocem esse mere Arabicam aiunt. Faber. Κρήνας Thucyd. Hyginus fab. 169. 'Naptanus compressit Amymonem, pro quo beneficium ei tribuit, jussitque ejus fuscina de petra educere, quam cum eduxisset, tres Silani sequenti sunt, qui ex Amymones nomine Amymonis fons appellatus est.' Celsus 3. 18. 'Confert etiam aliquid ad somnum Silanus juxta cadena.' Creech.

1264 Interclusa anima] Spiritu intercluso, atque extincto. Lamb.

Nimis ab dulcedine aquarum] Thucyd. τῆ τοῦ θάνατος ἐπιθυμίᾳ, i. e. 'aqua cupiditate.' Lamb.

1265 Per populi passim loca] 'Per loca poplica,' seu publica. Lamb.

Prompta] Aperta, et in promptu posita. Lamb.

1267 Pædore] Pusore ac fænore ex illavie, et angustiis locorum, et mænore, et ægritudine contracto. M. Tull. Tuscul. 3. 'Detestabilia genera lugendi, pædiores, muliebres lacerationes genarum,' &c. Lamb.

Pennis cooperta] Non vestibus niti-

dis amicta, sed pannis laceris ac sordidis obsita. *βδνα* appellant Græci. Terent. Eunuch. 2. 2. 5. 'Video sentam, squalidum, ægram, pannis, annisque obsitam.' Lamb. Nam pauperissimi rustici sese in urbem receperant. Creech.

1268 *Pellis super ossibus*] Sic Virg. Menalca 3. 102. 'Vix ossibus hærent.' pellis (inquit) sola super ossibus, subintell. erat. vel 'super' pro superat, Græcorum more, qui utuntur interdum præpositionibus pro verbis, ut *πέρι, παρά, ἐν, ἐν, pro νεπεσσι, πρόπεσι, ἐπεσσι, ἐπεσσι*. quidam vir doctus legendum censet *pellis*, in sexto casu. Lamb.

Super una] Sola restans. Faber.

1269 *Viceribus cæcis*] Hanc puto esse verissimam scripturam, ex veteribus quibusdam libris. In quibusdam libris, *Viceribus*; mendose, ex mala pronuntiatione. Ait assumpta viscera omnia, solum pellem et ossa restare. *Ulceribus tetricis*, Lambinus, ut sup. 4. 926. *Gifan*.

Ulceribus lætris, &c.] Ordo et sententia est: propemodum jam sepulta, nempe pellis, lætris ulceribus, et sorde, seu sordi. 'sepulta,' i. e. cooperata et obducta. sic autem excudendum curavi, non *sepultis*, secutus codicum manuscriptorum auctoritatem. Præterea *ulceribus* reposui, admonitus a duobus codicibus item manuscriptis, in quibus scriptam reperi *viceribus*, suspicatus a librariis ita scriptum esse pro *ulceribus*, i pro *l*. sed non displicet mihi tamen Turnebi conjectura et sententia, qui servata vulgata scriptura in voce *sepultis*, reliqua sic legit, *Ulceribus cæcis præpe jam, sordique sepultis*: atque hunc verum sic explicat; *Ulceribus jam præpe cæcis*, i. e. adpectum fugientibus, et non apparentibus propter squalorem, et sordem, et illuviem: verba enim quæ subsequantur, 'sordique sepultis,' declarant vocem 'cæcis.' 'cæcis' (inquit) i. e. sorde et squa-

lore sepultis et coopertis. conjecturam Turnebi adjuvant codices Veneti antiqui. in quibus legitur, *Viceribus cæcus, &c.* Hanc lectionem arripit, sibi que arrogavit Zoilus, quam tamen ei non invidio. sed ingenium et *ἴσος* Zoili demonstro, quamvis satis jam perspectum et cognitum. Lamb.

1270 *Omnia denique sancta*] Thucyd. τὰ τε λέγῃ, ἐν οἷς δευτέρῳ, νεπέων ἡλῆα ἦν ἀποῦ ἐναποθησούμενος: i. e. 'Et templa Deorum, in quibus tabernacula collocant, cadaveribus erant referta, cum ibi immorerentur.' Lamb. Convenerant videlicet ibi, vel ut incubarent sole pro recipienda sanitate, vel quia alibi tam patens locus non esset. Hav.

1272 *Manebant*] *Διετέλειον*, ut sup. Lamb.

1273 *Hospitibus loca quæ*] Quæ loca æditentes, i. e. æditui seu æditimi, complebant hospitibus, i. e. rusticis et agricolis, et τῶν ἐκ τῶν δήμων, i. e. 'hominibus vicaniis,' seu 'ex oppidis Atticis.' Gell. 12. 10. profert hunc locum, his verbis: 'Titus autem Lucretius in carmine suo pro ædituis æditentibus appellat: 'omnataque passim Cuncta cadaveribus caelestum templa manebant, Hospitibus loca quæ complebant ædituentes.' Lamb.

Hospitibus] Intellige rusticos qui in urbem se se receperant: 'ædituentes' autem sunt 'æditui,' *πανόποι.* Faber.

1274 *Nec jam religio Divum*] Thucyd. Τρεψαίσευμένου γὰρ τοῦ κακοῦ, οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔχουσι ἔτι γένοισιν, ἐν ἀδελφείᾳ ἐπρόσωπο καὶ λέγων καὶ δούλων ἡμῶν. i. e. 'Nam, cum vis mali esset immoderata, et vim intolerabilem afferret, homines non habentes quid agerent, aut quo se verterent, templa Deorum et pietatem peræque negligere cœperunt. Lamb.

1275 *Pendebantur: enim, &c.*] Ita interpangendum. Vide Indicem: 'Eaim.' *Gifan*.

Nec jam religio divum, nec Numina magni Pendebantur: enim præsens dolor, &c.] Ita omnino distinguendum, ut in edit. Gifanii; sic quippe ratio incipit ab *enim*; quod Plautus et Terentius factitarant. Est autem hæc ratio, qua fiebat ut 'nomina magni non penderentur.' Nil mirum, inquit, 'enim dolor omnia exuperabat.' Exempli apud Comicos crebra sunt, ut dixi. *Fab.*

1276 *Nec mos ille sepulturæ, &c.*] Thucyd. *Νόμοι τε πρότερον συνεταράχθησαν, οὗς ἐχρᾶντο πρότερον περὶ τὰς ταφάς.* i. e. 'Et leges omnes, quibus antea in sepulchris utebantur, perturbatæ fuerunt.' *Lamb.*

1277 *Quo prius hic populus*] *Cod.* Memmianus habet, *Quo prius hic populus, &c.* quam scripturam probo. Ceteri partim, *Quo pius: partim, Ut prius. prius* autem videtur legendum, non, ut in vulgatis, *pius*: idque Thucydidis verbis intelligere licet, *οὗς πρότερον ἐχρᾶντο*, i. e. 'quibus prius utebantur.' verumtamen licet etiam legere *pius*, ut referamus ad religionem et pietatem populi Atheniensis antiquam atque avitam. Judicet lector eruditus. Omnino *prius* magis consentaneum est cum verbis Thucydidis. *Lamb.*

Ut pius hic populus] Ita ex vet. quibusdam et nostris, et etiam vulg. malim, quam, quod in aliis, *prius*. Multus est Lucretius, in Athenis laudandis. *Gifan.* In al. *prius hic populus*. Fortasse melius: si enim de pietate in deos intelligendum, notum est quid in Act. Apost. et apud Xenophi. de Atheniensibus scriptum sit: si de cura sepulturæ (nam ea apud veteres pars pietatis erat) in eo populo ad superstitionem usque insignis erat. Memineris modo quid Atheniensium imperatoribus evenerit ob corpora eorum insepulta, qui ad Arginusas perierant; et his exemplis plenæ historiæ. *Faber.* Alii,

Quo pius: frustra, nam Thucyd. *Οὗς πρότερον ἐχρᾶντο*. *Creech.* Quod tamen in 'semper' satis includitur. *Hæc.*

1278 *Perturbatus enim totus trepidabat*] Sic habent libri manuscr. non, ut vulgati, *repedabat*. *Lamb.*

Trepidabat] Vulg. *repedabat*. *Gif.*

1279 *Consortem*] *Alias cognatum*. *Lamb.*

1280 *Et paupertas horrida*] Thucyd. *Καὶ πολλοὶ ἐς ἀνασχόντους θήκας ἐπέδποντο σπάνει τῶν ἐπιτηδίων*, i. e. 'Et multi ad sepulchra impudentia conveneri sunt, facultatum pænuria.' *Lamb.*

Suasit] *Tralatio* est. sic lib. 1. 141. 'Sed tua me virtus tamen, et sperata voluptas Suavis amicitia, quemvis efferre laborem Suadet,' &c. *ibid.* 176. 'Viteis anctumno fundi suadente videmus.' ad quem locum plura. Sic Virgil. *Æn.* 6. 276. dixit; 'maleuada fames.' *Lamb.*

1281 *Namque suos consanguineos, &c.*] Hujus loci sententia hæc est: Nam suos consanguineos locabant cum ingenti clamore 'super aliena rogorum extracta:' i. e. super eos rogos extractos; 'qui erant alieni:' i. e. non sui. 'extracta rogorum' autem sic dictum, ut illa 'sæpta domorum,' 'strata viarum,' 'aperta viarum,' 'structa saxorum,' et similia apud eundem: et illa, 'vana rerum,' 'amara curarum,' et similia apud Horatium: quæ notavimus in commentar. Horat. Hujus loci sententiam paullo quidem aliam, sed tamen his verbis exprimit Thucyd. *Ἐπὶ πύρᾳ γὰρ ἀλλοτρίᾳ φθάσωτες τοὺς ἴθυστας οἱ μὲν ἐπιθέτες τὸν αὐτῶν νεκρὸν ἐθήπτον. οἱ δὲ καιομένου ἄλλου ἔπιθεν ἐπιβαλόντες ἀρῆσαν*. i. e. 'Nam in rognm alienum eos antevertentes, qui extruxerant, alii eorum mortuum imponebant, faceisque subdebant: alii, cum alius mortuus combureretur, suo insuper injecto discedebant.'

Quidam tamen hunc Lucretii locum sic explicant : namque super suos consanguineos (rogis scilicet impositos) locabant 'aliena rogorum,' i. e. ras a rogis alienas, i. e. que non solent in rogam conjici. ego priorem explicationem magis probo, quia cum verbis et sententia Thucydidis magis mihi congruere videtur. *Lamb.*

Namque suos consanguineos aliena rogorum Insuper exstructa ingenti clamore locabant] I. e. cum familiaria sepulcra, seu busta, non habebant, corpora suorum imponebant alienis rogis. 'Exstructa rogorum,' i. e. rogi, ut alibi; itaque 'aliena exstructa rogorum,' erant extructiones rogorum alienorum. Sed rō 'insuper' pro simplici super; quod aliis quoque prepositionibus evenit. *Faber.*

1283 *Subdebantque faces*] Subjiciebant facies rogis. Thucyd. ἀφάρτοι. *Lamb.*

1284 *Quam corpora descreverunt*] Quidam legendum censent, *Quam ut corpora descreverunt.* *Lamb.* et *Fab.* Ventum est supreme præscripta ad candida calcis, mi Lector, et Notulas nostras absolvimus; quibus tamen pauxillum quid addere etiam visum est, quod tibi non ingratum fore speramus. Emenda itaque Manilium in extremo l. lib. ubi de hac clade loquitur: 'Qualis Erechtheos pestis populata colonos Extulit antiquas per funera pestis Athenas.' Cætera omitto quæ ex Lucretio adumbrata sunt, id quod studiosi facile advertent; sed in secundo versa neminem vidi qui intelligeret illa funera pestis. Neque vero mirum. Sic itaque legendus uterque est: *Qualis Erechtheos olim populata colonos Extulit antiquas per funera pestis Athenas.* Sed juvat excurre, neque hanc, et spero, veniam denegabis. Sic scribit Gifanius in 'Pestis': 'Qui hac voce pro morbo, quem veteres constantiter pestilentiam vocant, utuntur, barbarissant.'

Ediciones vero basilicas! Hem! barbarissant qui 'pestem' pro 'pestilentia' usurpant. Bene sane: jam Manilium barbarismi manifestum habemus; sed fortasse sæculam Theodosianam a puritate Latini sermonis longius aberat, quam ut inde auctoritas peti debeat. Esto sane. At Justinus tamen Manilio antiquior, in morte Agathocliis describenda (jube afferri librum) ita quoque locutus est. Verum alium auctorem magis idoneum postuleat Gifanius; satis igitur erit Horatius! annuunt. Sic itaque ille Od. l. 21. 13. 'Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem Pestemque, a populo et principe Casare in Peras atque Britannos Vestra motus aget prece.' Hic certe pestis tam pestilentia est, quam famas famas est, opinor, neque tamen barbarissant Horatius, si nobis ita sentire per Gifanium licebit. Et hæc quidem ad calamitatem illam, quam sibi describendam suscepit Lucretius pertinere videbuntur; sed, quam jam dicam, ad Cecropios seu Atticos tantum. Videlicet, ne emendatio pereat, adscribam quod ego in epistola quadam ad Guidonem Patinum Viram Clarissimum, et Regium Medicinæ Professorem nuper scripsi. Apud Hesychiam hæc leguntur: 'ΚΕΚΡΟΠΙΔΑΣ, 'Αθηναίους τοὺς ἀποκιδάδας, CECROPIDAS, Athenienses apocidas.' Hem! Apocidas isti unde terrarum advecti sunt? Sed non est cur in ea re querenda quidquam operæ ponatur, locus non corruptus modo est, sed et mutilus. Lege et supple ΚΕΚΡΟΠΙΔΑΣ, 'Αθηναίους [ἀπὸ Κείροπος] ἢ ἈΠΑΤΕΩΝΑΣ. Cecropidas scilicet, significare Athenienses, a Cecrope, vel etiam significare fallaces; allusione facta ad Cercopas qui ἐδωκεν et κεραιόργος, notissimo proverbio, habebantur, Κεραιόργος ἐργασί. Ac ne quis de emendatione dubitet, ipsemet Hesychius plane et discrete

alibi scripsit *Κέρως, ἀκρωδον, ἢ πύθη-
νος*. Ubi ex illa interpretatione [*πί-
θημος*] lasum fuisse in ea voce per me-
tathesin τῶν κ et ρ cognoscas, ut *καρ-*

τῶς pro *κρατῶς*, *κράδια* pro *καρδία*.
Itaque verbum erit comicum aut Sil-
lographi alicujus. *Faber*.

MULTA in hoc libro præclare dis-
putavit Lucretius, at excidit propo-
sito; neque enim de providentia opi-
nionem, quam oppugnavit totis viri-
bus, concussit: sit omnis meteororū
ratio perspicue declarata, tonitru,
fulgur, fulmen, terræ motus expli-
centur, omnia denique agantur natu-
rali ratione, at nulla unquam sine do-
mino, saltem dominum ipsa natura
non respuit; natura enim est ea bru-
tæ materiæ particularum dispositio,
quæ facit ut isti orientur effectus,
quos vocamus naturales. Illa autem
dispositio, si casu inducta sit, non
refutat, si prudentia sit constituta,
confirmat providentiam. Ita singu-
larum explicationes physicos delectare
possunt, atheos non juvant.


De meteoris autem nemo accura-
tius collegit veterum philosophorum
opinionem, nemo acutius exposuit;
his pauca addiderunt recentiores phi-
losophi, non meliora. Et profecto
ut hæc nostra ætas, ita plures post
nostram memoriam nascentes (hæc
Vitravius) cum Lucretio videbantur

velut coram de meteoris disputare.

De terræ motu, et mari ea docet
quæ res ipsa comprobat, nisi quod
quidam terræ motus (de quibus for-
san aliquando copiose) vires causa-
rum, quas assignat, superare videan-
tur.

Ætna nobile est argumentum, sed
difficile; et in hoc deficit Poëta: at
de Nili incremento, de *Avernis*, et de
fontibus admirandis, tanquam ipsa
veritas loqueretur, disserit. Id vero
observandum, quod de fabuloso *Jovis*
Ammonis fonte minus satisfacit; quip-
pe melius naturam explicat *Lucretius*,
quam fabulas.

De *Magnete* plura, quæ avide lege-
remus, scripserat, si notæ fuissent
lapidis istius admirandi vires. Pestis
et morborum commoda explicatio:
Thucydidem ita denique interpre-
tatur, ut vim illius historici expri-
mat, augeat majestatem: neque ipsa
Thucydidis narratio tam perspicua,
aut tot ingenii luminibus distincta.
Creech.



NOTITIA LITERARIA

DE

T. LUCRETIO CARO,

EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA EXCERPTA,
TOM. I. CAP. 4. ED. ERNEST. 1773.

Lucretii Ætas.

T. LUCRETIUS CARUS, patria ut videtur Romanus, natus est, teste Eusebio, Olymp. 171. 2. anno U. C. 659. ante Christum 95. 'Postea amatorio poculo¹ in furorem versus, cum aliquot libros per intervalla insanix² conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno ætatis quadragesimo quarto, U. C. 703.³ ante Christum 51. Philosophus de Epicuri schola acutissimus, quem qui legunt, videntur, ut IX. 3. ait Vitruvius, cum eo velut coram de rerum natura disputare: poëta sublimis, idemque elegans et multæ artis luminibus pictus, ac Latinæ linguæ auctor egregius. De hoc Caspar Barlæus lib. II. Miscell.

Hic Phœbi furiis, furiisque exarsit Orestis.

Quam præstat solis versiculis furere!

Scriptor vitæ Virgillii, eo die, quo togam virilem sumpsit Maro, periisse Lucretium testatur (a. U. C. 698.): 'Alii eodem die, quo natus est Virgilius, obiisse ferunt: et aliquis Pythagoreus credat Lucretii animam in Maronis corpus transiisse, ibique longo usu et multo studio exercitatam, poëtam perfectissimum evasisse. An

¹ Euseb. Chron. Prosper in Chron. Pomponius Sabinus ad Virg. Georg. III. 202. hippomanem bibisse ait.

² Hoc vix credibile mihi videtur. Neque eo respicere putem Statium lib. Sylva II. 7. in verbis vs. 76. 'et docti furor arduus Lucretii.' Poëtarum enim furor laudabilis, *θεωρεσιμός*. Pro arduo 'difficilem' ait Quintilianus x. 1.

quo sensu etiam Statium intelligit Barthius, qui ad ejus verba conferendus, T. I. p. 260 sqq. ubi veterum loca enim laudantium vel testimonio ejus libenter utentium.

³ Triennio citius mortem Lucretii assignat Is. Vossius p. 83. ad Catallum, e Scriptore vitæ Virgillii.

sibi ipsi manus attulerit incertum: interiit anno ætatis suæ 43. et miserrimam, quam olim ludibrio habuerat, nimis cito expertus est immortalitatem.' Hæc Thom. Creech.

Libri Sex de Rerum Natura.

Extant ejus Libri VI. de Rerum Natura, ad C. Memmium Gemellum ¹ Heroico poemate, versibus jucundo antiquitatis sapore conditis, Epicuri de rebus naturalibus sententiam, sed et impios ejus errores disertissime explicantes. Non plures a Lucretio libros ² hujus argumenti scriptos esse, ut male conjiciebat Gyraldus Dialog. IV. de poetis, Tom. II. Opp. pag. 197. secutus Philippus Beroaldus et Barthius LI. 4. Advers. Lucretio ipsi testi credimus, qui libro sexto vs. 92. 'supremæ præscripta ad candida calcis spatium' currere se affirmat. Exordium operis idem quoque, quod nos hodie, legit olim Ovidius Trist. II. 261.

Sumserit, Æneadum genitrix ubi prima; requiret,

Æneadum genitrix unde sit alma Venus.

Hoc est, si in manus sumserit Lucretium, cujus prima hæc sunt verba: 'Æneadum genitrix, hominum Divomque voluptas:' quem Ovidii sensum esse, jam pridem notavit Ludovicus Carrio lib. I. Emendationum cap. 8. Usitatum enim fuisse veteribus, ut vocibus initialibus scripta ipsa denotarent, pluribus exemplis docet Jo. Jonsius II. 5. de Scriptoribus Hist. Philos. pag. 136. sq. et Scaliger ad Euseb. num. MCCCCLX. Quod vero in limine operis invocatur Venerem Lucretius, homo Epicureus, qui a Diis omnia humana susque deque putabat haberi, satis se duxisse existimandus est excusari more vulgato poetarum, neque alia opus esse responsione arbitror ad dubitationem hanc dissolvendam, quam multos viros doctos exercuisse docet, præter interpretes Lucretii, Creechium, aliosque, Petrus Bælius, vir ingeniosissimus, in Dictionario Historico pag. 1923. editionis secundæ, quem de poeta lector, ubi volet, consulat. Memmium, cui poema suum Lucretius inscripsit, scripsisse et ipsum versus, colligas ex Plinii Epist. V. 3. Eundem Mæcenatibus ac liberalibus studiorum patronis accenset Martialis XII. 36.

¹ De hoc consulenda Giffanii prolegomena et Lambini.

² Aliud certe opus, nisi Lucretius alius, de quo Varro lib. IV. de L. Lat. p. 7. 'Lucretius storum unius et viginti librorum initium fecit hoc Ætheris et

terre genitabile querere tempora.' Pro Lucretio *Lucitium* legit Giffanius. Alius Lucretius Epicopus, cui Periolus Regularum Monachorum inscripsit. Vide Merardum ad Comœdiam Regularum p. 97.

Pisones, Senecasque, Memmiosque
Et Crispos mihi redde, &c.

Quæ vero a recentiore ætate in Gallia etiamnum claret illustris Memmiorum gens, Gallice *des Memmes*, si Bernhardum Monetam audimus, Latine Maximorum potius nomine appellanda erat. Vide *Menagiana* Tom. iv. pag. 175. De illius gentis laudibus Casp. Gevartius præfatione ad tres Electorum libros editos Paris. 1619. 4. Franciscus Vavassor in elogio Claud. Memmii, Hadr. Valesius in dedicatione diatribæ de basilicis, aliique laudati a Grævio in *Epist. ad Nic. Heinsium* Tom. iv. Syll. Burmann. pag. 610.

Lucretii placita Epicurea carmine confutanda sibi sumserunt, Latino Heroico quidem, Aonius Palearius, Scipio Capicius, Polignacus Cardinalis, et Thomas Ceva, S. J. Anglico Henricus Morus et Richardus Blackmore; Gallico Carolus Claudius Genestus, et Italico Alex. Marchetti. Scipionis Capicii libri II. de Rerum Principiis, Venet. 1546. 8. prodire, et Palearii libri tres pro animæ immortalitate, Lucretio oppositi, ex merito laudantur a Sadoletto *Epp. v. pag. 200.* quos a Paleario scriptos esse, siue idonea causa dubitat Rob. Titius ex *Welseri Opp. pag. 878.* Cardinalis Polignaci libri IX. de Deo auctore universi cupide expectati post specimen eorum editum, lucem viderunt, post mortem ejus, primum Parisiis cura Abbatis Caroli Rothelini, in cujus præfatione historia libri traditur; deinde Lipsiæ 1748. 8. cura Gotschedii, addita *Diatribæ de Poëtis Philosophis. Cevæ Philosophia nov-antiqua, qua confutavit Lucretium, excusa est Mediolani 1704. 12.* et merita laude celebratur in *Diario Veneto, Giornale de' letterati d'Italia, Tom. VII. pag. 114. sq.* Henrici Mori *Poëmata philosophica, in quibus præcipue multa pro animorum immortalitate, prelum evasere Cantabrigiæ 1647. 8.* Blackmorii, *Equitis et Medici Londinensis, poëma insigne de Creatione, septem constans libris, quo Providentiam Numinis adversus Lucretium defendit, jam tertium prodiit Londini an. 1714.* Genesti *poëma pulcherrimum Parisiis primum, deinde Amstelodami an. 1717. 12.* excusum hoc titulo est: 'Principes de philosophie, ou preuves naturelles de l'existence de Dieu et de l'immortalité de l'âme.' Idem cum Bertholdi Henrici Brockesii *metaphrasi Germanica Hamburg. 1728. 8.* Sed Marchetti (eiusdem, cujus metaphrasin Lucretii Italicam infra memorabo) *Poëma philosophicum imperfectum ab auctore relictum, nec luci datum est, cujus initium extat in Diario Veneto Tom. XXI. pag. 258-260.* Nec Germanis nostris deest, quem ingeniosis hisce religionis asser-

toribus poëtis accensere cum laude, et Lucretio opponere possimus, laudatus Brockesius, cujus carmina suavissima vernacula de Creatoris et rerum creaturarum admirandis jam sæpius post primam an 1723. Hamburgi vulgatam editionem recusa quatuor voluminibus in 8.

Si quis titulum modo consulat, facile putet Lucretio etiam oppositum esse librum Belgica prosa Amst. 1710. 8. ab Henrico Wyermarsio vulgatum hoc titulo: 'De ingebeeelde chaos, en gevaande verels vording der oude en hedendaagze vysgeeren, veridelt en veerlegt, byzonder de gevæelens hier omtrent van T. Lucretius Carus en Dirk Santvoort,' betoonende dat ze de beginzelen der Werelt, dat is, vording van Zon, Maan, Aardklot enz volgens hin eygen gronden niet vel-asgeleyden betrogt hebben. Ment een verstandige verklaring veges Gods inblyvende en overgaande verking.' Sed qui scriptum ipsum evolverunt, putidum Spinosaæ asseclam, derisorem sacrarum literarum impium, et religionis contemptorem Lucretio ipso haud meliorem illo prodi observant.

'Substantiam et corpus æque late patere, omne extensum esse corporeum, (cum suo consecratio, Spiritus nusquam esse,) nihil fieri posse nisi ex præjacenti materia; vel, quod idem est, nihil posse creari. Omne corpus motum ab alio corpore moveri. Omnia mundi phænomena rationibus pure mechanicis posse explicari. Cohærentiam corporum atomorum hamatarum unione contineri, et id genus alia fere infinita, præsertim apud Democriti et Epicuri sectatores, apud Lucretium præ ceteris: quem cum admodum adolescens evolverem, putabam profecto subinde, me satyrum quempiam simiumve senem e sylphis philosophantem audire, adeo omnia ex solo sensu externo crassaque imaginatione deducebantur. Quod genus philosophos innumeros e lustris locisque desertis credibile est jamdudum confluros fuisse, si Deus ac Natura brutis animalibus loquendi scribendique facultatem concessissent. Ipsa enim facile potuissent prolixas crassarum imaginationum concatenationes, sive carmine sive soluta oratione, ornate et copiose deducere et enarrare. Hoc vero proprie philosophari non est, sed materialia *αισθηματα και φαντάσματα* inani opera recensere.' Hæc Henricus Morus, Theologus et Philosophus Anglus, in Confutatione

¹ De Santvoortii libro de orsaak van de bewegingen de Beginsein der vaste lichamen, et de scripto Wyermarsii vide Christoph. August. Heumanni Acta Phi-

losophorum edita Germanice, Parte vii. pag. 121. sq. Unschuldige Nachrichten von theologischen Sachen an. 1717. pag. 424. sq.

Cabbalæ Aëtopædomelissæ, Tom. 1. Operum Philosophicorum pag. 527.

Invocationem Veneris, in limine libri primi Lucretii, exposuit Gallicis versibus pluribus Poëtria ingeniosissima Desboulteria Tom. 11. carminum, editorum Gallice Bruxell. 1708. 8. pag. 80. 'imitation de Lucrece, en galimatias fait exprés.' De invocatione illa videndus etiam Petrus Victorius, Epistola ad Joannem Casam. Jo. Clerico viro doctissimo Tom. xxvi. Bibl. selectæ pag. 154. rectius facturus fuisse videtur Lucretius, si Rationem sive Mentem tanquam Deum in limine poëmatis potius, quam Venerem, implorasset. Sed Lucretius, sensibus plus quam rationi tribuens, et generationem rerum cupiens exponere, nullum magis physicum numen, quam Venerem, appellare se posse existimavit. In Lucretium scripserat olim Velius Longus, cujus commentarii, citati a Charisio pag. 187. edit. Putsch. jam pridem interciderunt.

Poëtæ quos Lucretius imitatus fuit.

Poëtæ imitatus esse Lucretius cumprimis videtur, e Græcis Homerum et Empedoclem, e Latinis Ennium. Lucretii vestigia non puduit legere Virgilium in Georgicis : neque semper eum vicit aut post se reliquit, ut judicat Alexander Rossæus, qui loca Lucretii nonnulla cum Virgilianis contulit libro tertio Virgilii triumphantis, capite 6. Obscuritatem in Lucretio reprehendit Pallavicinus. Non opus est monere eruditos, commentitiam esse inscriptionem Cæsenatæ, obviam in Aldi Manutii Orthographia pag. 129. et Fulvii Ursini imaginibus, atque apud Gruterum pag. ccccxxxii. 2. laudatamque a Mabillonio itineris Italici pag. 42. et Bernardo Manzonio in Chronologia Cæsenæ pag. 126. Tom. ix. Thesauri Italiæ parte viii. 'A. Lucretii Historici ac Poëtæ Conditoris verissimi, cui ob excellentiam ingenii statua condonata, ac Civitati Cæsenæ, Roman. Coloniam deductæ in hoc sacro monte dedicata.'

Claudant præsens de Lucretio caput hi versus Marulliani :

Amor, Tibulle, Mars tibi, Maro, debet,

Terentio soccus levis :

Cothurnus olim nemini satis multum,

Horatio satira et chelys :

Natura magni versibus Lucretii

Lepore museo illitis.

RECENSUS EDITIONUM

T. LUCRETII CARI,

AUCTIOR FABRICIANO,

ET IN TRES ÆTATES DIGESTUS.

[EX ED. BIPONT. 1808.]

ÆTAS I. NATALIS

1473—1558.

EDITIO princeps. Fol. s. a. et l. per Thomam Ferandum, char. Rom. absque sign. cust. et pagg. Incipit ab ipso auctoris textu, sine titulo. In fine hæc leguntur: 'TITI LUCRECII CARI RANIS. Lucretii Unicum meas in manus cum pervenisset exemplar de eo imprimendo hesitavi: quod erat difficile unico de exemplo quæ librarii essent preterita negligentia corrigere. Verum ubi alterum perquisitum exemplar adinvenire non potui: Hac ipsa motus difficultate unico etiam dicto exemplari volui librum quam maxime rarum communem multis facere studiosis: siquidem facilius erit pauca loca vel alicunde altero exemplari extricato vel suo studio castigare et diligentia: quam integro carere volumine. Presertim cum a fabulis quæ vacuas (ut inquit poëta) delectant mentes remotus Lucretius noster de rerum natura questiones tractat acutissimas tanto ingenii acumine tantoque lepore verborum ut omnes qui illum secuti sunt poëte: eum ita suis in descriptionibus imitentur: et Virgilius presertim poëtarum princeps ut ipsis cum verbis tria interdum et amplius metra suscipiat. Thoma Ferando auctore.'

—Rarissimam hanc editionem, et a nullo adhuc editorum collatam, primus in notitiam adduxit Boni Lettere II. pag. LXXVIII. sq. Conf. Panzer Tom. IV. pag. 263. Brixie factam fuisse, ex Epistolis Phalaridis aliisque libris ejusdem impressionis satis

apparet; videturque referenda ad annum 1473. quo Ferandus Brixiae Statuta civitatis illius impressit.

1486 Lucretii Opera. In fronte folii secundi: 'T. Lucreti Cari poëtae philosophici antiquissimi de rerum natura liber primus incipit foeliciter.' In fine libri sexti: 'T. Lucreti Cari poëtae philosophique antiquissimi de rerum primordia natura ad memmium Liber sextus et ultimus explicit foeliciter.' Tum post exiguum spatium:

'Paulus hunc impressit fridenberger in verona,
Qui genitus est in Patavia [Passavii] alæ magnæ [Alemanniæ]
Ab incarnatione christi: MCCCCLXXXVI.
Die vigesimo octavo septembris calen. octobris.'

Accedunt versus anonymi, quibus partim Lucretium, partim lectorem alloquitur. Fol. Char. Lat. sine custod. et pagg. num.—Panzer Tom. III. pag. 505. Usus est ea Wakefieldus, qui omni genere corruptelarum refertissimam, apprime tamen utilem dicit.

1491 Lucretii Opera, cum comment. Omniboni Leonicensi. Mediolani, per Ulderic. Scinzenzeler. Fol.—Maittar. Ind. II. pag. 35. Panzer Tom. II. pag. 65.

1495 Lucretius de rerum natura. In fine: 'Impressum Venetiis per Theodorum de Ragazonibus de Asula dictum Bresanum. Anno domini M. cccc. lxxxv. die IIII. septembris.' 4.—Panzer Tom. III. pag. 375. Sequitur Veronensem an. 1486.

1500 Aldina I. Titi Lucretii Cari libri sex nuper emendati. Præmittitur Aldi Manutii epistola ad Albertum Pium Carporum Principem. Hanc excipit Hieron. Avancii ad Valerium Superchium Pisarensem, medicinæ Doctorem et mathematices Professore, epistola, scripta Kal. Martii MD. Sequitur Hieron. Avancii præfatio ad lectorem; et hauc excipit expositio eorum quæ singulis libris continentur. In fine: 'Hieronymi Avancii Veronensis ingenio et labore. Venetiis accuratiss. Apud Aldum, mense Decem. MD. Non licet sic alteri cuiquam sine mulcta, in Oris Venetis.' 4.—Renouard Annales de l'imprimerie des Alde Tom. I. pag. 32. Panzer Tom. III. pag. 477. Ab Avaucio bonos auctores malo mangonio interpolatos esse; queritur Broukh. ad Propert. II. 7. 76. Ipse de hac sua editione profitetur, se nullum exemplar antiquum adhibuisse manuscriptum; sed conformavisse textum ex Veronensi; pa-

rallelis aliorum scriptorum locis, cum Aristotelis operibus, aliisque scriptis veterum, in subsidium convocatis.

—Lucretius. Venetiis, per Theodorum de Ragazonibus de Asala. Fol.—Panzer Tom. III. pag. 472.

... Titi Lucretii Cari de rerum natura libri sex. S. a. l. et typogr. Fol.—Panzer Tom. IV. ex Denis Suppl. Conf. Catalogue des livres imprimés de la bibliothèque du Roi, Poëtes, n. 733.

1504 Raph. Franci, Florentini, in Lucretium Paraphrasis, et Appendix de animæ immortalitate. Bononiæ, apud Jo. Antonium. 4.

1511 Titi Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cum commentariis Jo. Baptistæ Pii. Bononiæ, typis excussoriis editum in Ergasterio Hieronymi Baptistæ de Benedictis Platonici Bononiensis Anno MDXI. Fol.—Panzer Tom. VI. pag. 326. Opes, quæ sibi ad emendandum Lucretii carmen competerent, Pius ipsemet sic percensuit: 'Contulimus, non sine ærumnis vigiliisque diutinis, Codicem Veneti Hermolai,' &c. Vid. Wakefieldi Præf. supra p. 7.

1512 T. Lucretii Cari de rerum natura libri VI. (curante Petro Candido.) In fine: 'Impressum Florentiæ sumptibus Philippi Giuntæ bibliopolæ. Anno salutis MDXII. Mense Martio.' 8.—Panzer Tom. VII. p. 14. In præfatione Candidus profitatur, se ex Manuscriptis Lucretium emendatiorem dare, obelis Pontani Marulique temere inducta expungendo adhibitis. Videtur tamen ejus editio ad normam Aldinæ prioris potissimum composita, a qua in paucissimis recedit.

1514 In Carum Lucretium poëtam Commentarii a Jo. Baptista Pio editi: Codice Lucretiano diligenter emendato: nodis omnibus et difficultatibus apertis: obiter ex diversis auctoribus tum Græcis, tum Latinis multa leges enucleata: quæ superior ætas aut tacuit, aut ignoravit. Perlege: lætaberis: Additus est index literarius. Venundantur ab Ascensio et Joanne Parvo. In fine: 'In Chalcographia Ascensiana ad IV. Idus Augusti MDXIII. Fol.—Panzer Tom. VIII. pag. 12. Repetitio ed. Bononiensis 1511.

1515 Aldina II. ex recensione Andr. Naugerii. Lucretius. Venetiis, in ædibus Aldi et Andreæ Soceri, Mense Januario. 8.—Renouard l. c. pag. 116. De nova hac editione audiamus Aldam ipsum præfantem: 'Quod autem longe correctior emittitur nunc Lucretius ex ædibus nostris, quam consueverit; habenda est potis-

simum gratia Andreae Naugerio nostro : qui eum, quamquam cursim propter ipsius occupationes, et importunam impressorum nostrorum festinationem, tamen accurate recensuit. Capita præterea mutata fere sunt omnia.—Quod si per adversam valetudinem mihi licuisset, qua menses jam aliquot acerbiorē confictatus sum, addita essent infra non pauca, quæ diligentiae nostræ fidem omnibus facerent, et Lucretium ipsum pleniorē redderent . . . cetera ita præstita esse a nobis opinor Naugerii nostri industria, quam non contemnendam adhibuit: ut Lucretius legi atque intelligi tandem possit.'

1531 Titi Lucretii de rerum natura libri VI. ad verorum exemplarium fidem castigati. Basileæ, apud Henricum Petri. 8.—Catal. de la biblioth. du Roi, Poëtes, n. 741. Editor nescitur. Variæ lectiones sunt in margine, sed ex aliis editionibus.

1534 T. Cari Lucretii de rerum natura libri VI. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.—Panzer Tom. IX. pag. 526. Videntur Gryphianæ editiones hujus ætatis ex Aldina fluxisse.

1536 T. Lucretii Cari de rerum natura libri VI. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.—Panzer Tom. VII. pag. 367.

1539 T. Lucretii Cari, poëtæ ac philosophi antiquiss. de rerum natura libri sex. Parisiis, ex offic. Prigentii Calvarini. 4.—Maitta. Ind. pag. 35.

1540 T. Cari Lucretii de rerum natura libri sex. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.—Biblioth. Emtinck. P. IV. pag. 300. n. 1409.

1542 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. Lovanii. 4.—Biblioth. Emtinck. P. IV. pag. 121. n. 590.

1546 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 12.—Biblioth. Emtinck. P. IV. pag. 438. n. 385.

1558 T. Lucretii Cari, poëtæ ac philosophi vetustissimi de rerum natura libri sex. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 12.—Creveuna Vol. III. pag. 180.

ÆTAS II. LAMBINIANA.

1563—1693.

1563 Lambini I. T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. A Dionysio Lambino, Monstroliensis, literarum græcarum in urbe Lutetia doctore regio, locis innumerabilibus ex auctoritate quinque Codicum manuscriptorum emendati atque in antiquum et nativum statum fere restituti, et præter ea brevibus et perquam utilibus

commentariis illustrati. Parisiis et Lugduni habentur in Guikelmi Rouillii et Philippi G. Rouillii nep. ædibus. 4.—Catal. des livres imprimés de la bibliothèque du Roi, Poètes, n. 743. Quinque Codd. msstis, et Adriani Turnebi atque Jo. Aurati consilio usus Lambinus, octingenta Lucretii loca restituisse se profitetur. At neminem se novisse affirmat Wakefieldus, qui contextum scriptoris cujuslibet, auctoritate membranarum leviter conculcata, propriis conjecturis inferciendis, per effusiolem licentiam, atque inconsultam magis temeritatem, passim præfractius vitiatum et deturpatum dederit. Commentarius Lambini non solum optimis in Lucretium, sed generatim optimis annumeratur. In Goetzii Memor. bibl. Dresd. I. pag. 332. et in Catal. bibl. Ludewig. hæc editio prodisse dicitur an. 1564.

1565 Lambini II. siq̄e commentariis. T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, a Dionysio Lambino recogniti. Accesserunt Adr. Turnebi emendationes aliquot. Parisiis, apud G. Rouillium. 16.

—T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, emendati et ex manuscriptis restituti ab Oberto Giphanio, Burano: addita sunt vita Lucretii, et gentis Memmiæ descriptio; notæ marginales; epitome seu compendium Epicuri de rerum natura, Lucretio accommodatum, Græce; capita quædam philosophiæ Epicuræ de rerum natura, ex M. Tullii collecta libris, item verbis Titi composita; collectanea ad antiquitatis notitiam; Thucydidis verba e libro secundo de pestilentia Athen. Græce; variæ lectiones et castigatioues. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum. 8.—Giphanius præter Lambini commentarios, quos expilasse incusatur, etiam Lucæ Fruterii reliquias suffuratus atque undique doctorum ea ætate conjecturas corrasisse arguitur. Vid. Havercampi præf. In lectione, interpunctione, et orthographia, de qua in præfatione multus est, discessionem facit frequentem ab editoribus superioribus; parum tamen contulit, ex quo Lucretii contextus emendatior evaserit, vir diligens quamvis et doctus, sed limato judicio, sine quo frustra Critice exercetur, destitutus.

1566 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex emendati et ex manuscriptis restituti ab Oberto Giphanio, &c. ut in ed. antecedente. Antverpiæ, ex officina Christoph. Plantini. 8.—Recusa ex ed. 1565.

1570 Lambini III. T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, a Dionys. Lambino olim locis innumerabilibus ex auctoritate quinque

Codicum manuscriptorum emendati, ac fere redintegrati, et præterea brevibus, ac perquam utilibus commentariis illustrati: nunc ab eodem recogniti, et longe meliores facti, planeque in suam pristinam integritatem restituti: cum iisdem commentariis, plus quarta parte auctis. Accesserunt hæc præterea, Vita Lucretii, eodem Lambino auctore. Præter eum indicem, qui in omnibus aliis libris ante impressis poni solitus est, indices alii duo, unus rerum, quæ sunt in contextu Lucretii, et vocum elocutionumque fere omnium Lucretianarum: alter, earum rerum, quæ sunt in commentariis Lambini. Lutetiæ, apud Jo. Benenatum. 4.

1576 Lambini iv. sine commentariis. T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, a Dionysio Lambino et Adr. Turnebo recogniti-Lugduni, apud Ant. Gryphium. 16.—Repetitio ed. 1565.

1583 Lambini v. T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, a Dionysio Lambino emendati et commentariis illustrati. Francofurti, apud hæredes A. Wecheli. 8.—Ex ed. 1570. recusa.

1589 Antverpiæ, apud Plantinum. 12. et
—Lugduni Bat. 12.—Bibl. Emtinck. P. iv. pag. 438. n. 387. et 388.

1595 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ad postremam Giphanii emendationem restituti. Lugduni Bat. apud Franc. Raphelengium. 8.

1596 Lugduni. 12. ex Lambini et Turnebi recognitione.

1597 Lugduni Bat. apud Rapheleng. 12.

1603 Genevæ. 4. in Corpore omnium veterum Poëtarum Latinorum.

1606 Lugduni Bat. apud Rapheleng. 12.

1611 Lugduni Bat. apud Rapheleng. 12. quam vehementer commendat Barthius ad Statium Tom. III. pag. 81. et a Justo Lipsio curatam ait.

—Genevæ. 4. in Corpore Poëtarum Latinorum ed. II.

1616 Lugduni, in Corpore Poëtarum Latinorum ab Alex. Ficheto edito. 4.

—Amstelodami. 12.

1620 Amstelodami, apud Guil. Janssonium. 24.

1626 Amstelodami. 24.

1627 Genevæ. 4. in Corpore Poëtarum Latinorum ed. III.

1631 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, notis brevioribus ex ipso potissimum auctore succincte et perspicue illustrati:

cum lexico, sive indice absolutissimo omnium elegantiarum Lucretianarum, cura et labore Danielis Parei. Accesserunt Scipionis Capicii de principiis rerum libri duo: necnon Aonii Palearii Verulani de animorum immortalitate libri tres. Francofurti, impensis Guil. Fitzeri, librarii Angli. 8. 2 voll.—Nihil præfatus non laudat præsidia, quibus fultus ad Lucretium edendum accesserit; noluit vero, ut Creechius recte de eo iudicat, chartæ perituræ parcere. Testimonia de Lucretio implent plures pagellas, a pag. 29-73. Annotationes parum valent nec ad sensus perspicientiam, nec ad lectionis veritatem. Index, qui alterum volumen efficit, quamquam mole laborat et sæpe nugax est, multa tamen habet egregia, quorum quidem bonam partem Lambinus et Giphanius sibi possunt vindicare.

—Amstelodami. 24. apud Jansson.

1647 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, una cum paraphrastica explanatione et animadversionibus Jo. Nardii. Florentiæ, typis Amatoris Massæ Foroliviens. 4. cum novem tabulis æneis.—Parvi æstimatur hæc editio: atque Creechius in præfatione Nardium severius vocat sexagenarium interpretem de ponte dejiciendam. Commentarius verba opinionesque Lucretii observationibus physicis potius, quam philologicis illustrat.

1650 Parisiis. 8. cum versione Gallica Mich de Marolles.

1656 T. Lucretii Cari de rerum natura liber primus, cum ejusdem translatione in versus Anglicos, adjectis animadversionibus, auctore Jo. Evelyn, Londini, apud Gabr. Bedle. 8.

1660 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, additis conjecturis et emendationibus Tanaquilli Fabri, cum notis perpetuis. Salmurii, apud Jo. Lenerium. 4.—Notæ sunt eruditæ; sed de ingenio, more suo, Lucretium emendavit Faber.

1675 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex: quibus additæ sunt conjecturæ et emendationes Tan. Fabri, cum notulis perpetuis; et præterea Oberti Giphanii Vita Lucretii, et de gente Memmia ejusdem Prolegomena; item Dion. Lambini Index perquam necessarius. Cantabrigiæ, ex offic. Jo. Hayes. 12.

1680 T. Lucretii Cari de rerum natura libros sex interpretatione et notis illustravit Michaël Fayus, in usum serenissimi Delphini. Parisiis, apud Fredericum Leonard. 4.—Parvum sequitur in textu. Notæ plenæ sunt hallucinationum, et, quæ bona sunt, debet aliis. Nardii animadvers. de funeribus Atheniensium reje-

cit ad calcem, et particulas carminis obscenas collectas dedit post indicem; scilicet, ut, quæ ab oculis removeantur, ea congesta uno obtutu perlegi queant.

1685 Parisiis, cum Gallica versione Baronis des Coutures. 8. 2 voll.

1686 Cantabrigiæ. 12. repetita editio 1675. cum notis Tan. Fabri.

1692 Parisiis. 12. 2 voll. cum Gallica versione Baronis des Coutures.

1693 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cum argumentis Mich. Fayi et castigationibus Tanaq. Fabri. Accurante Val. Pect. Neapoli, ex officina Bulifoniana. 16.

ÆTAS III. CREECHIO-WAKEFIELDIANA.

1695—1801.

1695 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. Interpretatione et notis illustravit Thomas Creech, Collegii omnium animarum Secius. Oxonii, e theatro Sheldoniano. 8.—Creechius, qui Lucretium totum imbiberat, optimis interpretibus est accensendus. In textu quidem maxime sequitur Lambinum: at nemo adhuc felicius dilucidiusque, et tamen in summa brevitate copiosius explicuit tam verba, quam placita Lucretii, quam Creechius; Gassendum tamen in examinanda Epicuri philosophia sæpe in subsidium vocavit. Plus tamen editione Latina prodesse dicitur ad res in Lucretio intelligendas interpretatio ejus Anglica, in qua notis subjectis cum Lucretii errores refellit, tum ejus sententiam interdum vindicat a malignis expositionibus.

1708 Parisiis. 12. 2 voll. cum Gallica versione Baronis des Coutures.

1709 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ex editione Samuelis Garthii. Londini. 4.

1712 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ad optimorum exemplarium fidem recensiti. Accesserunt varix lectiones, quæ in libris Mssatis et eruditorum commentariis notatu digniores occurrunt. Londini, sumptibus et typis Jacobi Tonson. Fol. regio augustiss. et 4 maj. c. figg.—Splendida editio. Textum sequitur Creechii, exceptis paucis. Varix lectiones ex ed. Jo. Bapt. Pii et libris collatis a Nic. Heinsio, Jac. Susio, Munckero et Is. Vossio desumptæ sunt.

1713 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cura Mich. Maittaire. Londini, ex offic. Jac. Tonson et Jo. Watts. 12.—Imitatur editionem antecedentem.

—Eadem editio, inter Mich. Maittaire Opera et Fragmenta Poëtarum Latinorum. Londini. 1713. Fol. Vol. i. pag. 293. sqq.

1717 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cum interpretatione et notis Thom. Creechii. Editio altera, priori multo emendatior. Londini, e typographeo Mariæ Matthews. Sumptibus T. Child, &c. 8.—Repetitio editionis Creechianæ prioris, sed mendosissima.

1721 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. Patavii, excudebat Josephus Cominus. 8.—Curavit hanc ed. Jo. Ant. Vulpus, textum Creechianum secutus, additis tamen variis lectionibus.

1725 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cum notis integris Dionysii Lambini, Oberti Giphanii, Tanaquilli Fabri, Thomæ Creech, et selectis Jo. Baptistæ Pii aliorumque, curante Sigeberto Havercampo, qui et suas et Abrahami Preigeri annotationes adjecit. Accedunt interpretatio Thomæ Creech, variæ lectiones ex notulis Is. Vossii, atque ex plus quam viginti quinque Codd. tam impressis, quam Mss. ut et complures lique locupletissimi indices. Cum figuris artificiosissimis atque venustissimis. Lugduni Bat. apud Janssonios van der Aa. 4. 2 voll.—In maxima parte meritorem Havercampi ponendum, quod Codicum Lugdunensium diligentiore collationem repræsentaverit, et amici sui Preigeri nonnullas animadversiones, eruditas illas et acutas, protraxerit in lucem: nam doctissimus editor de penu proprio paucissima, nec ea quidem magni pretii, depromsit.

1731 In Corpore Poëtarum Latinorum Mediolanensi. 4.

1734 Parisiis. 12 maj. c. figg.

1743 Londini. 8. 2 voll. cum versione Anglica.

1744 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. Accedunt selectæ lectiones dilucidando poëmati appositæ, nec non Glossarium Lucretianum (curante Steph. Andr. Philippe.) Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Ant. Constelier. 12. c. figg.—Editio nitida.

1749 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ex editione Thomæ Creech. Glasgæ: in ædibus academicis excudebant Robertus et Andreas Foulis, Academiæ typographi 12.—Comendatur a nitore, ut et editio sequens.

• T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. Londini, typis Jo. Brindley. 12. c. figg. æri incisus.

1751 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex. Patavii, excudebat Jos. Cominus. 8.—Repetitio editionis 1721.

• 1754 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cum notis Thomæ Creech. Londini (Basileæ) apud Emanuelem Thurnisium. 8.—Pessimo consilio interpretatio s. paraphrasis, quæ ad intelligentiam poëtæ quam plurimum facit, in hac ed. omissa est: quod malum etiam editioni Lipsiensi an. 1776. Musis invitis accidit. In altera Basileensi, recusa 1770. bene recteque illa interpretatio oræ affixa hæret.

• — Parisiis, apud Barbou. 12.

1759 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ex editione Thomæ Creech. Glasgux, excudebant Rob. et Andr. Foulis. 4. et 12.—Vid. 1749.

• 1761 Lausannæ. 8. 2 voll. cum versione Italica Alex. Marchetti.

• 1766 In Collectione Pisaurensi omnium poëmatum, carminum, fragmentorum Latinorum, &c. a prima Latinæ linguæ ætate ad sextum usque Christ. sæculum. 4.

• 1768 Parisiis. 8. 2 voll. cum versione Gallica.

1770 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cum notis Thomæ Creech. Basileæ, apud Eman. Thurnisium. 8.—Vid. 1754.

• 1772 T. Lucretii de rerum natura libri sex. Birminghamiæ, typis Johannis Baskerville. 4.

• 1773 Eadem editio, ibidem, apud eundem. 12 maj.

1776 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, cum notis Thomæ Creech. Lipsiæ, apud Schwickert. 8.—Vid. 1754.

1782 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ad optimas editiones collati. Accedit varietas lectionis, cum indice rarioris et obsoletæ Latinitatis. Studiis Societatis Bipontinæ. Biponti, ex typographia Societatis. 8. maj.

• 1784 Viennæ Austr. cum versione Germanica F. X. Mayr. 8. 2 voll.

1787 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ad Codicem Vindobonensem expressi. Edidit Franciscus Carolus Alter. Viennæ, apud Trattner. 8.—Est quidem vitiosissimus hic Codex, sæculo XVI. scriptus; genuinas tamen aliorum librorum lectiones, atque haud dubie Lucretianas, sæpiuscule confirmat.

1795 Lipsiæ, cum versione Germanica et notis Jo. Henr. Frid. Meineke. 8. 2 voll.—Versio est metrica in genere heroico. Præfixæ sunt duæ commentationes de Epicuro et Lucretio.

1796 et 1797 T. Lucretii Cari de rerum natura libros sex, ad exemplarium Mss. fidem recensitos, longe emendatiores reddidit, commentariis perpetuis illustravit, indicibus instruxit, et cum animadversionibus Ricardi Bentleyi, non ante vulgatis, aliorum subinde miscuit Gilbertus Wakefield, A. B. Collegii Jesu apud Cantabrigienses olim Socius. Londini. Impensis editoris, typis A. Hamilton. 4. 3 voll.—Est nova textus recensio, a sagacissimo Critico facta, qui (judice novissimo Lucretii editore) dijudicatis revocatisque optimorum librorum lectionibus præclare effecit, ut quem librorum stapor atque editorum ante eum temeritas nobis pæne eripuissent, Lucretium in Lucretio agnoscamus. Notæ, textui subjectæ, partim criticæ sunt, partim exegeticæ, quibus res et sententiæ docte eruditeque explicantur. Antiqua scribendi ratio ubique fere est reducta. Nobilis editio elegantissime impressa.

1799 Parisiis. 8. 2 voll. cum versione Gallica et notis Langrangii.

1801 T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex, ad optimorum exemplarium fidem emendati. Cum Rich. Bentleyi animadversionibus, Gilb. Wakefieldi præfationibus et commentariis integris, cæterorumque Interpretum præstantissimorum observationibus selectis edidit, suas notas et indices copiosissimos adjecit Henr. Car. Abr. Eichstædt. Volumen primum. Lipsiæ, impensis Petr. Phil. Wolfii et sociorum. 8. maj.—Sequitur textum a Wakefieldo constitutum, ita tamen, ut quicquid in eo vel perperam reliquisse vel innovasse videbatur doctus Britannus, (novavit autem plurima tum Codicum tum criticæ conjecturalis ope;) id omne expelleret Eichstædtus melioresque lectiones postliminio reduceret. Textui præmissæ: 1 Epistola ad b. Weissium, in qua de consilio hujus editionis agitur; 2 Wakefieldi Præfationes; 3 de T. Lucretii Vita et Carmine docta Commentatio editoris. In fine est Index nominum et verborum in Lucretii carmine obvenientium utilissimus. Commentarii in titulo promissi adhuc expectantur.

EDITIONES PROMISSÆ, OBSERVATIONES, &c.

Non paucis Lucretii locis multum lucis attulit P. Gassendus in

Opere de Philosophia Epicuri: quamquam eum subinde reprehendunt illi ipsi, qui eum alias libenter sequuntur, ut Creech et des Coutures. Vide tamen Epistolam Ad. Preigeri ad Havercampum, in qua dicit Gassendum interdum aliter afferre loca, quam sint in textu, non e Mss. vel emendandi causa, sed memoriæ lapsu, docto tamen illo et nihil alienum affingente Lucretio. Tournemini Remarques sur Lucrece prodierunt in Memor. Trevolinis an. 1735. m. Nov. pag. 2252. Explicatio loci Lucretiani III. 175. legitur in Nouvelles de la Republ. des Lettres, m. Febr. 1687. pag. 117. sqq. Super præmio Lucretii Programma edidit Faber Onoldi 1781. 4. Observationes in vitam et scripta Lucretii vide in Christian Freethinker, &c. Londini 1740. 8. De animi immaterialitate, quam dicunt, secundum Lucretium egit Andr. Baxter in Enquiry into the Nature of the human Soul, &c. Londini 1745. 8. Vol. I. sect. 5. Jo. Jortin observationes criticas in Lucretium vide in ejus Tracts philological, critical and miscellaneous. Lond. 1790. 8. Vol. II. pag. 271. sq. Roberti Alves animadversiones in Lucretium extant in illius Sketches of a History of Literature. Edinburgi 1795. 8. Elegantissimam Lucretii descriptionem pestilentie Atheniensium (libr. VI. 1137. sqq.) cum Virgilii, Ovidii, et Siliii Italici descriptione comparat Scaliger Poët. libr. V. cap. 10. pag. 670. sqq. et cum Thucydidea, additis observationibus medicis, Jo. Ern. Hebenstreit in Anthropologia forensi, Lipsiæ 1753. pag. 129-155. et 167. sqq. Adde: Remarks on the Athenian pestilence, and on the poetry of Lucretius, by William Tasker, in ejus Series of Letters. London. 1798. 12. Ep. X. et XIIII. De œconomia carminis Lucretiani, ejusque virtutibus et vitiis agunt Jo. Jac. Dusch in den Briefen zur Bildung des Geschmacks. Breslau 1773. 8. Vol. II. et Henr. Car. Abr. Eichstædt in Commentat. de Vita et Carmine Lucretii, præmissa editioni Lucretii ab eo curatæ Lipsiæ 1801.

In Lucretium infinita se notata habere scribit C. Barthius in Stat. Tom. III. pag. 81. Tollius scripserat notas in Lucretium. Eas moriens tradidit Gerardo de Uries, qui Lucretium commentariis philosophicis illustrare volebat. vid. Henninium ad Toll. Epp. itiner. pag. 77. Isaaci Vossii notas ineditas memorat Grævius f. ad Callim. pag. 174. cujus pater promisit novam editionem ad Catull. pag. 249. Vinc. Alsarium a Cruce, Prof. Med. Patavinum, se an. 1632. occupatum vidisse commentario Lucretiano, narrat Gabr. Naudæus Epp. pag. 231. Ante hos Luc. Fruterius dicitur in Lu-

cretium affecta habuisse, quibus adjuti sint, qui post Lambinum illustrare collectaneis tentarunt Lucretium. Vid. Swertii Athen. Belg. pag. 518. Val. Andræ Bibl. Belg. pag. 579. Titi Joannis Scandimensis Commentarii doctissimi commemorantur a Bernhardino Realino, Carpeusi, cap. 14. annot. in varia script. loca. Lamp. Grut. Tom. II. pag. 367. Andræ Riveti notas Mss. in Lucretium laudat Servatius Gallæus ad Lactant. II. I. Voluit etiam edere Jo. Barbeyrac castigatum ad Mss. et edd. vett. metaphr. Creechii et suis aliorumque notis; vid. le Clerc Bibl. chois. Tom. XVII. pag. 242. Sed institutum abjecit, sine jactura magna literarum, ut putamus. De Britanni Rich. Burridge promissis in Lucretium animadv. vid. Acta Erud. 1716. pag. 64. Etiam textum Lucretii cum Mss. contulerat et emendarat Franc. Medices, teste P. Victorio Castigg. poster. ad Cicer. Epp. xv. 19. ubi et exemplum correctionis e libr. II. affert, quæ in omnes post editiones recepta est. Mss. Codices passim extant in bibliothecis, ut e Catalogis Mss. impr. Montefalconii patet: duo membranacei in Leidensi inter Vossiauos. Codex antiquissimus est in bibliotheca Gottorpiensi. Nic. Heinsius in Ep. ad Scheferum (Tom. V. Syllog. Burm. pag. 21.) tria se Lucretii exemplaria supra annos 800. scripta dicit evolvisse, sed sine magno fructu. Extat et in bibl. Leid. editio Antv. 1565. cum Mss. collata a Fr. Nansio et Is. Vossio, et editio Lugd. 1576. notata Casauboni manu.

VERSIONES.

GALLICÆ.

1650 *Le Poëte Lucrece latin et françois, de la traduction de Mr. de Marolles.* Paris, chez Toussaint Quinet. 8.

1659 *Les six livres de Lucrece de la nature des choses, traduits par Mich. de Marolles. Seconde édition, augmentée de tables et de remarques; à quoy sont adjoutées les petites notes latines de Gifanius, et la vie d'Epicure tirée de Diogène Laërce.* Paris. Guil. de Luynes. 8.

1685 *Lucrece de la nature des choses, avec des remarques sur les endroits les plus difficiles: traduction nouvelle (par Mr. de Coutures.)* Paris. Th. Guillain. 8. 2 voll.

1692 *Les Œuvres de Lucrece. contenant sa philosophie sur la*

Physique, ou l'origine de toutes choses, traduites en françois, avec des remarques sur tout l'ouvrage, par Mr. le Baron des Coutures. Dernière édition, avec l'original latin et la vie de Lucrece. Paris. 12. 2 voll.

1708 Lucrece de la nature des choses, avec des remarques sur les endroits les plus difficiles : traduction nouvelle (par M. des Coutures.) Paris. Michel David. 12. 2 voll. c. textu. Lat. et notis novis.

1714 Traduction du commencement de Lucrece en vers, par Jean Henault.—Legitur in Recueil de Pieces choisies, tant en prose qu'en vers rassemblées en deux volumes (par Bern. de la Monnoye.) à la Haye. 1714. 8.

1768 Lucrece, traduction nouvelle, avec des notes, par M. L. G. (Lagrange.) Paris. Bleuet. 8. 2 voll. c. figg.

1788 Lucrece de la nature des choses, traduit en vers par Mr. le Blanc de Guillet. Paris. Moutard. 8. 2 voll.

1799 Lucrece, traduction nouvelle, avec des notes, par Mr. Lagrange. Paris. Potey et Laron. An. VII. 8. 2 voll. c. textu Lat.

ANGLICÆ.

1656 An Essay on the first Book of Titus Lucretius Carus de rerum natura, with a metrical Version and Notes, by John Evelyn. London, printed by Gabr. Bedle. 8.

1676 The Plague of Athens, described by Lucretius, translated by Thomas Sprat. London. 8.

1682 Titus Lucretius Carus on the Nature of Things, in six Books, translated into English Verse by Thomas Creech. Explained and illustrated with Notes and Animadversions; being a complete System of the Epicurean Philosophy. Oxford. 8.—Repetita ibidem an. 1683. 8. et Londini 1714. 1715. 1722. 1744. et 1776. in forma octava, 2 voll.

1743 Translations from Lucretius, viz. The Beginning of the first Book ; the Beginning of the second Book ; the latter Part of the third Book against the Fear of Death ; the latter Part of the fourth Book, concerning the Nature of Love ; from the fifth Book. By John Dryden. In his Original Poems and Translations. London. 1743. 12. Vol. II. pag. 46-69.

— Titi Lucretii Cari de rerum natura libri sex. With a free

prose English Version, illustrated with Notes and adorned with cuts by Guernier. London, printed by Daniel Brown. 8. 2 voll.

1761 Translations from Lucretius, by James Beattie. In his Original Poems and Translations. London. 1761. 8.

1795 A Translation of Lucretius, Book II. 342. by Gilbert Wakefield. In his Poetical Translations from the Ancients. London. 1795. 8.

1799 The first Book of T. Lucretius Carus on the Nature of Things, in English Verse, with the Latin Text. London. Faulder. 8.

BELGICÆ.

1693 Belgice versibus expressit Lucretium Jerem. Dekker, cujus specimen est apud Petr. Rabum in Boecksaal van Europe. an. 1693. Tom. II. pag. 251. et 1699. Tom. I. pag. 91.

1701 De werken van T. Lucretius Carus van het Heelal, uit het Latyn Nederduitsch vertaalt (door Jo. de Witt.) te Amsterd. 8.—
Libri sunt divisi in capita, præmissis argumentis, totique operi præmissæ breves animadversiones, quibus præcipui errores poëtæ refelluntur: accessit et carmen Adr. Relandi venustum in poësin Lucretii.

GERMANICÆ.

1784 Titus Lucretius Carus von der Natur der Dinge, aus dem Lateinischen übersetzt von Franz Xaver Mayr. Zwei Theile. Wien. 8.

1785 Hymne an die Venus. Erst. B. v. 1-44. Abscheulichkeit des Aberglaubens. v. 81-102. Aufmunterung zur Philosophie. Zw. B. v. 1-61. Trostgründe wider die Schrecken des Todes. Dr. B. v. 874-1107. Die Liebe. Viert. B. v. 1099.-1185. von Aug. Rode.—
In Rodens philosophischen und andern Gedichten. Hamburg 1785. 8.

1786 Lukrez über die Natur der Dinge. Erstes Buch. von Oelsel.—In den Denkwürdigkeiten aus der philosophischen Welt, herausgegeben von K. A. Cæsar. Dritt. B. Leipzig 1786. 8.

1787 Versuch einer Uebersetzung des Lukrez von Ch. V. Kindervater.—Ibidem Vol. IV.

1792 Probe einer Uebersetzung des Titus Lucretius Karus von der Natur der Dinge. Erstes Buch.—In dem Neuen teutschen Merkur 1792. M. Sept.

1793 Probe einer neuen Uebersetzung des Lukrezischen Gedichtes von der Natur der Dinge. Aus dem ersten Gesange.—Im Neuen teutschen Merkur 1793. M. Merz.

1794 Titus Lucretius Karus von der Natur der Dinge. Drittes Buch. Neu verteutscht (von Knobel).—Im Neuen teutschen Merkur 1794. M. Dec.

1795 Titus Lucretius Carus von der Natur. Ein Lehrgedicht in sechs Büchern. Uebersetzt und erläutert von J. H. F. Meinecke. Zwei Bände. Leipzig. 8. c. textu Lat.

Præterea singula Lucretii loca verterunt: G. Ephr. Müller in der Historischkritischen Einleitung zur Kenntniss der alten Lateinischen Schriftsteller. Dresden 1747. seqq. 8. Jo. Jac. Dusch in den Briefen zur Bildung des Geschmacks. Zw. B. Breslau 1773. 8. Schmidtius in der Uebersetzung des Crusius 1777. Herderus im Neuen teutschen Merkur 1792. und den Briefen zur Beförderung der Humanität. Dritt. Samml. Riga. 1794. et Halemius in dem Schleswigischen Journal 1793. M. Jan.

ITALICÆ.

1717 Di Tito Lucrezio Caro della Natura delle cose libri sei. Tradotti da Alessandro Marchetti Lettore di Filosofia e Matematiche nell' Università di Pisa et Accademico della Crusca. Prima edizione. Londra. Per Giovanni Pickard. 8.

1754 Di Tito Lucretio Caro della Natura delle cose Libri sei tradotti da Alessandro Marchetti. Dati nuovamente in luce da Francesco Gerbault Interprete di S. M. Cffia per le lingue Italiana e Spagnuola. In Amsterdamo a spese dell' Editore. 2 Tom. 8. cum figg.

1761 Di Tito Lucrezio Caro &c. tradotto in verso sciolto da Alessandro Marchetti, &c. col Testo Latino a fronte. Si aggiugne l'Anti-Lucrezio del Card. di Polignac tradotto da D. Francesco Maria Ricci. In Lausana a spese di Domenico Deregni. 2 Tom. 8.

1764 Tito Lucrezio Caro della Natura delle cose Libri sei tradotti da Alessandro Marchetti con le osservazioni dell' Abate Domenico Lazzarini. In Londra. 2 Tom. 8.

1779 Di Tito Lucrezio Caro della Natura delle cose Libri sei, tradotti in verso Toscano da Alessandro Marchetti, ora per la prima volta pubblicati secondo le ultime correzioni e addizioni da esso fatte. Londra, nella stamperia Mackintosh. 4.

Sic explicit Editionum Lucretii Recensus Bipontinus, cui paucula subjienda videntur.

Notatur a quibusdam Lucretii editio a. 1494. 4to. sed ab aliis suspecta, præcipue a Maittario, Tom. iv. neque mentionem ejus facit Panzerus in Annal. Typogr.

Excerpta quædam ex libro sexto de Rerum Natura, p. 213. de Balneis, Ven. ap. Junt. 1553.

T. Lucretii Cari, &c. Lugd. 1603. Catal. Univers. Dd. p. 155.

T. Lucretii Cari, &c. Additæ sunt conjecturæ et emendationes Tanaquilli Fabri, cum notulis perpetuis. Recte de hac editione, quæ ad manum nostram nunc est, prædicaverunt Bipontini, nisi quod annum 1660. pro 1662. substituerunt.

Carmina quædam selecta, cum notis Vorstii, Lips. 1675. 8vo.

Una Gallica versio debet potius vocari metrica versio prosaicæ Marollianæ interpretationis quam Lucretii. Opus hoc deridendum est Jacobi Langlois, Paris. 1677.

T. Lucretii Cari, &c. Accedunt selectæ lectiones poëmaticis dilucidandi causa appositæ, 8vo. Lut. Par. 1744. In Biblioth. Advocatorum apud Edinenses.

Gallia supra omnes nationes abundat versionibus Lucretii; et præter istas tres editiones multum æstimatæ versionis Gallicæ, per Lagrange, a Bipontinis notatas, alia ex typographeo Didoti Jun. prodiit 1794. 2 voll. 4to. cum figuris. Hæc interdum in tria volumina dividitur.

De Rerum Natura, poëma didacticum, Anglice versum a Joanne Mason Good, 2 voll. 4to. Lond. 1805. Versio est metrica, in numeris Miltonicis, vulgo vocatis *blank verse*; textum Latinum habet e regione. Prolegomena præsent Præfationem, quæ continet, inter alia, tam exterarum quam Anglicarum versionum bene compactam descriptionem; Vitam Lucretii, et variarum antiquorum philosophorum de Rerum Natura sententiarum explicationem.

T. Lucretii, &c. Mediol. per Aloys. Musium, 1807. fol.
Creechiana editio repetita 1807. 8vo. E typographeo Cla-
rendoniano, nitide expressa.

In Excerptis ex variis poëtis qui in scholis leguntur, a
Rogero Pitmanno, in usum suum multa Lucretiana trahit
editor. Lond. 1808. 8vo.

Editio Bipontina multis aucta et correcta vulgata est
Argentorati 1808. 8vo. maj.

T. Lucretii Cari de Rerum Natura libri VI. ad fidem
editionis Creechianæ accurate expressi. Excudit A. Bal-
four, Edinb. 1812. 8vo.

T. Lucretii Cari De Rerum Natura Libri sex ; ad exem-
plar Gilberti Wakefield, A. B. cum ejusdem Notis, Com-
mentariis, Indicibus, fideliter excusi. Adjectæ sunt editio-
num quinque, in quibus Principis, Ferrandi, lectiones va-
riantes omnes ; ut et integræ Ricardi Bentleii Annotationes,
Illustrationes, Conjecturæ, ex ipsius autographo, in Museo
Britannico conservato. Glasguæ 1813. 4 voll. 8vo. Ad
dictum exemplar fidelissime et accuratissime excusa est
hæc editio. Splendidissimæ Wakefieldianæ editionis in fol.
multis exemplaribus igne voraci consumtis, editio in 4to.
magis desiderata fiebat, adeo ut præsens non modo oppor-
tuna, sed pæne necessaria esset.

The Nature of Things, a didascalie poem, translated
from the Latin of Titus Lucretius Carus: accompanied
with Commentaries, comparative, illustrative, and scienti-
fic ; and the Life of Epicurus. By Thomas Busby, Mus.
Doc. Cantab. Lond. 1813. 2 voll. 4to. Versio est nume-
rosa, splendide impressa, in fronte habens Epicuri iconem.
Textum Wakefieldi sequitur Busbeius, in paucis vero ab
eo recedit. Præfigitur Vita Lucretii, et Dissertatio in qua
philosophiam Epicuri pluribus prosequitur, et mores de-
fendit. Huic subjungitur Poëmation Latine scriptum a
Georgio Dyer, quo Wakefieldum Lucretium editurum præ-
dicavit. Hoc etiam Anglice vertit Busbeius, sed in Lati-
num exemplar duo, quæ omnibus statim patebunt, crassa
typographi sphalmata admisit, paginas tam splendidas
fcædo maculantia.

Observationes ad T. Lucretii Carmen de Rerum Natura scripsit Trauz Frid. Benedict, Armament. 1815. Optime audiunt hæ Observationes, adeo ut ægre ferant viri critici eas non ultra duos libros protrahi.

Descriptio pestis quæ Atticam devastavit, ex Germanica versione Knebel, separatim edita est a J. C. V. Meister, M. D. cum commentario ad medicinam et philologiam atinente. Hoc opus bene audit: cui tit. T. Lucretii Cari Schauergermalde der Kriegspest in Attica; Zullichav. 1816. 8vo. maj.

